In publicis Ædificiis, erectis in Feudo ſumptibus Communitatis, conceditur tam Baroni, quam Univerſitati apponere propria Stemmata, & Inſignia, & utrique in hac Deciſione datur Manutentio. pagin. 241.

URBEVETANA RESTAURATIONIS ECCLESIÆ.

Veneris 3. Martii 1752.

CORAM R. P. D. VICECOMITE.

DECISIO LXXXVII.

Ad reparationem Eccleſiæ Parochialis tenetur illius Rector, non vero Communitas loci, niſi probata in contrarium conſuetudine, quæ polleat requiſitis in Deciſione cumulatis. Congrua Parochi quanta eſſe debeat? pag. 243.

EADEM.

Lunæ 19. Junii 1752.

CORAM EODEM.

DECISIO LXXXVIII.

Argumentum perhibet antecedens Deciſio hic plene confirmata. pag. 247.

RAVENNATEN. SALVIANI.

Veneris 16. Februarii 1753.

CORAM R. P. D. MOLINO.

DECISIO LXXXIX.

Facta ſemel traditione Capitalium in piam Cauſam a Teſtatore aſſignatorum cum onere celebrationis Miſſarum, quamvis diminutio, ac peremptio cedit in commodo Eccleſiæ Legatariæ, præſertim vero ſi deſtinatio Capitalium adjecta ſit ſubſtantiæ ipſius diſpoſitionis, neutiquam ſuffragante favore Legatarii. Quid ſi heredes ſeſe obligaverint de evictione, & Capitalia cenſum promiſerint perpetuo exigibilia? Quonam caſu Eleemoſyna Miſſæ quotidianæ major eſſe debeat eleemoſyna Miſſæ manualis? An valida ſit acceptatio Onerum facta ab Eccleſia ſive Seculari, ſive Regulari ſine licentia Superioris, & reſpective Ordinarii? pag. 251.

UR-

URBEVETANA LEGATI.

Lunæ 3. Decembris 1753.

CORAM R. P. D. BORULL.

DECISIO XC.

Si hæreditas non pariat annuum fructum Legatum exſolvendum, non eatenus imminui debet bonorum proprietas. Firmatur, Legatum annuum quantitatis ex Fructibus præſtari debere, Fructuſque eſſe taxative deſignatos, id præcætera ſuadente Fidei commiſſo a Teſtatore ordinato, quod valde immutatum ad ſucceſſores migraret, ſi forte ſubſtantia in cauſam annui Legati fieret alienabilis. pag. 257

MOGUNTINA REPARATIONIS ECCLESIÆ.

Lunæ 13. Februarii 1758.

CORAM R. P. D. PARACCIANO.

DECISIO XCI.

Si contingat unum Collegium, ſeu Capitulum ab alio Collegio, vel Capitulo in proprium Eccleſiam recipi, æquum eſt, quod utrumque Capitulum concurrat ad reparationem, & reædificationem ipſius Eccleſiæ, præſertim vero ſi ita exigat antiqui temporis conſuetudo. At in ſingulas oportet contributio, ut minitem plura rependet Capitulum, quod pinguiores Præbendas habet, minus viciſſim, quod minus uberes habet Canonias. pag. 262.

CONSTANTIEN. REÆDIFICATIONIS ECCLESIÆ.

Veneris 3. Martii 1758.

CORAM R. P. D. RATTO.

DECISIO XCII.

Demonſtratur nullitas Sententiæ, & præſertim ſtante defectu citationis, quæ Perſonis non legitimis fuerat præſentata. Lex antiqua Ludi in Eccleſiarum reædificatione ſervanda eſt, quod præterea onus illi recumbere deciditur, qui percepit Eccleſiæ Decimas quod tamen intelligendum oportet de Decimis Spiritualibus, non Laicalibus: & quatenus ſint Decimæ laicales, expenditur. pag. 264

ALGAREN. SEU TURRITANA SPROPRII SUPER ULTERIORI EXEQUTIONE REI JUDICATÆ.

Veneris 3. Martii 1758.

CORAM R. P. D. UBALDO.

DECISIO XCIII.

Sacra Utenſilia, ac Mobilia aquiſita ex bonis Eccleſiæ, ſi ab Epiſcopo translato, ad ſecundam Eccleſiam aſportentur, debentur priori Eccleſiæ poſt obitum Epiſcopi. pag. 269.

EADEM.

Veneris 4. Decembris 1758.

CORAM EODEM.

DECISIO XCIV.

Confirmantur deducta in antecedenti Deciſione. pag. 271.

CAMERINEN. PREÆMINENTIARUM ET JURIUM SUPER TERTIO DUBIO.

Veneris 11. Maii 1759.

CORAM R. P. D. OLIVATIO.

DECISIO XCV.

Expenſæ Utenſilium pro Functionibus Parochialibus explendæ ſunt a Priore, ſeu Rectore Eccleſiæ, percipiente antiquos illius proventus, non vero ab Hæreditatis fructibus ad alios pios uſus deſtinatis. Capellani inſervientes Eccleſiæ ex diſpoſitione Teſtatoris tenentur ſe parare cum Priore in Feſtivitatibus, præſcriptis in Conſtitutionibus ab Epiſcopo approbatis. pag. 272.

COLONIEN. UTENSILIUM.

Lunæ 24. Martii 1760.

CORAM R. P. D. FRANGIPANE.

DECISIO XCVI.

Excluditur obligatio Monialium Subminiſtrandi Paramenta, & Sacra Utenſilia Parocho, celebranti in Summo, ſeu Majori Altari Eccleſiæ adnexæ Monaſterio, quæ jamdiu in Loci Beneficium erecta fuerat in Parochiam,

eliam, qua occaſione favore Monialium præſervata fuerunt omnia Privilegia, Juriſpatronatus, & Præeminentiæ, quibus antea fruebantur. Et propterea cum neque ex contractu, neque ex conſuetudine verificetur obligatio Monaſterii, omnem hoc de ſuper proviſionem favore Parochi capere renuit Deciſio. pag. 275.

NEAPOLITANA SUPER QUARTO DUBIO.

Lunæ 23. Junii 1760.

CORAM R. P. D. FRANGIPANE.

DECISIO XCVII.

Ex vi Statuti confirmati eorumque Concordiæ Apoſtolico Plenitudine firmatæ, fit poteſtas Sacerdotibus de gremio Confraternitatis Parochialis munia explere ſuper Cadaver hujus Confratrum, non attentis Decretis Sac. Congregationis Rituum id munera Parocho tribuentibus. pag. 277.

COLONIEN. UTENSILIUM.

Lunæ 9. Martii 1761.

CORAM R. P. D. HERREROS.

DECISIO XCVIII.

Argumentum habet in ſuperiori Deciſione 256. pag. 280.

TARRACONEN. REÆDIFICATIONIS, ET RESTAURATIONIS ECCLESIARUM

Veneris 19. Januarii 1761.

CORAM R. P. D. DE ZELADA.

DECISIO XCIX.

Deficiente particulari Fundo deſtinato ad Eccleſiæ reparationem, ſacramque Supellectilem parandam, id onus ſubire tenetur illa Communitas, quæ in his habet ſpirituale commodum, & altera Univerſitas, quæ nihil commodi in ea habet ad hujuſmodi contributionem non tenetur, non obſtante quod hujuſce Univerſitatis Homines utantur Eccleſia [illegible], qui exinde non tenentur ad contribuendum in Reædificatione Eccleſiæ Matricis. Excluduntur [illegible] ſubjectiva, quam æque primo [illegible] eſſe multifariam demonſtratur. pag. 283.

LEODIEN. SUPER SECUNDO DUBIO.

Lunæ 11. Junii 1770.

CORAM R. P. D. GUERRA.

DECISIO C.

Sacriſtiam ad Canonicos, non ad Beneficiatos ſpectare pluribus firmatur; nihilque obſtare quod in una, eademque Eccleſia duæ adſint diverſæ Sacriſtiæ, una pro Canonicis, altera pro Beneficiatis, inter ſe tamen communicantes. pag. 288.

LEODIEN. SUPER PRIMO DUBIO QUOAD SACRA ORNAMENTA.

Veneris 15. Martii 1771.

CORAM R. P. D. RIMINALDO.

DECISIO CI.

Revocatur Decretum Capituli, demandans ſubminiſtrationem Sacrorum Utenſilium, propria pecunia a Beneficiatis pro eorum uſu comparatorum, peculiari Presbytero, aliiſque Sacerdotibus exteris, in Eccleſia Collegiata celebrare volentibus. pag. 292.

CONSTANTIEN. REÆDIFICATIONIS ÆDIUM PAROCHIALIUM.

Lunæ 3. Junii 1776.

CORAM R. M. O. P. D. RATTA DECANO.

DECISIO CII.

Onus Reædificationis Eccleſiæ ferre debent ii, qui Decimas percipiunt. Explicatur nomen Decimæ, quæ in Spiritualem, & Laicalem dividitur. Excluditur qualitas laicalis Decimarum, earumque qualitas Spiritualis, ſeu Eccleſiaſtica multis argumentis demonſtratur. Decimæ ab origine Spirituales, ſi in Laicos demigrent laicalem non aſſumunt naturam, ſed adhuc retinent Eccleſiaſticam. Habens onus ſartitectis Eccleſiæ ab eo non relevatur, ex quo nihil umquam eam in [illegible] contulerit, niſi probet Sartitectis caſum eveniſſe, illaque de ſuo rependiſſe. pag. 294.

EA-

EADEM.

Veneris 6. Junii 1777.

CORAM R. P. D. AZEDO.

DECISIO CIII.

Argumentum habes ex præcedenti Deciſione. pag. 302.

NEPESINA FABRICÆ.

Veneris 11. Martii 1774.

CORAM R. P. D. HERZAN.

DECISIO CIV.

Quæ ſuperius, Deciſ. 83. & 85, firmata fuerunt, Epiſcopum nempe non eſſe obſtrictum ad impendendam quartam partem redituum ſuæ Menſæ in reparatione Eccleſiæ Cathedralis, niſi urgeat vera, & præciſa neceſſitas, hic denuo comprobatur. pag. 305.

R. P. D. SERA-

R. P. D. SERAPHINO

HISPALEN. JURIS-NOMINANDI

Die Lunæ 10. Octobris 1583.

S U M M A R I U M.

1 Illud dicitur eſſe contra jus, quod eſt contra expreſſam legis diſpoſitionem, vel contra legis rationem, nec ſufficit quod ſit contra communem opinionem.

2 Rector Parochialis poteſt deputare Vicarium ad modicum tempus, licet regulariter inferior Epiſcopo non poſſit, nec valet conſuetudo in contrarium.

3 Rector Parochialis tenetur ipſe per ſe reſidere.

4 In Eccleſiis non curatis Rector poteſt deputare Vicarium in ſui locum.

5 Licet de jure communi requiratur reſidentia in omnibus Beneficiis, univerſalis tamen conſuetudo contrarium ſervat.

6 Deputatio Sacriſtæ, & Organiſtæ in iis ſerviciis Eccleſiæ non pertinet ad Epiſcopum.

7 Epiſcopus in cunctis Eccleſiis eſt ordinarius reſpectu juriſdictionis, & ſimilium; ſecus tamen reſpectu ſervitii Divini, quia etiam in propria Eccleſia Cathedrali, multa ſpectant ad ordinationem Archidiaconi, & non Epiſcopi.

8 Præſidentia in Choro ſecundum jus commune ſpectat ad antiquiorem in Choro.

9 Jus mulctandi inobedientes in Choro non competit ratione juriſdictionis, ſed potius fraternæ correctionis.

10 Vicarius Epiſcopi præfertur Dignitatibus, ſi ſit Vicarius Generalis, qui facit idem Tribunal, ſecus eſt, ſi ſit ſimplex miniſter Sacramentorum.

11 Conſuetudo præter jus debet eſſe ſaltem decennalis, ad hoc ut relevet.

D E C I S I O I.

Fuit dubitatum, an conſuetudo, quod Beneficiati Eccleſiarum Parochialium totius Archiepiſcopatus Hiſpalen. nominent ſervitores in eorum beneficiis Sacriſtas, & Organiſtas in dd. Eccleſiis D. Archiepiſcopo, vel ejus Proviſori, & quod præſideant in Choro & ordinent neceſſaria in Eccleſiis, ſit contra, vel præter, vel ſecundum jus, & consequenter debeatur abſolutoria. Et quatenus ad primum Caput nominandi ſervitores, cum Domini habeant hanc conſuetudinem, ut potius eſſet ſecundum jus, quam contra jus. Id enim dicitur contra jus, quod eſt contra expreſſam

1 legis diſpoſitionem, vel contra legis rationem, ut per Gloſſ. *in c. 1. de litigantes in Tamus Secundus*.

verb. ſtatuimus de eſſ. ordin. lib. 6 Feliſt. in c. ſtatuimus n. 3. di majo. & obed. non enim ſufficit quod ſit contra communem opinionem, ut per Pur. *diſſ. 141. in una Caeſaraugustana lib. 3.* Nullibi autem cavetur quod ubi quis non tenetur per ſe reſidere, ſubſtitutum, qui pro eo deſerviat conſtituere non poſſit, nam licet inter Doctores *in c. cum ex eo §. porro de elect. in 6.* altercatum fuerit, An

2 Rector Parochialis poſſit deputare Vicarium, vel potius manum deputandi ſpectet ad Epiſcopum, & Rota *decis. 13. de conſuetud. in antiq.* quam ſequitur Roman. *in conſ. 356. in 6* teneat, quod non valeat conſuetudo, quod inferior Epiſcopo poſſit in Eccleſia curata inſtituere Vica-

 rium

rium ad tempus, tamen id procedit ex eo, quod Rector Parochialis tenetur
3 ipſe per ſe reſidere; unde bene poteſt id facere ad modicum tempus, ut per Franc. poſt Jo. Andr. in d. 1. cum ex n. 1. verſ. Quarto nota &c. de electione. in 6 late Lap. Alleg. 9. ſed in Eccleſiis non curatis ſecus eſt, ut per Lap. ibid. n. 8. & Butr.
4 in conſ. 3. num. 3. Pariſ. conſ. 30. n. 6. lib. 4. Neque obſtat, quod de jure communi
5 requiritur reſidentia in omnibus Beneficiis; quia conſuetudo univerſalis eſt in contrarium, & hoc ex partis confeſſione contrarium invenitur, cum prætenditur hoc jus deputandi Vicarium, ſpectare ad Dominum Archiepiſcopum; ergo ſupponit, reſidentiam non eſſe neceſſariam. Quan-
6 tum ad caput Organiſtæ, & Sacriſtæ, dictum fuit, nullibi reperiri quod in inferioribus Eccleſiis deputatio pertineat ad Epiſcopum, licet enim in cunctis ipſe
7 ſit Ordinator c. 1. 15. diſtin., hoc eſt reſpectu juriſdictionis, & ſimilium, *SED RESPECTU SERVITII DIVINI, ETIAM IN IPSA MET ECCLESIA CATHEDRALI MULTA SPECTANT AD ORDINATIONEM ARCHIDIACONI*, *c. de offic. Archidiac. per tot. & de offic. Sacriſt. & de off. Cuſtod. per tot.* Cum igitur Beneficiati habeant curam celebrationis Divinorum Officiorum, conſequens eſt, ut omnia ad hoc ſpectantia ſint ſub eorum cura & regimine, & quod Miniſtros neceſſarios deputent. Quantum ad Ca-
8 put Præſidentiæ in Choro, & moleſtandi inobedientes, dictum fuit ſecundum jus eſſe, ut Antiquior præſideat in Choro. *c. 2. de major. & obed. l. 1. c. de conſul. lib. 12 Dec. in l. cum quid, n. 15. ſi cert. petat* Reſpectu vero moleſtiæ, illa ero-
9 gari poteſt, non quidem ratione juriſdictionis, ſed potius fraternæ correctionis, ut tradit Bart. *l. fin. n. 13. de Colleg. illicit.* Nec obſtat, quod ibi adſit Vicarius deputatus ab Epiſcopo, quia iſta deputatio reſpicit Curam Animarum, non autem celebrationem, & ordinationem officiorum Divinorum; & licet Vicarius Epi-
10 ſcopi præferatur Dignitatibus, Abb. *in conſ. 21. lib. 1.* tamen id eſt in Vicario Generali ipſius Epiſcopi, qui facit idem Tribunal cum Epiſcopo, ſed iſta eſt ſimplex Miniſter Sacramentorum, & non ingerit ſe in ordinatione Divinorum Officiorum. An vero ſit danda abſolutio beneficiatis, utique dixerunt DD eſſe dandam, ſi eorum Poſſeſſio eſt ſaltem
11 decennalis; ſi enim non eſſet decennalis non relevaret, quominus poſſet procedendo de ſimilibus ad ſimilia. & ex Doctorum auctoritate decidi hanc controverſiam in his, in quibus conſuetudo eſt præter jus, ut per Falin. *in c. ſtatuimus n. 1. in pr. de major. & obed.*

Et ita concluſum.

R. P. D. GYPTIO.

CANARIEN. PENSIONIS.

Mercurii 16. Jan. 1597.

ARGUMENTUM.

Defuncto Epiſcopo debitis onerato, an in ſubſidium Creditores ſatisfieri poſſint ſuper Pontificalibus, ſeu Ornamentis, & Paramentis ad Cultum Divinum deſtinatis, quæ pertinent ad Cathedralem; & reſolvitur Negative.

SUMMARIUM.

1 Nullum cadit dominium, vel hypotheca in bonis ad cultum divinum deputatis.
2 Non obſtante Conſtitutione Piana ſatisfaciendum eſt Creditoribus Epiſcopi defuncti in ſubſidium ex dd. bonis.
3 Penſio eſt onus reale cohærens Beneficio.
4 Paramenta in fraudem Creditorum deſtinata ad Cultum divinum ſunt illis obnoxia.
5 Penſionario non datur hypotheca ſuper bonis Epiſcopi ad Divinum Cultum deſtinatis.
6 In his bonis, quæ benedicta non ſunt, neque applicata Eccleſiæ, Epiſcopo vivente, ſatisfaciendum eſt Creditoribus.

DECI-

DECISIO II.

Reſervata fuerat annua Penſio ducatorum 800 ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis Canarien Illuſtriſſimo D. Cardinali Dezi, quam per plures annos ipſe exegerat, & tum pro terminis decurſis tempore Ferdinandi ultimi Epiſcopi defuncti ageret contra Capitulum dictæ Eccleſiæ, uti Poſſeſſorem nonnullorum bonorum mobilium prædicti q. Ferdinandi, occurrit dubium = *an D. Cardinalis poſſet ſatisfieri ſuper dd. bonis* = & Non poſſe concluſum fuit.

Quoniam Paramenti, & alia hujuſmodi bona fuerunt ad uſum, & cultum, divinum
1 per eumdem Ferdinandum deputata, quo fit, ut in iis nullum cadat dominium, vel hypotheca *L. 1. § cum rem, ubi Gloſſ.*, & ſeulentes *ff. quæ res pignori oblig. poſſ. L. inter ſtipulantem § Sacram cum ibi not. de Verb. obligat. cap. 1 de Pignor.*, cum in noſtris bonis ſint. *§ nullius, & § ſeq. Inſtitut. de rer. divis.*, & hoc in terminis ſtatuit Pius V. fel. rec. *in Conſtitut. ſuper ſpoliis edita anno 1557*

Nec dicatur Conſtitutionem non comprehendere bona, quæ Epiſcopo vivente erant Penſionario obligata & hypothecata, tamquam quæſita ex fructibus Eccleſiæ pro
2 ſolutione Penſionis, niſi illa prius ſoluta, *Argum. Text. in L. 2. § ſi quis a Principe ff. ne quid in loc. public.* ſiquidem Papa non præſumitur velle alicui præjudicare. *cap. ſuper eo de Offic. Delegat. Dec. conſ. 33. num. 5* ideo dd. bona cenſeri debere per Conſtitutionem delata cum onere ſolvendi debiti *Dec. conſ. 136 num. 6. poſt med.*, ubi allegatur *deciſ. Cappl. Tholoſ. 387*. quia præter id, quod non conſtat Paramenta, & alia Pontificalia de quibus agitur fuiſſe confecta ex redditibus Eccleſiæ, & quatenus conſtaret, non poſſet Cardinalis ea ſequi, niſi in ſubſidium, vendi cum pro ſuo credito habeat fructus Epiſcopatus, etiam pro terminis diverſis tempore alterius Epiſcopi obligatos, ſam pateat ei non licere hac de cauſa bona præſcripta diſtrahere; nam Pen-
3 ſio eſt onus reale cohærens beneficio *C. ſi quis latum 16 quæſt. 1 Pig. de Penſ. quæſt. 39 & 47*. propterea obligatur Succeſſor ad illius ſolutionem. *L. quero ff. de Uſufr. legat. L. Imperatores ff. de Publican. & Vectigal. Decian. conſ. 37. num. 14. lib. 1*.

Eoque magis hoc dicendum eſſet, facta ad majorem cautelam diligentia contra Prædeceſſores, ex allegatis per Caſſador. dec. 4. de locat. Aechil dec. 3 de Penſ. Gig. de Penſ. d. quæſt. 39 & 47 niſi forſan Divinis Of-
4 ficiis in fraudem Creditorum Paramenta hujuſmodi deſtinata fuiſſent.

Non obſtat, quod Penſionario detur hypotheca Gig. *ubi ſeq. quæſt. 51* Capit. *dec. 301. par. 1.* quoniam hoc intelligitur ſu-
5 per fructibus beneficii Gig. *d. quæſt. 51. num. 2. 3. & ſeqq.*, vel ſuper cæteris rebus, non autem ſuper bona ad Divinum Miniſterium dicata per ſupra deducta

Nec ad rem facit dictum Cardinalis *in Clement. ſi a veſtibus in 18. part. 6 dixim.*, dum vult, quod in bonis prædd. poſſit fieri executio pro debitis Prælatorum, cum reſpectu ipſorum Jus commune non ſit immu-
6 tatum *ad L. Sancimus C. de Teſtam.*, Quoniam ſtante prædd. Conſtitutione ceſſat difficultas, & ita etiam reſponderi poteſt *ad Abbat. in cap. 1 de Pignorib. in fin.* dicentium bona Eccleſiæ poſſe detineri donec ſatisfiat de debito, vel ejus opinio locum habere poteſt, urgente neceſſitate
7 *cap. ut nuw § hoc jus in quæſt. 1* quem ipſi allegat, vel vivente Prælato, qui principaliter obligatus eſſet, & non quoad alios ſingulares Succeſſores, & ſi aliter decernetur ex Conſtitutio in caſu propoſito parum Eccleſiis prodeſſet.

Et ita utraque &c.

EADEM COR. EODEM.

Veneris 27. Novembris 1598.

ARGUMENTUM.

Revocatur antecedens Deciſio, atque firmatur in rebus non benedictis, neque applicatis Eccleſiæ, vivente Epiſcopo, ſatisfaciendum eſſe Creditoribus; & ob ejus brevitatem non indiget Summario.

DECISIO III.

QUamvis alias in hac cauſa ſi ſolutum fuiſſet executionem fieri non poſſe ſuper bonis benedictis, & ad uſum divinum deſtinatis, cum in eis non cadat dominium, nec hypotheca, quod etiam dixerunt
1 DD. in ſubſidium, cum non poſſint poſſideri, & ſint extra commercium, ut patet ex ſolutionibus, quarum copia circumfertur; nihilominus cum die 27. Novembris in ſine dubitatum fuerit an *Benefiſ. D. Card. Dixa poſſit ſe uſeri ſuper bonis de quibus agitur non benedictis, dummodo non fuerint applicata Eccleſiæ Epiſcopo vivente* Domini *AFFIRMATIVE* reſponderunt. Quo vero ad *Benedicta* reſervarunt particulariter diſcutiendum. Moti fuerunt, quoniam nunc præſuppoſitis bona hujuſmodi ſemper fuiſſe penes Epiſcopum uſque ad ejus obitum, & conſequenter in ejus dominio, & poſt motam litem Capitulum, mediante quadam excommunicatione, ea habuit a quodam Depoſitario, propterea ſicut Cardinalis, etiam abſque alia diſcuſſione, directa via agere ad dd. bona defuncti Epiſcopi, quæ erant tacite hypothecata pro penſione dicenda, & non ſoluta, juxta notata *in L. ſi ſoluto ff. ſoluto matrim. ff. de Pign. & L. alienum, & ibi Bartol. ff. de pignoratit. action.*
Non obſtant in contrarium deducta, quia intelliguntur de bonis donatis & Eccleſiæ incorporatis ante litem motam.
Et ita utraque &c.

EADEM COR. EODEM.

Veneris 18. Decembris 1598.

ARGUMENTUM.

Eſt præcedentis confirmatoria, & in ea firmata extenduntur ad res, & bona etiam benedicta.

SUMMARIUM.

1 Executio pro ſatisfactione Penſionis fieri etiam poteſt in rebus benedictis, ut ſatisfiat creditoribus defuncti Epiſcopi.
2 Bona, & res benedictæ non poſſunt pignorari,
3 & hypothecari. Limita ut n. ſeq.
4 Bona, & res benedictæ poſſunt pignorari ad effectum eas retinendi, donec ſatisfiat creditoribus.
5 Diſtinctio ſimul facta a creditore ſuper bonis debitoris ſufficit.

DECISIO IV.

UNA tantum parte informante, dixerunt Domini *EXECUTIONEM POSSE FIERI IN BONIS BENEDICTIS PRO SOLVENDIS DEBITIS PRÆLATI DEFUNCTI* cum in terminis Cauſæ *Rel. Rev. Pii V.* volentis bona Cappellæ deferri ad Capitulum
1 mortui Epiſcopi, tradunt Joan. Gutier. *pract. lib. 2. quæſt. 54. in fin.*, Emanuel Rodrig. *in Summ. Caſuum conſcient. & de Taſſam ...*, & corroborari poſſunt ex traditis per Caſtill. *in ... benefic. ... quæſt. 17. & ſeqq. & ibi* Vitalin. num. 11. & ratione demonſtratur.
Non

Non obſtat, quod bona prædi non poſſint
2 pignorari, vel hypothecari *L. 1. ff. cum res, ubi Gloſſ. ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. cum*
aliis etc. quia non procedit hoc in bo-
3 nis quæ reperiuntur in dominio Prælati tempore obitus, quoniam ſicut Epiſcopus ea conſtare, & ſolvere debita potuiſſet, ita etiam licere debet ſuis Creditoribus. Nam quemadmodum, vivente præd. Epiſcopo, potuiſſet fieri executio actione perſonali in bonis benedictis in ſubſidium, ita fieri poterit poſt obitum illius, ne Eccleſia locupletetur cum aliena jactura.

Et ad hoc propoſitum bene facit Abbas *in cap. 2. n. 5 in fin. de Pignor.* ubi dicit, quod bona benedicta non poſſunt pignorari ad effectum, ut in illis Jus pignoris conſti-
4 tuatur, prout in rebus profanis, ſed ad effectum, ut detineantur, donec ſatisfiat creditori.

Ex his autem ſatis conſtat non eſſe opus alia diſcuſſione, quæ tamen recte facta fuit in Epiſcopum, ut ſuſſicit Gabuel. *de ſide juſſor. concl. 1. num. 48*, & ſufficit quidquid alius ex adverſo diceretur.

Et ita &c.

R. P. D. LUDOVISIO, POSTEA GREG. XV.

COMEN. LEGATI

Lunæ 20. Februarii 1606. eſt inter ejus impreſſas 236.

ARGUMENTUM.

Legatum factum pro reparatione Eccleſiæ an debeatur, ſi teſtator ipſe in vita faciat dictam reparationem, & plura de ſimili materia.

SUMMARIUM.

1 Legatum relictum ad certum cauſam, & ad certum affectum, ſi teſtator ipſe in vita adimpleat, non debetur, & late ſub num. 14.
2 Hoc procedit, quando factum a teſtatore vivente apparet factum ex cauſa legati, ſeu eodem animo quo habebat legandi, ſecus ſi fuit factum ex alia cauſa neceſſaria.
3 Factum quid præſumitur potius ex cauſa neceſſaria, & ad quam quis compelli poteſt, quam ex cauſa voluntaria.
4 Legatum non dicitur impleri per id, quod legans facit ex cauſa neceſſitatis.
5 Legatum dicitur donatio, & fit cauſa liberalitatis.
6 In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.
7 Legatum factum tunc ceſſat, quando ſi ſuſtineretur concurrerent duæ cauſæ lucrativæ, quæ de jure ſimul non poſſunt concurrere.
8 Legatum non cenſetur revocatum ex alienatione rei legatæ neceſſaria.
9 Legatum, ut maneat, ſufficiunt reliquiæ cauſæ præexiſtentis.
10 Augmentum cauſat multiplicationem legati.
11 Legatum non præſumitur ademptum.
12 Præſertim ad favorem Eccleſiæ.
13 Pars una teſtamenti aliam declarat.
14 Si Teſtator poſt actum ab eo geſtum, ex quo deducitur ademptio legati, per plures annos ſupervixit, & non mutavit teſtamentum, non cenſetur voluiſſe adimere legatum.

DECISIO V.

Paulus Jovius Epiſcopus Nucerinus in teſtamento legavit Eccleſiæ S. Antonii Comen. cujus erat Commendatarius ſcuta 200. pro beneficio reparationis, & augmento dictæ Eccleſiæ ſolvenda ex ducatis mille exiſtentibus penes Octavianum Jovium; R. P. D. Vulpius dictæ Eccleſiæ Commendatarius convenit hæredes occaſione dicti legati, eoſque obtinuit condemnari ad ſolutionem per ſententiam Vicarii Comen. Cauſa in Curia introducta, & commiſſa Rmo Ro-
1 den, in cujus locum fui ſubrogatus, dubitatur, an legatum debeatur, & ratio dubitandi fuit, quia Jovii hæredes prætendebant, Epiſcopum viventem poſt conditum teſtamentum d. ſummam expendiſſe in cauſam expreſſam in legato, pro reparatione videlicet dictæ Eccleſiæ, et propterea ſolutione, ſeu implemento facto per teſtatorem, aſſerunt Eccleſiæ non competere id legatum. *L. Lucius §. 1. ff. de legat.* 2. cujus diſpoſitionem dicit ibi Bar. *num. 3.* notandum pro legatis piis,

piis, allegabitur itum *l. Filia legatorum C. de legat.* in qua Pater dotando dicitur impleviſſe legatum dotis, et propterea legatum non deberi. Rota in hac dubitatione conſulti reſpondet *LEGATUM DEBERI*, Nec obſtant jura allegata in contrarium, quia procedunt quando factum a teſtatore vivente apparet factum ex cauſa legati, ſeu in tantum, quem habebat legandi, ut *Bart.* eſt, quod Bal *in d. L. Lat.* in 1. *not.* notavit ex illo textu, quod teſtator potuiſſe prævenire hæredem in executione legati. In caſu autem iſto non apparet, expenſis factas a teſtatore in reparatione, factas fuiſſe in cauſa legati, imo præſumendum potius factas ex neceſſitate, tum maneret teſtatoris, quia erat Commendatarius dictæ Eccleſiæ *l. 1. de Eccl. ædif.* tum decreti in viſitatione facti, cum factum quid præſumatur potius ex cauſa neceſſaria, & ad quam

3 quis compelli poterat, quam ex cauſa voluntaria Paul. de Caſtr. *conſ.* 133 *num. 3 libro nov. lib.* 2. Corn. *conſ.* 316. *num.* 7 *lib.* 1. Ayn. *conſ.* 1 6 *num.* 4. et legatum non dicitur impleri per id,

4 quod Legans facit ex cauſa neceſſitatis; quia tunc legatum ſit cauſa liberalitatis

5 exercendæ, & ob id dicatur donatio *L. legatum ff. de leg.* 2 Inſt. *tit. h.*

6 Et in omiſſionibus etiam liberalitatis *l. Rem legatam ff. de adim. leg.* quod etiam probatur ex traditis per Bal. *conſ.* 163 *num.* 1 *lib.* 5 ubi dicit, tunc ceſſare legatum quando duæ concurrerent

7 duæ cauſæ lucrativæ; & hoc eſt, quod etiam vult *in d. l. Lucius* *n.* 2 *vers.* dum dicit, teſtatorem non præſumi velle multiplicare legatum, & Ayn. *conſ.* 784. *num.* 2 *ad fin. conſ. qui* etiam eo caſu dicit, quod procedit, quando ex cauſa lucrativa legatum legatario traditur; videmus itaque ex alienatione in neceſſaria

8 non poſſe agnoſci animum revocandi legatum *l. Rem legatam ff. de adimen. legat. L. Fideicommiſſum § ſi rem ff. de legat.* 2. Præſertim quia per reparationem a teſtatore factam non poterat dici ceſſiſſe cauſam legati, quia cauſa reparationis recipit multiplicationem, & tractum ſucceſſivum, & propterea manet legatum;

9 juxta traditi per Bilycet. *in l. quinquagiñta §. fi. de probat.* & ad effectum, ut legatum maneat, ſufficiunt reliquiæ cauſæ, ut per Ceph. *conſ.* 81, *num.* 15. Ultra quod legatum eſt etiam factum ex-

10 preſſi per augmento, & augmentum conſideratum tale, etiam multiplicationem legati, ad late traditas in *Romana legati* 23 *Octob.* 1591, *cor Illuſtriſſimo D. Card. Pamphilio*, Et etiam non videtur credendum, quod teſtator in legato intellexerit de illa reparatione, quæ in digebat Eccleſia ipſo vivente, quia illa non erat committenda hæredi, nec expectandum quod hæres illam præſtaret. Suadetur etiam ex præſumptionibus, & veriſimilitudinibus, quod legatum adhuc debeatur, Ultra enim regulam generalem, quod non præſumatur

11 ademptum legatum, de qua late per Menoch. *præſum.* 167. *in prin. lib.* 4, &

12 præſertim ad favorem Eccleſiæ, juxta tradita per Tiraq. *de privileg. piæ cauſæ privileg.* 40 conjecturam optimam præbet, quod teſtator voluit ſolvi ſumptus legatum Eccleſiæ Sancti Juliani, non obſtante, quod alia ſcuta 200. pro reparatione ejuſdem Eccleſiæ depoſuiſſet, cum

13 non poſt teſtamentum illum declaret *l. § ſervum plurium ff. ſi ff. de leg.* 1 & *l. qui ſibi ff. de leg.* 3. Accedit, quod

14 teſtator poſt factam reparationem vixit per plures annos, quibus potuiſſet mutare teſtamentum, & non mutavit, unde præſumitur in eadem voluntate, & eo animo legandi deceſſiſſe. Illuſtres Muntic. *de conject. lib.* 12, *tit.* 1 *num.* 13 ex quibus, & aliis per informatores deductis, Domini cenſuerunt *LEGATUM* Eccleſiæ Sancti Antonii *DEBERI*.

R. P. D. DAMASCENO.

PORTUGALLIEN. FABRICÆ

Veneris 14. Decembris 1612.

ARGUMENTUM.

Eccleſiæ reparatio ad quem ſpectet? In hac deciſione multa explicantur notabilia.

SUMMARIUM.

1 Eccleſiæ Cathedralis reparatio, ſicut ſpectat ad Epiſcopum, ita etiam ad eundem ſpectat reparatio aliarum Eccleſiæ dependentium, & annexarum Cathedrali.

Eccle-

2 Eccleſiæ ſeparatæ ſpectat ad illum, qui ejuſdem Eccleſiæ fructus percipit. Sed declara ut ſequitur.
3 Eccleſiæ reparationis onus ad quem ſpectet.
4 maxime attendenda eſt conſuetudo loci. Conſuetudo non dicitur plene probata, niſi etiam probetur frequentia actuum.

D E C I S I O VI.

1 Dubitavi an conſtaret de bono jure Theſaurarii, id eſt an ipſe teneretur ad reparationem Eccleſiæ S. Ildefonſi. Et pro ut NEGATIVAm fuit tentum; etenim Cathedralis Portugallen. & Parochialis, & illius curſitatis eſt Eccleſia S. Ildefonſi, de cujus reparatione agitur. Curam exercet Theſaurarius d. Cathedralis, cui fuit aſſignata certa portio decimarum: unde ſequitur, quod reparatio Eccleſiæ S. Ildefonſi ſpectat ad Epiſcopum, qui ſicut tenetur reparare ipſam Eccleſiam Cathedralem, ex late cumulatis per Bero. *conſ. 3. per totum vol. 1.* ita tenetur reparare hanc, tamquam Cathedrali annexam, & ab illa dependentem, juxta notata per gloſſ. *in c. ſi quis objecerit verb. neutrum 1. quæſt. 1.* Anchar. *conſ. 160. num. 3.* Abb. *conſ. 96 in princ. verſ. circa ſecundum lib. 2.* Crovet. *conſ. 875. num. 5.*

2 Nec facit, quod Theſaurario fuerint aſſignati certi fructus, ſive decimæ, ad dictam Eccleſiam S. Ildefonſi ſpectantes, unde teneatur Theſaurarius ſaltem proportionabiliter, ex regula quod onus reparationis ſpectat ad illum, qui percipit fructus, ex *cumulat. per* Sard. *conſ. 62. num. 1, & ſeqq. vol. 1.* quia in propoſito caſu minime apparet, quod Theſaurario fuerint aſſignati omnes redditus iſtius Eccleſiæ, & ſignanter omnes Decimæ: unde ſi aliqui fructus fuerunt aſſignati pro congrua illius ſuſtentatione, ex illis non tenetur reparare Eccleſiam. *c. de his*, & ibi Butr. *num. 1. verſ. non extra* Abb., Anchar., & Card. *num. 2. de Eccleſ. ædific.* *gl. ad aedificationem* Id. *in ibi* Jo. Andr., & Abb. *num. 7.* Butr. *num. 9.* Boich. *num. 1.* Anchar. *num. 5. cod. tit.* Dec. *conſ. 318. num. 5. verſ. in primis* Bero. *d. conſ. 3. num. 23. lib. 1.* Surd. *conſ. 61. num. 21.*

3 Et quatenus dicitur, fuiſſe Theſaurario uſque de anno 1568 per Epiſcopum Johannem aſſignatas duas ex tribus partibus Decimarum, res viſa reddit multum dubia, & æquivoca per applicationem, quam Menſæ Epiſcopali de prædictis Decimis fecit Epiſcopus Vincentius de anno 1340. relictis tantum Theſaurario decimis perſonalibus Fabrorum, Piſtorum, & ſimilium, & licet replicaretur, quod maſſæ iſta applicata Epiſcopalis Vincentii, tamquam certa fuerit revocata per Epiſcopum Sanctium de anno 1338 attamen actus qui de prædicta revocatione dabatur, viſus fuit multum dubius, & æquivocus, quinimo potius deuxit re confirmationem illius, quod fecit Epiſcopus Vincentius. Etenim Sanctius in ſua ordinatione dicit, ſe velle quod Capitulum habeat tertiam partem redditunm ſic, & eodem modo, ut habſeret Epiſcopus Vincentius ſuus anteceſſor, & ſit in poſſeſſione, & ſtatu quo ab illo relictum fuerat. Item vult quod Theſaurarius habeat, & poſſideat redditus, & jura pertinentia ſuæ Dignitati ſic, & eodem modo, quo poſſit ſuus Anteceſſor, & ſit in poſſeſſione omnium rerum, quas ille poſſidebat ratione Dignitatis in illo ſtatu, in quo erat tempore ſui Anteceſſoris.

4 Circa illud, quod in hac materia reparationis deferatur conſuetudini. Bero. *d. conſ. 3. vol. 1.* in propoſito autem caſu conſuetudo ſit, quod Theſaurarius reparet Eccleſiam, ex datis in ſummario D. Epiſcopi *num. 5. & 6.* fuit reſponſum nullatenus probari prætenſam conſuetudinem nam condemnatio Theſaurarii data, *num. 5.* in primis non eſt præciſe, ſed ſi & quatenus Theſaurarius infra terminum non docuiſſet, onus fabricandi ad alterum ſpectare. Item non apparet, vel juſta, vel effectiva, quantum ad teſtes deficiunt in multis requiſitis ad probandam conſuetudinem, & ſignanter circa frequentiam actuum, juxta not. *in lib. 1. c. quæ ſit longa conſuetudo* Bart. *in l. de quibus, num. 3.* Angel. *num. 21. & ult. ff. de legibus* Alex. *conſ. 4. num. 2. lib. 2.* Crott. *conſ. 193. nu. 7. lib. 1. in fin.* Aſflict. *deciſ. 300. num. 17.*

R. P. D.

R. P. D. MANZANEDO.

MONTIS POLITIANI PECUNIARIA

Lunæ 20. Maij 1623.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus tenetur contribuere in fabrica, quæ fieri contigerit pro neceſſitate ſuæ Eccleſiæ, & ex hac cauſa tenetur etiam ad debitum contractum a ſuo anteceſſore.

SUMMARIUM.

1 Succeſſor Eccleſiæ tenetur ad debitum contractum per anteceſſorem pro neceſſitate Eccleſiæ.
2 Secus ſi abſque neceſſitate.
3 Epiſcopus tenetur uſque ad quartam partem reddituum Epiſcopatus contribuere pro fabrica neceſſaria ſuæ Eccleſiæ & num. 5.
4 Cives non tenentur contribuere in fabrica neceſſaria Eccleſiæ, niſi in defectum Epiſcopi, & Cleri.

DECISIO VII.

1 IN deciſione in iſta cauſa 15 Martii præteriti facta fuit dictum non conſtare de cauſis reſtitutionis, reſervato particulariter videri, an debitum de quo agitur, contractum ab Epiſcopo pro fabrica Eccleſiæ, cenſeretur pro neceſſitate ejuſdem Eccleſiæ contractum, ita ut ad illud teneretur Succeſſor in Epiſcopatu, juxta text. *in cap. primo de ſolut.* Et hodie cauſa repropoſita Domini cenſuerunt, = DICTUM DEBITUM NON FUISSE CONTRACTUM PRO NECESSITATE ECCLESIÆ = & ſic non intrare diſpoſitionem text. *in dicto cap. 1.* ſed omnino ſtandum eſſe in dimiſſa.
2 Et movebantur, quia in Civitate Montis Politiani adeſt Cathedralis antiqua, ſatis congrua, & capax, quæ ſemper commode inſervivit, & etiam hodie inſervit ad exercenda munera Epiſcopalia: unde licet Civitas decreverit Eccleſiam novam longe magnificentiorem, & ampliorem conſtruere, & Epiſcopus quoque in hoc opere tam pio tribuere voluerit, promittendo, & ſe obligando ad ſcuta centum annua, donec viveret, tamen dicta obligatio fuit potius voluntaria, quam neceſſaria, cum nulla adeſſet neceſſitas conſtruendi novam Eccleſiam, & per conſequens non intrat diſpoſitio text. *in dicto cap. 1.* quæ habet locum ſolummodo, quando debita ſunt contracta pro neceſſitate Eccleſiæ, ut notat Abb. *in dicto cap. 1. num. 2.* Cappell. Tholoſan. *quæſt. 70. n. 3.* Caſſan. *conſ. 210. n. 5.* Put. *deciſ. 43. num. 3. & deciſ. 44. lib. 2.* Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 10. ſub num. 15.*
3 Ulterius ad excludendam dictam neceſſitatem conſiderabant Domini bonam contributionem Epiſcopi non aſcendere ad quartam partem redituum Epiſcopatus, ad quam ſi fabrica fuiſſet neceſſaria, tenebatur, *cap. nunc & ibi gloſſ. verbo* [illegible] approbata ibi Rota *conſ. 3. n. 6. lib. 1. quæſt. 3. cap. quicunque, & cap. de reddituus, & cap. mos iſt 12. quæſt. 2.*
4 Quæ confirmantur ex contributione Civium, qui, ſi fuiſſet fabrica neceſſaria, noluiſſent contribuere, cum ipſi, excepta conſuetudine, quæ non adeſt in uſu noſtro, non teneantur, niſi in defectum Epiſcopi, & Cleri. Rota *ubi ſupra n. 3. uſque ad 6.* Surd. *conſ. 64. num. 13.*
5 Prædictis accedit, quod Epiſcopus ſemper recuſavit ſolvere, allegando, quod fabrica non fiebat ſecundum formam, & modellum ſibi bene viſum, & tamen ſi fabrica fuiſſet neceſſaria, vel vellet, aut nollet, debebat quartam partem contribuere in fabrica conſtruenda reditus Pecuniarum. Ex quibus ſic fuit reſolutum &c.

R. P. D.

R. P. D. DAMASCENO.

TOLETANA NOVENNÆ.

Lunæ 16. Novembris 1613.

ARGUMENTUM.

Eccleſiam reparare, & reficere tenentur non Parochiani, ſed Rectores, quibus decimæ ſolvuntur.

SUMMARIUM.

1 Eccleſiæ reparatio ſpectat ad Rectores, quibus decimæ ſolvuntur, neduin uſque ad quartam redditunm, ſed etiam ultra, ſi quarta non ſufficit.

2 Eccleſiam reparare non tenentur Parochiani, niſi in ſubſidium, & quatenus redditus Eccleſiæ non ſufficiunt.

3 Facultativi actus non inducunt obligationem agentis.

4 Fabricæ, & reparationis Eccleſiæ, onus ſequitur Decimas, ubicumque ſint, tamquam onus reale.

DECISIO VIII.

1 FUit reſolutum *SENTENTIAS ESSE EXEQUTAS* in eo, quod decernunt, Rectores de Talavera pro dimidia Novenæ decimarum teneri ad ædificationem, ſive reparationem Eccleſiæ, in qua miniſtrantur Sacramenta hominibus de Gamonal, quia cura dictæ Eccleſiæ de Gamonal eſt penes dictos Rectores de Talavera, quibus propterea per dictos homines ſolvuntur decimæ; unde tenentur Rectores ad reparationem dictæ Eccleſiæ *c. decernimus 10. quæſt. 1. c. avie quæſt. 3. 1. quatuor. 2. congnoſcimus 12. qu. 2. cap. 1. ubi gloſ. ubi, circa fin. 1. de his, de Eccleſ. ædif.* Feder. de Sen. *conſ.* 114. *circa fin.* Bald. *ibid.* 13. Ph. 1. Dec. *conſ.* 118. *num.* 5. *verſ. nam ad hoc*, Lambert. *de iuspatr. lib.* 3. *quæſt.* 7 *princ. art.* 2. *num.* 2. Beroi. *conſ.* 3. *num.* 12. Surd. *conſ.* 62. *num.* 1. & 6. & hoc neduin uſque ad quartam reddituum juxta text. *in d. c. quatuor. & in d. 1. de his*, ubi gloſ. *verb. cogi in ſuis*, ſed etiam ultra ſi quarta non ſufficit, ut declarant gloſ. *in dicta ubi verb. cogi verſ. imo certe.* Abb. *num.* 4. idem Abb. *in d.* 1. 2. *num.* 8. Lambert. *de iuspatr. d. quæſt.* 7. *art.* 2. *num.* 2. *verſ. ſi tamen* Surd. *d. conſ.* 62. *num.* 10. unde cum Rectores fuerint condemnati in minori ſumma, quam quarta, non habent de quo conquerantur, nec circumſcriptis conſuetudine poſſunt ſe convertere ad parochianos, niſi in ſubſidium, & quatenus redditus Eccleſiæ minime ſufficiant. Abb. *in dict. cap.* 1. *num.* 4. Bald. *conſ.* 321. *poſt med. verſ. & ſi ſtultus, lib.* 1. Surd. *dict. conſ.* 62. *n.* 20. *&* 22. Trid. Concil. *c.* 7. *verſ. Parochis Secundo*, *vocibilis vero, ſeſſ.* 21. *de reformat.*

2 Non obſtat concordia inita de anno 1431. inter Rectores de Talavera ex una, & homines de Gamonal ex altera, in qua Rectores promiſerant dare ſingulis annis Cappellano iſtius Eccleſiæ 2400. marapetinos pro ejus ſalario, pacto adjecto, quod ſuper dicto ſalario, & ſervitio dictæ Eccleſiæ non debeat remanere dictis hominibus alius recurſus, nec actio contra dictos Rectores: quia pactum de non petendo non loquitur de fabrica, ſeu reparatione Eccleſiæ, ſed de ſalario, & ſervitio Eccleſiæ, ut patet ex lectura, ibi = *Super ſalario dicti Cappellani, eiuſque ſuper ſervitio dictæ Eccleſiæ &c* = propterea onus fabricæ remanet in diſpoſitione juris, *ad l. commodiſſime ff. de lib. & poſthum.* ſecundum quam juris diſpoſitionem fabrica pertinet ad Rectores, ut ſupra dictum eſt.

3 Minus facit, quod homines de Gamonal ædificaverint iſtam Eccleſiam, vel etiam illam aliquando de eleemoſynis reparaverint, quia cum iſti actus fuerint actus facultativi, & ex devotione, non fuit contra eos quanta obligatio illud idem faciendi in poſterum, ad tradita per Surd. *conſ.* 61 *num.* 18. Nec applicatur deciſio in cauſa *Segovien. Canonicatus die* 11. *Febr.* 1604. coram Illuſtr. Lancelotto; quia ibi aderat longiſſimum tempus, & actus continuati, & uniformes, quorum nullum concurrit in hoc caſu.

4 Quod autem cura iſtius Eccleſiæ de Gamonal ſit tantum auxiliaris juxta *c. ad audientiam, & primo. de Eccleſ. ædific.* ſtatis colligi viſum fuit ex praedicta, con-

cur-

continuo; altera quod ſuſſicit quod Rectores percipiant decimas ſecundum communia jura ſpectantia ad iſtam Parochialem Eccleſiam; ad *cap. cum contingat*, & *c. cum in tua*, *de decim.* quia onus fabricæ ſequitur dd. Decimas ubicumque ſint, tamquam onus reale . *a. ſi Menochius 26. quæſt. 4. gloſ* *antb. in d. cap. 1. de Eccleſ. ædiſic.* Beroconſ. 3. num. 13. lib. 1. Cæv. conſ. 116. n. 2. lata Sign. conſ. 6. num. 1. cum pluribus ſeqq. & fuit quoque ita dictum in cauſa *Veragalliæ* ſub die 24. Januarii 1614. confirmata ſub die 4. Novembr. proximi.

R. P. D. COCCINO DECANO

MAJORICEN. FABRICÆ

Lunæ 26. Julii 1614.

ARGUMENTUM.

Eccleſia Cathedralis quando indiget reparatione, cujus ſumptibus reparari debeat.

SUMMARIUM.

1 Eccleſia Cathedralis quando indiget reparatione attenditur conſuetudo, cujus expenſis reparari debeat.

2 Quæ conſuetudo, ſeu ſtatutum, aut Privilegium debent eſſe ab antiquo tempore obſervata.

3 His non concurrentibus erogandi ſunt fructus pro fabrica deſtinati, quibus pariter deficientibus, onus reparandi ſpectat ad Epiſcopum de quarta ſuorum redditum tam futurorum, quam præteritorum.

4 Antequam cogantur Beneficiati, aliique inferioris ordinis Clerici ad contributionem pro fabrica, neceſſe eſt oſtendere quintam redditum Epiſcopalium perceptorum, & percipiendorum, & ſubinde etiam contributionem Canonicorum non ſuffecere.

5 Epiſcopus pro reparatione Eccleſiæ nonnquid poſſit aſſignare Fabricæ diſtributiones quotidianas deficientium Canonicorum, & Beneficiatorum.

DECISIO IX.

EPiſcopus, & Capitulum Majoricen. ſtatuerunt, ut Epiſcopus, & quilibet ex Dignitatibus, & Canonicis pro tempore quotannis certum quid ſolverent pro reparatione Eccleſiæ Cathedralis, & inſuper ſtatuerunt per hæc verba, *ſimiliter ſtatuimus, & mandamus, ut de omnibus diſtributionibus quotidianis tam ordinariis, quam extraordinariis, demptis quæ lucrantur ratione interesſitates in commeta Sanctiſſimi Corporis Chriſti ad infirmos, duæ partiam in perpetuum aſſumantur ad dictam reſtaurationem, & reparationem Fabricæ* = Cumque in prædicta Eccleſia adſit Confraternitas Sancti Bernardi cum ſuis Rectoribus beneficiatis adminiſtrantibus, ut prætenditur, unam ex tribus burſis diſtributionum, quæ quotidie in eadem Eccleſia ſingulis beneficiatis intereſſentibus dantur, dubitatur, *An Rectores prædicti teneantur contribuere in dandam Portionem applicandam pro reparatione fabricæ*. Et Domini utraque parte informante = *NEGATIVE* = reſponderunt, admiſſa etiam ſine veri præjudicio, quod prædicta Scriptura Epiſcopi, & Capituli ſit vera. Nam de jure communi circa

1 reparationem Eccleſiæ Cathedralis attenditur conſuetudo, ut late probat Bero. *in conſ. 3. num. 1. & 2. vol. 2.* Hic autem nulla probatur conſuetudo, imo apparet de contrario ex ſtatuto de recenti facto; ſi enim adfuiſſet conſuetudo ſuperfluum fuiſſet ſtatutum.

Neque obſtat, quod ſtatutum, & privilegium, conſuetudoque in iſtis terminis æquiparantur, ut per *Bero. dicto loco num. 3. verſ. item crederem dicendum*, & merito, quia Capitulum de conſenſu Epiſcopi poteſt ſtatuere ſuper his, quæ concernunt ſtatum Eccleſiæ, prout fuit factum in iſto caſu; Nam huic motivo poterat reſpon-

2 deri, quod Bero. loquitur in ſtatuto anti-

Digitized by Google

antiquo, quod fuerit obſervatum et habet vim conſuetudinis, non autem in ſtatuto facto de recenti ad exgravandum Epiſcopum, ut ſtatim dicetur.

3 Ex quibus cum ceſſet conſuetudo, ſtatutum validum, & privilegium, aut Eccleſia habet propter fructus pro fabrica, & ex illis eſt reparanda, & ſi non habet, onus reparandi ſpectat ad Epiſcopum de quarta redditium ſuorum, non ſolum futurorum, ſed etiam præteritorum, quæ ad hunc effectum tenetur conſervare, ita concludit Beron. *loco proxime alleg. num. 6. & ſeq.* Barbat. *conſ. 26. difficile eſt num. 4. conſ. & prædicta omnia lib. 3. quos refert, & ſequitur* Sard. *conſ. 62. num. 23. ſolam.* 5.

Et quamvis idem Beron ſubdat, quod ſi quarta Epiſcopi non ſuſſiciat tenerantur contribuere Canonici, & alii, qui in Eccleſia poſſident beneficia, & poſtea totus Clerus, & hi, qui in miſſionibus Eccleſiæ obtinent Beneficia, demum vero Parochiani, & ſuper hoc Epiſcopus poteſt facere ſtatutum tamen hic non probatur, quod quarta Epiſcopi habita

4 ratione ad præteritum non ſufficiat, & in omnem eventum, quod etiam non ſufficiant eroganda per Capitulum.

Non obſtat denique, quod Epiſcopus poteſt aſſignare fabricæ diſtributiones quotidianas deficientium, ut ex ſententia illuſtriſſimorum Interpretum cenſuit Rota in *Gadicen. diſtributionum* 21. *Octobris* 1577. quæ habetur *par. 2 deciſ.* 329.

5 quia intelligebant Domini illam ſententiam procedere juris ordine ſervato, ſcilicet in eventum, quod quarta Epiſcopi non ſuſſiceret, tunc poſſet applicare diſtributiones Canonicorum. Hic autem cum Canonici ſecundo loco teneantur, etiam quod quarta Epiſcopi non ſufficeret, non erat deveniendum ad applicationem diſtributionum Beneficiatorum, ſed primo erat videndum an applicanda per Canonicos ſufficerent. Et ita fuit deciſum.

R. P. D. B U R A T T O.

ROMANA PENSIONUM

Mercurii 6. Novembris 1619.

A R G U M E N T U M.

Quantum onera deducenda ſint ex redditibus beneficiis, ad videndum, an remaneant centum libera pro Rectore.

S U M M A R I U M.

1 Onera, & expenſæ deducenda a redditibus Parochialis, ut videatur, an ſolutis penſionibus ſuper ea reſervatis, remaneant centum pro Rectore, debent eſſe tantum ordinaria, & neceſſaria, quæ ſolum minuunt fructus.

2. 3. Onera extraordinaria, & voluntaria non ſunt deducenda, nam Rector non poteſt onera arbitraria imponere in præjudicium penſionariorum.

4 Et quid de incertis, variabilibus, & non perpetuis.

5 Et quid de oneribus, quæ expleri poſſunt per ipſum Rectorem.

6 In valore beneficii firmando non eſt habenda ratio de redditibus incertis.

7 Onerum, & impenſarum Beneficii taxatio remittitur arbitrio Judicis.

D E C I S I O X.

Concordatis inter Partes redditibus Parochialis Eccleſiæ S. Luciæ de Tinta in ſcutis 169. monetæ, dubitavi, quorum onerum, & ad quam ſummam eſſet habenda ratio, ad effectum videndi, utrum ſolutis penſionibus, de quibus agitur, ſuper dicta Eccleſia per S.D.N. reſervatis, remanerent ſcuta 100. libera pro Rectore. Et DD. quoad primam partem dubii dixerunt, *DEDUCENTium Secundus.*

1 *DA ESSE SOLUM ONERA ORDINARIA, ET NECESSARIA*, ad text. in *cap. 2. & 3. §. ubi autem, de præben. in 6.* Gig. *de penſ. quæſt. 96. n. 2.* Caſſid. *deciſ. 19. n. 1. & 2. de præben.* prout ita etiam fuit tentum in aliis pluribus cauſis. Generale enim eſt, quod expenſæ vel onera, niſi ſint neceſſaria, non minuunt fructus, nec de illis deducantur, *l. ſi neceſſarium, in princ. & ibi* Gloſſ. & DD.

§. di pign. act. Neguſ. *de pign. par. 7. membr. 7. num. 14. 15. & ſeqq.* cum pluribus per Card. Mantic. *deciſ 45. n. 1.* de aliis vero concluſerunt nullam eſſe habendam rationem.

Et primo de extraordinariis, ut in his alias fuit reſolutum *in deciſ. 298. nu. 2. par.*
2 *2 deciſ. & in Conſentina penſionis 29. Maii 1596. coram bon. mem. Litta.*

Secundo de voluntariis, ſeu arbitrariis ad text. *in cap. praeſenti, §. porro, de Off. Ord. in*
3 *in 6.* Gloſſ. *in cap. ſi propter tua, in verb. ſpeciali gratia, de reſcript.* eodem *lib. 6.* Capotaq. *deciſ. 74. lib. 2 in manuſcr.* & dictum quoque fuit *in Acheruntina fructuum 2. Decembris 1580. cor. bon. mem. Card. Lancellotto ſeniori*, & noviſſime *in Cremonen. penſionis 28. Maii 1618. coram R. P. D. meo Cavalerio*, in qua etiam dictum fuit, Rectorem imponere non poſſe talia onera voluntarie in praejudicium penſionariorum.

Tertio de incertis, & variabilibus, & non perpetuis ſecundum Pot. *deciſ. 201. lib. 3.*
4 *in noviſſim.* & tentum quoque fuit *in Papien. Prioratus 6. Junii 1607. coram Illmo Dño Card. Lancellotto juniori*, quae eſt 138. *par. 2. in noviſſim.* ſicut e converſo in
5 firmando valore dictae Eccleſiae non eſt habenda ratio de redditibus, & fructibus incertis, ut firmatum fuit *in alia deciſ. hujus cauſae 12. Novembris anni praeteriti*,

Quarto, demum dixerunt DD. non eſſe habendam rationem de oneribus, quae expleri
6 poſſunt per ipſum Rectorem, ut in dicta terminis tentum fuit *in d. Papien. Prioratus*, & antea in alia *ibi relata Romana Penſionis 19. Maii 1602 coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Quo vero ad alteram dubii partem, cum etiam Judicis arbitrium circa quantitatem verſetur, ad text. *in l. quidam in ſuo teſtamento, in fin. di leg. 2.* & per eum Bald. *in l. voluntatis, n. 12. C. de Fideicom.* Manoch. alia exempla adducent *de arbitr. quaeſt. 11. n. 8.* & in ſimili ſnapet illa uſa fuit Rota circa taxationem expenſarum extrajudicialium *in illa Paduana,*
7 *pecuniaria 1. Martii praeteriti coram Rmo D. meo Decano*, quoniam in his terminis onerum, & expenſarum beneficii taxatio, & deductio commiſſa fuit arbitrio Ordinarii *in illa cremonen. penſionis 28. Maii 1618. & 11. Martii praeteriti coram R. P. D. meo Cavalerio*. Sic in propoſito DD. inſpectis parvitate Parochiae, & exiguitate ſervitii conſideratis in ſupradicta alia deciſione hujus cauſae, & aliis adductis arbitrati ſunt, omnia onera neceſſaria, & ordinaria, & ſic deducenda non excedere ſcuta triginta in totum, computata etiam impenſa Clerici, aliis non controverſis; & taxata in ſcutis annuis duodecim. Et ita fuit utraque parte informante deciſum.

R. P. D. BURATTO

ROMANA PENSIONUM

Lunae 6. Aprilis 1620.

ARGUMENTUM.

Agitur de detractione onerum neceſſariorum ex redditibus Eccleſiae Parochialis, ad effectum videndi, an remaneant centum libera pro Rectore: & praecipue de ſalario Clerici.

SUMMARIUM.

1 Onera extraordinaria, & voluntaria, & quae expleri poſſunt per Rectorem, non ſunt deducenda in praejudicium Penſionariorum.

2 Expenſae neceſſariae in Parochiali minori, non ſunt regulandae juxta expenſas Parochialium inſignium.

3 Atteſtatio extrajudicialis non probat.

4 Teſtium depoſitio relativa ad actum nullum, & invalidum, non eſt attendenda.

6 Operae, ſeu ſervitia Eccleſiae non recipiunt eamdem, ſeu uniformem aeſtimationem in omnibus Eccleſiis.

7 Teſtes deponentes de valore tenementorum vicinorum non probant, niſi deponant, quod praedia vicina ejuſdem ſint conditionis, & qualitatis.

8 Clerici continua aſſiſtentia in Parochiali, tam de die, quam de nocte, non praecipitur a Rituali Romano, nec etiam obſervatur.

9 Fructus Beneficii ſunt obligati penſionariis.

10 Clericus non debet neceſſario eſſe intitulatus

latus in Parrochiali, cujus redditus ſunt penſionarius obligati.

11 Solitum attenditur in diſtributione ſtipendiorum Eccleſiaſticorum, quod non inducitur ex brevi tempore.

12 Mercedis quantitas circa ſolitum data Clerico, pendente lite inter Rectorem, & Penſionarium, non attenditur pro firmando valore fructuum, in præjudicium penſionarii.

13. 14 Media via eſt eligenda in varia teſtium depoſitione ſuper valore, & in varia, & diverſis æſtimationibus, in quibus minor quoque ſumma ſolet attendi, & num. 16.

15 Penſionarii debent ex æquitate pro rata concurrere ad neceſſarias reparationes Domorum Eccleſiæ penſionibus gravatæ, in quarum redditibus potiſſimo conſiſtunt introitus Eccleſiæ.

D E C I S I O XI.

Dubitavi, an eſſet recedendum a reſolutione facta 6. Novembris præteriti, etiam quoad Clericum, & DD. *IN EA PERSTITERUNT CUM MODIFICATIONE*, de qua infra.

Primo enim quoad onera Eccleſiæ dixerunt,
1 non eſſe deducenda extraordinaria, incerta, voluntaria, & explebilia per Rectorem, ut in dicta reſolutione,

Secundo placuit taxatio onerum, quæ veniunt deducendi, ut annuatim non excedunt ſcuta 30. monetæ in totum: comprehenſa etiam impenſa Clerici taxata in annuis ſcutis 15 ſimilibus, ut *in reſolutione 12. Novembris 1618.*

Nec obſtare viſa fuit taxatio facta per Arbitros. Quia ſtante eorum diſcordia, Partes non tenebantur illis ſtare, ut ex conventionibus inter eas initis, & quia compromiſſum in eos factum ſublatum fuit per commiſſionem cauſæ mihi directam.

Minus obſtare viſa fuit atteſtatio ſex Parrochorum, quorum duo fuerunt etiam poſtea examinati tanquam teſtes ſuper longe majori ſumma in *Summario Rectoris n. 4. & 5.* Nam dicta atteſtatio, ſeu de-
2 claratio eſt facta per eos nunquam vocatos (ut aſſerunt) ad taxandum dicta onera, & tamen non conſtat de aliquo conſenſu penſionariorum, præterea ſupponunt, eſſe neceſſarias plures expenſas, quæ revera non ſunt tales, & eſt etiam valde exceſſiva in ſumma: cum impenſæ neceſſariæ non ſint regulandæ juxta illas Parochialium majorum, cum hæc de qua agitur ſit de minoribus & ſufficeret, quod eſt atteſtatio extrajudicialis per mo-
3 dum fidei, quæ fidem non facit ex vulgatis & ut infra de alia dicetur. Et ideo cum ſit nulla, & invalida non eſt etiam attendenda depoſitio duorum ex iis ad
4 eam relativa, Salicet *in L. fin. num. 3. verſ. ſed dubium C. de teſtibus*, Socin.
5 Sen. *conſil. 40. num. 2. verſ. quinimo, lib. 3.* Aym *conſ. 115 n. 8. verſ. & in terminis.* Et eadem ratione viſum fuit, non eſſe attendendas fides aliorum ſex Curatorum *in dicto Summario num. 2.* ſuper majori mercede Clerici, ut extrajudiciales ſine citatione, & juramento, Card. Seraph. *deciſ. 1423. n. 3.* imo duo ex dictis Curatis, videlicet S. Ioannis, & alius Sancti Blaſii *della pagnotta*, videntur corroborare dictam taxationem annuorum ſcutorum 12 dum deponunt de mercede, quæ in eorum Eccleſiis datur Clericis inſervientibus tantummodo Miſſis, quæ videtur minor, quam ſit taxata in hac Eccleſia, conſiderata diverſitate Eccleſiarum, & majori numero Miſſarum, quæ in dictis duabus ſolitæ ſunt celebrari.

Nec pariter obſtare viſi fuerunt teſtes dati pro Rectore in *Summar. n. 1. 2. & 3.* nam DD. animadvertebant, quod nullus ex teſtibus utriuſque Partis deponat de conſuetudine, vel aliqua communi obſervantia, ſeu ſtylo uniformi mercedis Clerici, prout nec deponere poſſunt propter diverſitatem Eccleſiarum, & majoritatem, vel minoritatem ſervitii, cum propterea neceſſe quoque ſit, diverſam eſſe mercedem, ex quo operæ non in omnibus recipiunt eandem, ſeu uniformem æſti-
6 mationem. *Rot. in Nolana mercedis 13. Jan. 1591. coram bon. mem. Penia, & in Rom. executoriæ, ſeu ſocietatis 13. Martii 1617. coram me, & late* Gratian *diſcept. c. 185 n. 9. & 10.*

Et propterea nec poteſt fieri vis ſuper teſtibus, qui non loquuntur de Parochialibus huic ſimilibus: prout dictum de te-
7 ſtibus deponentibus de valore terrenorum vicinorum, qui non probant, niſi deponant, quod prædia vicina ſint ejuſdem conditionis, & qualitatis, ut in *L. 1. C. de reſcind. vend.* notant Odofr. *num. 8. verſ. vel probabit quod alia*, Bart. *num 19.* Angel. *num. 7. verſ. & ideo clara doctrina eſt, & Cagnol. n. 233. in fin. verſ. præterea.* Et quia etiam aliqui loquuntur de Clericis præſtantibus operas ſuas in negotiis familiaribus Rectorum ultra ſervitium Eccleſiæ, & fere omnes ſupponunt neceſſitatem eſſe continuam aſſiſtentiam
8 Clerici tam de die, quam de nocte: quæ tamen nec præcipitur a Rituali Sanctiſſimi per unum de teſtibus allegato, nec etiam obſervatur, ut per Abb. *in cap. ut quiſque, n. 1. verſ. at dicit Paul. & 11.* etiam Anchar. *n. 2. de vit. & honeſt. Cleric.* & ut dicant teſtes penſionariorum, qui

qui optimas reddunt rationes; & quæ tanta etenim eſt neceſſaria in propoſito, quia cum redditus ſint etiam penſionariis
9 obligati, Gig. de penſion. quæſt. 31. n. 1. 2 3 & 17. cum ſeqq. Rot. deciſ. 99 n. 1.
10 part. 1. recentior. Clericus non debet de neceſſitate eſſe intitulatus, ut declarat Rot. deciſ. 56. n. 4. part. 1. diverſ.

Prout nec partes viſum ſuit poſſe fieri vim ſuper aliis duobus teſtibus noviter per Rectorem examinatis, qui ai inſervierunt pro Clerico, cum majori mercede, tum quia non percoeunt tempus reſervationis penſionum, de quibus agitur, & loquuntur de breviſſimo tempore eorum ſervitii, ex quo non poteſt dici inductum ſolitum, quod alias ſpectatur, ut in diſtributione ſtipendiorum Eccleſiaſticorum dicit Gloſ. in cap. ſtatuimus, in verb. pa-
11 ſtorem verſ. ſed contra hæc, & verſ. ſed ſi nullo, & ibi Oſt. n. 9 Abb. n. 1 Imol.
12 col. 3. verſ. & hic modo de neſcir. & ibid. tum quia unus depoſuit de ejus ſervitio paulo ante hanc litem, alius vero ea pendente, in cujus litis præjudicium non potuit per Rectorem, dando majorem mercedem, fieri detenter conditio penſionariorum & demum quia iidem teſtes, & præſertim tertius inſerviebant in aliquibus ſervitiis extra pertinentia ad Eccleſiam, & qui ipſe etiam ſupponunt eandem neceſſitatem continue retinendi Clerici, quæ non eſt neceſſaria ex ſupradictis.

Unde cum in Eccleſia, de qua agitur non videatur neceſſarius Clericus, niſi pro inſerviendo tantum Miſſæ diebus tantum Dominicis, & Feſtivis & in talibus Clericis aliqui ex teſtibus deponant de pretio majori, aliqui vero etiam de minori ſumma dd. ſcutorum ſeptem duodecim propterea conſiderata præſertim qualitate Eccleſiæ, & exiguitate ſervitii, mer-
13 ces ſcutorum 12 viſa fuit ſatis æqua, & rationabilis, tanquam medium viam eligendo in hac teſtium varietate, prout fieri ſolet in teſtibus ſuper valore diverſimode deponentibus. Capitaq. deciſ. 199. n. 1. & 2. par. 3 cum aliis per Rotam in deciſ. 199. num. 4. verſ. nam ex verbis, part. 2 rec. & in variis, ac diverſis æſtimationibus, Rot. dec 479 ſub num. 4. eadem part. 2. in rec. cum etiam in ſimilibus variis teſtium depoſitionibus æſtimes quoque ſumma ſolent quandoque attendi. Card Seraph. deciſ. 311. num. 2. cum aliis per Rot. deciſ. 320. num. 7. dicta part. 2 in rec & per Gratum. diſcept. Foren. cap. 187. num. 8.

Nec applicari viſa fuit deciſio in Cremonen. penſionis 11. Martii 1619. coram R. P. D. meo Cavalerio, in qua fuit taxata merces clerici in annua ſumma 24. cum ibi ea agretur de Parochiali valde inſigni, & laborioſa, & in qua alias glor. mem. S. Carolus in viſitatione ordinavit, retinen. Clericum continuo incedentem in habitu pro ſervitio Eccleſiæ.

Tertio demum expenſæ pro amplianda Sienſis Eccleſiæ, & domo Rectoris, & aliæ nonnullæ addictæ, non ſunt viſæ DD. neceſſariæ, ſed viſum fuit æquum, quod
15 penſionarii concurrerent pro rata ad imminentes neceſſarias Domorum reparationes, de quibus per teſtes noviter examinatos in dicto ſummario Rectoris num. 7. Quæ ſine illis conſervari non poſſent dictæ Domus, in quarum redditibus potiſſimum conſiſtunt introitus Eccleſiæ, ex quibus debentur ſcuta centum Rectori, & Penſionariis penſiones, de quibus agitur.

Et propterea DD ſteterant IN DECISIS, ita tamen quod penſionarii concurrant pro rata ad dictas imminentes neceſſarias reparationes Domorum.

REMO. MANZANEOO PATRIARC. HIEROSOLYMIT.

ARBOREN. SPOLII.

Lunæ 17. Junii 1624.

ARGUMENTUM.

Clericus in infirmitate conſtitutus, etiamſi ex ea decedat, licet poſſit donare inter vivos acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis, in piam tamen cauſam, interveniente etiam traditione ad tollendas fraudes, & ſuſpiciones, nihilominus dicta concluſio venit intelligenda, quando dicta donatio eſt moderata; quia ſi immoderata appareat non tenet, etiamſi facta ſit ad pios uſus. Clericus niſi contrarium doceatur, in

dubio

dubium præſumitur acquiſiviſſe bona non ex propria induſtria, & labore, ſed ex redditibus Eccleſiaſticis. Spolia Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Inſula Sardiniæ, ad quid ex Litteris Apoſtolicis Pii V. & Clementis VIII. ſint applicata.

S V M M A R I V M.

1 Clericus in infirmitate conſtitutus, etiamſi ex ea decedat, poteſt donare inter vivos acquiſita ex redditibus Eccleſiæ in piam tamen cauſam.

2 Dummodo tamen talis Donatio moderatè fiat, & ſequatur traditio ad tollendas fraudes, & ſuſpiciones.

3 Donatio dicitur immoderata ſi ſit omnium bonorum, adeoque non ſuſtinetur.

4 Clericus de bonis acquiſitis ex ejus induſtria liberè poteſt diſponere.

5 Clericus, niſi doceatur, non præſumitur acquiſiviſſe bona ex propria induſtria, ſed ex redditibus Eccleſiaſticis.

6 Ab Epiſcopo bona relicta ex præſumptione juris canonici cenſentur poſt ipſam dignitatem acquiſita fuiſſe.

7 Spolia omnia Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Inſula Sardiniæ, & extra, non tamen in Italia decedentium, Pius Papa V. ad inſtantiam Regis Catholici, ad quid applicaverit.

8 Et litteræ Apoſtolicæ ſuper hoc ab eodem Pontifice expeditæ, confirmatæ fuerunt a Clem. VIII. ut num. 9. & vide num. 10. 11. & 12.

D E C I S I O XII.

Dominus Archiepiſcopus Arborenſis adverſa valetudine laborans, gravique morbo in lecto detentus 16. Auguſti 1621. omnia ſua bona tam acquiſita ex dicto ſuo Archiepiſcopatu, quam ex propria induſtria titulo donationis inter vivos donavit Conventui orphanorum conſtituendo in Civitate Saſſari, poſteaque 19. ejuſdem Menſis obiit.

Dubitatum modo. An iſta donatio ſuſtineatur. Cum verum ſit, quod Clericus in
1 infirmitate conſtitutus etiamſi ex ea decedat, poteſt donare inter vivos acquiſita ex redditibus Eccleſiæ in piam tamen
2 cauſam, dummodo talis donatio moderate fiat, & tunc ſequatur traditio ad tollendas fraudes, & ſuſpiciones Covarr. in cap. cum in officiis num. 5. de teſtam. Attamen cum iſta donatio fuerit immo-
3 derata, cum ſit facta omnium bonorum maximi valoris, etiam quod fuerit in pios uſus non ſuſtinetur. Covar. ubi ſupra Rodoan. in tract. de ſpol. quæſt. 5. ſi ſtantibus aliis repugnantiis num. 10. & in tract. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 13. num. 24. & aſt text. in cap. ad hæc de Teſtam. ubi Imol. num. 2. & 7. Abb. num. 2. & 4. Hoſtien. in ſum. ſupra verb. in ægritudine, & Butr. num. 2. ſed quia ut dixi non ſolum donavit bona ex Archiepiſcopatu ſibi proventa, ſed etiam
4 acquiſita ex ſua induſtria, de quibus liberè diſponere potuit. Jaſ. conſ. 75. num. 8. lib. 3. qui alios adducit. Bald. conſ. 80. v. interdum apparet vol. 5. Covar. in cap. 1. num. 12. de teſtam. ubi de communi DD. in Auth. licentiam C. de Epiſ. & Cleric. & ex teſt. in cap. quia nos, & in cap. relatum & 2. de Teſtam. videtur poſſe dubitari, an iſta bona in donatione comprehenſa cenſeantur tantum acquiſita ex redditibus
5 Eccleſiaſticis, & DD. dixerunt, quod cum nihil de bonis ex induſtria acquiſitis doceatur, Index debet arbitrari omnia fuiſſe acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis, juxta reſolutionem Joan. Andr. in cap. 3.
6 de pecul. Cleric. ubi quod in dubio bona ab Epiſcopo relicta ex præſumptione juris Canonici cenſentur poſt ipſam Dignitatem acquiſita fuiſſe, quam opinionem Ab. in dicto cap. 3. dicit eſſe communem, & ſequitur pluribus relatis, Covar. in d. cap. 1. num. 6. & 14.

Et in caſu noſtro tollitur omnis difficultas, ſtantibus litteris in forma brevis S. Mem. Pii V. ad inſtantiam Regis Catholici emanatis, in quibus applicat omnia ſpolia Ar-
7 chiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Inſula Sardiniæ, & extra, non tamen in Italia decedentium, nec non fructus omnes, redditus, ac proventus Eccleſiarum Metropolitanarum, & Cathedralium durante illarum vacatione, Archiepiſcopis, & Epiſcopis pro tempore ſuccedendis,
8 omneſque alios applicat Eccleſiis prædictis ut perpetuo pro illarum fabrica, & manutentione deſerviant, ut latius in copia
9 ſumm. num. 1. Quæ Litteræ Apoſtolicæ fuerunt confirmatæ per fel. rec. Clementem Octavum ad inſtantiam ejuſdem Regis, qui inſuper voluit omnes, & quaſcumque donationes, etiam inter vivos, vel cauſa mortis, promiſſiones, obligationes, debitorum
10 confeſſiones, & alias quaſcumque diſpoſitio-

ſitiones per dictos Archiepiſcopos, & Epiſcopos quomodolibet factas, ſeu pro tempore faciendas de ſpoliis, rebus, pecuniis, fructibus, redditibus, & proventibus etiam, ſub prætextu Eccleſiaſticæ ſervitii, ac etiam cauſa mercedis, aut in remunerationem ſervitiorum; ſeu ex quacumque
21 alia cauſa quantum vis pia & privilegiata, etiam in favorem conſanguineorum, affinium, familiarium, & aliarum perſonarum, vel etiam piarum & Religioſarum locorum, ſeu Collegiorum irritas, & invalidas, ac in fraudem dictæ applicationis factas nullius roboris, & momenti eaſdem eſſe decrevit dicti Archiepiſcopi vel Epiſcopi de tempore illarum affaut in infirmitate conſtituti, vel etiamſi ante infirmitatem ex juſta, & rationabili cauſa,
22 & in exiſtens a jure permiſſa fecifſent, tali bona donata acceptanten & cum eſſecto donatione factam meſa dictæ diis tamdiu foiſſent, & realiter penes ipſos adminiſtraſſent vel in eorum cuſtodiæ, depoſiti, mutui, aut alio quacumque, vel titulo ipſis donatariis ſuffragante pro impedienti executione dictæ applicationis, & ut plenius continetur in copia ſumm. num. 2.

Quibus itaque ſtantibus, & maxime ultima Clementis Octavi annullante iſtas donationes, valentia, non poſſe dubitari donationem, de qua agitur non ſubſiſtere,
23 præcipue cum facta omnium bonorum, & ſic immoderata, ex ſuperius adductis.
Et ex his DD. dixerunt dictam donationem non ſuſtineri &c.

R. P. D. COCCINO DECANO.

JANUEN. PAROCHIALIS

Die Veneris 1. Julii 1633.

ARGUMENTUM.

Congrua debetur Vicario, ſeu Rectori exercenti curam animarum, & iſta quanta eſſe debeat.

SUMMARIUM.

1 Congrua debetur Rectori, ſeu Vicario exercenti curam animarum.
2 Congrua, quæ debetur Rectori exercenti curam animarum, non debet eſſe major 100 nec minor 50. ſcutorum annuorum.
3 Computatis etiam incertis emolumentis, ſi habeant quamdam certitudinem.
4 In congrua Rectoris exercentis curam animarum, non imputantur emolumenta omnino incerta, ut ſunt eleemoſinæ Altaris Funeralium.
5 Valuer non debet pendere ab incerto, cum valuer non patiatur diſtinonem.
6 Congrua a principio, quando ſemel eſt aſſignata, debet Vicarius illa eſſe contentus.
7 Et ideo ipſe ſibi imputet, ſi accidat quod congrua ſit minus tenuis, fallit, n. 6.

DECISIO XIII.

Deſt res judicata ſuper eo Eccleſiam S. Andreæ, eſſe Regularem, & ipſam ſpectare ad Abbatiſſam & Moniales S. Andreæ, atque ad eaſdem ſpectare curam animarum Parochianorum ejuſdem Eccleſiæ, exercendam per Rectorem, ſeu Vicarium a dictis Monialibus ad earumdem nutum amovibilem, & ad Archiepiſcopum approbationem tantum pertinere, abſque alio conatuſt. Unde ſtante iſta re judicata Dubitavi An, & quanta congrua debeatur Vicario prædicto, & an litteræ patentes factæ eidem Vicario, per Vicarium Generalem D. Archiepiſcopi ſint corrigendæ.

1 Et quantum attinet ad primum, quod congrua debeatur Rectori, ſeu Vicario exercenti curam animarum, non eſt dubium, *c. extirpandæ* §. *qui vero*, *ubi gloſſ. de præben* Conc. Trid. *Seſſ.* 7. *de reform* & *ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *part.* in *Reform* Rebuſſ. *de congrua quæſt.* 4. *in princ.* Cæſ. de Graſſ. *de* *ciſ.* 6 *num.* 7. *de præben.* Mantic. *deciſ.* 269. *num.* 3. *deciſ.* 16. *num.* 2. *diverſ.* & *in* Recent. *deciſ.* 400. *num.* 3. *part.* 1. & *deciſ.* 449. *num.* 5. *part.* 3. & *fuit dictum in cauſa Pompilianæ. congrua* 19. *Januarii* 1590. coram

coram bo. me. Cameralo Epiſcopo Terraſon, *5. mem. Greg. deciſ. 429. num. 1*

Quantum attinet ad ſecundum, quanta ſcilicet debeat eſſe iſta congrua, Sa. Me. Pius V *in ſua Conſtit. 45 Ad exequendum in novo Bullario* § 1 & 2. qua Ordinarii excedebant mentem Concilii in aſſignanda congrua, declarat, quantitatem con-

2 gruæ non eſſe debere majorem 100. nec minorem 50. ſcutorum auctorum computatis etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi ſo-

3 litis quod eſt intelligendum de incertis, quæ habent quandam certitudinem, ut ſunt Decimæ frumenti, & vini, aliique fructus, emolumenta, & obventiones, quæ penes Vicarium ſint incertæ, quantum ex illis

4 percipere poſſit, non autem hoc eſt intelligendum de omnino incertis ut ſunt eleemoſynæ Altaris Funeralium, & ſimilium; quæ iſta non computantur in congruam. *Rebuff. de congrua num 83. & 86* Mantic *deciſ. 169. num. 6* Rota *deciſ. 5. num. 3. part 2. diverſ & d. deciſ 449. num 6. & d. deciſ 420. ſub num 2.* ubi red-

5 ditur ratio, quia venter non debet pendere ab incerto, cum venter non patiatur dilationem & ideo Domini ſequendo mediam viam, cum Moniales ſuſtineant omnes impenſas, viſum fuit Dominis iſtam congruam eſſe taxandam ad ſcuta 75 annua

6 Neque obſtat, quod quando congrua a principio ſemel fuit aſſignata, debet Vicarius illa eſſe contentus, *Manſ. d. deciſ. 259. num* 2 Rota *d. deciſ. 449. num* 5. *Sac. mem. Greg. deciſ. 429, num. 3.* ubi dicitur, quod Vicarius illa imputare debet,

7 ſi beneficium nimis tenue acceptavit, quia hoc non procedit, quando congrua eſt ita tenuis, ut Vicarius non poſſit ſe ſuſtentare, & ſuſtinere onera Eccleſiæ; tunc enim non habet locum illa ratio quod ſibi debeat imputare, cum non agatur

8 tum ſolum de præjudicio Perſonæ, ſed de præjudicio Eccleſiæ & ordinis Clericalis, ut egregie declarat Rota *in d. deciſ. 420 num 4 part 1 in recent* ubi dicitur, ita eſſe intelligendam præcitatam *deciſionem S. mem Greg.* & latius hoc idem dicit Rota *in d. deciſ. 449. ſub num 5* Unde cum in hoc caſu Moniales ſuſtineant omnia onera d. Eccleſiæ & in ea hujuſmodi congrua hactenus formatis exiſtitura non fuerit, ipſi animadvertentes ad præjudicium ordinis Clericalis ſuper illius taxatione a ſcutis 50. ad ſcuta 100 reniſerunt ſe præditio Rotæ, & propterea viſum fuit Dominis, omnibus conſideratis, pro congrua deberi dicta ſcuta 75

Quantum attinet ad tertium, an litteræ patentes datæ per Vicarium D. Archiepiſcopi Joanni Baptiſtæ Stratæ moderno Rectori ſeu Vicario dictæ Eccleſiæ ſint corrigendæ, viſum fuit Dominis, quod ſic, quia excedunt fines rei judicatæ, & formam Mandati de manutenendo Monialibus præcedenter conceſſi Nam ultra approbationem proceſſit ad inſtitutionem, & tamen ſolum ei eſt permiſſum examen & approbatio, juxta eamdem Conſtitutionem ſanct. mem Pii V in § 3 cui ſe conformavit res judicata Rotalis.

Et ita concluſum &c.

R. P. D. MERLINO.

MONOPOLITANA ADMINISTRATIONIS.

Lunæ 15. Maii 1634.

ARGUMENTUM.

Confraternitati Laicorum datur manutentio in poſſeſſione adminiſtrationis Sacriſtiæ, & rerum ad Eccleſiam ſpectantium, & poſſeſſio ex quibus actibus amittatur, ex quibus non.

SUMMARIUM.

1 Confeſſio adverſarii poſſeſſionis licet vitioſæ, ſufficit ad probandam poſſeſſionem ad effectum manutentionis.

2 Poſſeſſio ex retentione clavium probatur.

3 Confraternitati Laicorum datur manutentio & remedium aliud poſſeſſorium pro adminiſtratione Sacriſtiæ & rerum Confraternitatis.

4 Idque pluribus rationibus (...) cum licentia Ordinarii.

5 Et maxime quando Confraternitas fuit erecta cum licentia Ordinarii.

6 Poſſeſſio non excluditur ex decretis proviſionalibus, ſed confirmatur.

7 Præſertim ſi dubiam, & æquivocam interpretationem recipiunt.

8 Ex poſſeſſione unius de Capitulo non probatur poſſeſſio Capituli

9 Actus ut lædant poſſeſſionem debent eſſe noti poſſidenti.

Tomus Secundus.

10 Et

10 Et ſcientia præſumpta non ſufficit.
11 Proviſiones capitulo pendente non præjudicant.
12 Multo minus actus omnes poſſeſſorii geſti in ſequelam earundem proviſionum.
13 Fides non facit fidem, etiam in judicio ſummariſſimo.
14 Etiam ſi fides ſit Prælati, vel Judicis, vel Notarii.
15 Maxime quando in contrarium dantur probationes.
16 Neque ex reintegrationis ſententiæ arguitur ſpoliatus ille, ſaltem civiliter, qui nunquam habuit ſe pro ſpoliato.

D E C I S I O XIV.

Erecta fuit de anno 1513. auctoritate Ordinarii Monopolitani Confraternitas Sſmi Corporis Chriſti in quadam Cappella ſita in Eccleſia Cathedrali Monopolitana, & conceſſa fuit confratribus adminiſtratio d. Cappellæ, & Sacriſtiæ illi annexæ, nec non bonorum ad Cappellam ſpectantium, cum ampliſſima facultate, & ad omne illorum arbitrium ut in ſummario confraternitatis num. 17. Iura dictæ adminiſtrationis pacifice exercuerunt Confratres per centum fere annos, exigendo credita, debitores quietando, ſolidando computa, bona emendo, vendendo, locando, in emphyteuſim concedendo, & transigendo ſuper illis ut in d. Summario a num. 4. ad 12. Uſquequo moto fuit ſuper hoc jure adminiſtrandi quæſtio per Capitulum, & ab Ordinario Monopolitano obtento per Confratres favorabili ſententia in judicio retinendæ poſſeſſionis d. Summario num. 2. cauſaque ad Rotam delata Hodie etiam me proponente Domini cenſuerunt CONFRATERNITATI DANDUM ESSE MANDATUM DE MANUTENENDO.

Conſtant enim de Confratrum poſſeſſione, nedum ex dictis pluribus actibus poſſeſſoriis recenſitis in ſummario a num. 4. ad 12. ſed etiam ex confeſſione Capituli, & Canonicorum aſſerentium, ſe fuiſſe ſpoliatos, & Claves eſſe penes Confratres, ut in d. Summario num. 15. quæ Confeſſio ad effectum manutentionis plene probat, ut

3 paſſim reſpondit Rota, & coram San. Mem. Greg. XV. deciſ. 200. num. 1 ubi Addent. cumulat alias deciſiones & deciſ. 458. num. 3. in Romana Fructuum 3. Julii 1629. coram me, & alias ſæpius; & eiuſdem retentio bene inſurgit poſſeſſionem Confra-

4 trum leg. 1. Venditor ff. de contrah. empt. Menoch. conſil. 206. num. 5. Rota deciſ. 167. num. 3. part. 4. diverſ. Et propterea Eiſdem denegari non poteſt manutentio ex vulg. ff. retinendæ inſtit. de interdictis, & in terminis Confratrum, quod illis competunt interdicta retinendæ, & recuperandæ pro rebus Confraternitatis, & cuſtodia, atque adminiſtratione Sacriſtiæ, uſi docetur Caſtrenſ. in l. ſancimus omnimodo num. 3. verſ. item nota C. de Sacroſ. Eccleſ. & bene applicatur deciſ. 46. poſt princip. coram Rever. D. meo Decano, & in recent. deciſ. 360. in princip. & num. 7. part. 2. etiam ſi

ipſi Confratres ſint Laici, quibus jus non reſiſtit, quin poſſint ſe ingerere in rebus Eccleſiaſticis, quando habent Curam, & Adminiſtrationem unius Cappellæ, ut

4 tradunt Bald. in cap. 2. num. 23. de judic. & ibid. in Felin. num. 3. in fin. dec. 118. & Genuen. in pract. Archiepiſc. Neapol. cap. 41. num. 9. Præſertim vero quia poſſeſſio Eorundem habet pro ſe tuitionem Ordinarii, qui pariter in hoc poſſeſſorio retinendæ pronunciavit in eorum favorem; nec non aſſiſtit titulus ex inſtrumento legitimæ erectionis, nempe auctoritate Ordinarii, opereque Pietatis

5 exercent dicti Confratres, illeque tanto magis ſunt manutenendi ex tradit. in ſpecie ubi Felin. num. 9. et probat Capitaq. deciſion. 336. pag. 2. Rota deciſion. 595. num. 1. par. 1. diverſ. & fuit dictum in Romana Vineæ 27. Martii 1628. coram me, & alias pluries.

Non obſtat, quod ex Deputationibus factis per Epiſcopum de Canonicis in adminiſtratores, nempe de Angelo Brunetto, Cæſare S. Martio, & Cæſare Conello, & ex actibus adminiſtrationis per eos geſtis conſtet de poſſeſſione ultima Canonicorum & Capituli manutenibili; quoniam dictæ deputationes emanarunt per modum proviſionis, ut conſtat ex illis verbis = Ad Idinter ut a novo deputato, donec fiat alia proviſio eſſentialior = & ex alia de in fine a nuovo Ordine et d. Illuſ. etc. = & propterea magis confirmant jura Confraternitatis, & præcedentem ſtatum centenariæ poſſeſſionis Confratrum nullatenus tollunt, aut immutant Dec. conſ. 125. num. 4. Rota apud Attilio. deciſ. 13. 13. num. 1. & ſeq. de ſurreptis & apud Veral. deciſ. 289. num. 1. part. 3. & fuit plene in his terminis deductum in Fauen. Parochialis coram R. D. meo Vergilio, impreſſa poſt tract. de ſurreptis. deciſion. 86 num. 30. & 36. & Angelus Brunettus. ac Cæſar Conelius erant confratres, ut in ſumma num. 16. Itaut ex hoc jure potuerunt deputari, & adminiſtrationem gerere unde æquivocæ, & irrelevantes ad acqui-

7 rendum poſſeſſionem redduntur dictæ deputationes. Rota coram Coccin. Mem. deciſ. 292. num. 3. ſ. quartus item ad med. & in Brixien. beneficii 14. Decembris 1605. coram bo. mem. Card. Sacrato. Nec apparet, illos Canonicos fuiſſe deputatos adminiſtratores tantum, & contemplatione

Cap-

Capituli, prout requiritur ad effectum, ut eidem Capitulo cenſeatur acquiſita poſſeſſio. Ex ficto enim, & poſſeſſione uerius da Capitulo, ſeu alterius inferri non poteſt ad poſſeſſionem ipſius Capituli, &
8 Univerſitatis juxta Bald. *conſ.* 458. *numer.* 1. *ad fin. lib.* 1. Dec. *conſ.* 221. *n.* 5. *ad fin* Paris *conſ.* 27. *num* 102. *lib.* 2. Cravet *conſ.* 317. *num.* 4. Peregr. *conſ.* 92. *num.* 9. *lib.* 1. *plene* Caſanat *conſ.* 39. *num.* 18. *& ſeqq.* Præſertim vero dum non docetur, actus ſictos a Capitularibus, cum participatione Capituli fuiſſe factos, & Confratres de tali participatione habuiſſe notitiam, cum patientia,
9 ſine qua non potuit ipſis præjudicium inferri Caman *conſ.* 158 *num* 5 Peregr. *d. conſ.* 92. *num.* 8. *lib.* 1. *& diùs* Rota *in d. Lunen. Parochialis coram Rovet. Domino Vergellen. impreſſa poſt tractat. de Juripatronat. deciſ.* 86. *num* 30. *& 43.* adeout nec ſufficit ſcientia præſumpta ex lapſu temporis, neque ex certioratione Officia-
10 lium, ut tenuit Rota *in deciſ.* 307. *num.* 7. *& 8. p. 1. rec*

Non obſtant proviſiones, & electiones adminiſtratorum factæ Capitulo de annis 1619. 1631 *&* 1632., *in Summ. Capituli* 2 5 6. & 7. Quia uti clandeſtinæ, non affectatæ, recentes, ſine ſcientia, & patientia Confratrum, & quæ dederunt cauſam litis minime ſunt attendendæ, neque ſuffra-
11 gantur ad effectum manutentionis & ad invertendam legitimam, antiquiorem, & titulatam poſſeſſionem Confratrum Rota *deciſ.* 30. *num.* 1 *p.* 2. *recent. & apud ſam. Greg. XV. deciſ.* 6 *num.* 3. *& deciſ.* 171. *num.* 2.

Non obſtant actus dati in *Summ. Capituli num.* 8. 9. 11. & 13. Quia regulantur a titulo
12 præcedenti deputationum proviſionalium, & eamdem ſortiuntur naturam argumento *l. quodam modo r, ff. de rei vendic. l. 2. C. de acquir. poſſeſſ* Cravett *conſ.* 317. *num.* 2.

Minus relevant fides, ſeu privatæ atteſtationes Ordinarii Metropolitani, treſdecim Civium Monopolis, & quorumdam Officialium
13 *Summario Capituli n.* 10. 11. *&* 13. Quia cum fuerint factæ lite pendente, & non citatis Confratribus, bene tenet Regula, quod fides non facit fidem, etiam in judicio ſummariſſimo manutentionis, ut cenſuit Ro-
14 ta *in dec.* 667 *num part.* 1. *recent. & in Valentina Canonicatus* 13. *Novembr.* 1634. coram me, ſeu quando fides ſit Prælati, Judicis, vel Notarii Rota *coram R. P. D. meo Decano dec.* 4. *num.* 3. *& dec.* 280. *n.* 9. *& in recent.* 644. *num* 10. *ac deciſ.* 279.
15 *num* 1. *p.* 1. & in Placentina Parochialis 4. *Martij* 1633. *coram R. P. D. meo Dunozetto*, Cumque ex publicis Documentis ſupra recenſitis plene juſtificetur contrarium ejus, quod continetur in at-
16 teſtationibus, utique tamquam erroneæ nullam merentur fidem, prout de atteſtatione contraria actu reſpondit Rota *coram Reverendiſſimo Domino meo Decano d. deciſ.* 189. *n.* 9

Denum nec reſragatur, quod in ſententia Ordinarii Metropolitani Confratribus concedatur reintegratio, indeque inferatur, poſſeſſionem antea fuiſſe penes Capitulum. Quia d. reintegratio intelligenda eſt reſpectu poſſeſſionis naturalis, nec inde
17 ſequitur, Confratres ſe habuiſſe pro ſpoliatis poſſeſſione civili Rota *in recent. deciſ.* 561. *num* 4. *& ſeqq. part* 1. *& deciſ.* 649. *num* 10. *part* 2. *& in d. deciſ.* 86. *poſt tract. de Jurepatr. num* 46. Et manutentio per duas ſententias Ordinarii fuit eiſdem conceſſi, & per Decretum Vicarii abſente Epiſcopo defenſa a turbationibus Capituli, ut *in Summario Confraternitatis num* 1. 2. *&* 3.

Cætera objecta, quæ dicebantur de recurſibus ad Judices Laicos, viſum fuit Dominis ſatis eſſe ſublata ex reſponſionibus allatis per informantes pro Confraternitate, quæ placuerunt.

Et ita utraque parte informante reſolutum &c.

R. P. D. MERLINO.

TARRACONEN. CAPELLARUM

Lunæ 24. *Novembris* 1636.

ARGUMENTUM.

Adminiſtratio bonorum Eccleſiæ ſpectat ad Capitulum, ubi non apparet contraria facultas aliis data in fundatione, vel dotatione Capellarum, quibus bona ſunt annexa. Retentio Clavium Capellarum Eccleſiæ quibus competat.

SUMMARIUM.

1 Jus adminiſtrandi ex quibus deducatur.
2 Obſervantia probat titulum adminiſtrationis.
3 Subrogatus ſuccedit in omnibus juribus pertinentibus ad eum, in cujus locum ſucceſſit.
4 Adminiſtratio bonorum Eccleſiæ Cathedralis ſpectat ad Capitulum.
5 Fallit, quando Fundator aliter diſpoſuit.
6 Adminiſtratio omnium, quæ geruntur intus Eccleſiam, ſpectat ad Capitulum.
7 Caſus in aliqua particulari diſpoſitione non comprehenſus remanet ſub diſpoſitione juris communis.
8 Clavium retentio eſt de appendicibus dominii, & juriſdictionis.
9 Clavium retentio importat cuſtodiam.
10 Clavium retentio ſpectat ad ſingulos ſocios rei communis.
11 Gratia debet interpretari intra limites petitionis.
12 Alienari potum Eccleſiæ ſine licentia Papæ non poteſt fieri.
13 Jus decimandi competens extenditur etiam pro bonis de novo acquiſitis.
14 Sacellum dicitur pars Eccleſiæ integralis, quando per Eccleſiam patet aditus ad Sacellum, ſecus ſi ab extra.
15 Jus retinendi claves, ut præſcriptione acquiratur, requiritur eadem forma, quæ in præſcriptione actus facultativi requiritur.

DECISIO XV.

Relata facti ſerie diligenter, & vere alias in Deciſionibus coram Reſſio Urgellen. & R. P. D. meo Thomato emanata, hodie Domini cenſuerunt, adeſolutionem hujus cauſæ pendere à quatuor inſpectionibus.

Prima eſt de pertinentia juris nominandi Capellanos.

Secunda eſt de adminiſtratione eorum, quæ geruntur extra Eccleſiam, ſive Sacellum.

Tertia eſt de adminiſtratione eorum, quæ in ipſa Eccleſia, & Sacello geruntur.

Quarta eſt de retentione clavium earumdem Capellarum.

Quoad primam, omnes deciſiones, & ſententiæ Rotales ſine controverſia admittunt, jus nominandi Capellanos SPECTARE AD CONFRATERNITATEM Presbyterorum B. Mariæ, quoniam datoi fundatio, & dotatio Archiepiſcopi Jo. Terri ſub die anno 1597 in qua nominationem Capellani diſerte demandavit Confraternitati, & in iiſdem deciſionibus firmatum fuit, Inſtrumentum illud fundationis, & dotationis eſſe in ſorma probante, & validam fuiſſe reſervationem juris nominandi Capellanos ad favorem Confraternitatis factam, cum quibus Deciſionibus, quoad hunc articulum, ſine ullo ſcrupulo, hodie etiam Domini tranſiverunt.

Quoad ſecundam inſpectionem, deciſiones tam in prima, quam in ſecunda inſtantia emanatæ ſtatuerunt adminiſtrationem Capellarum in iis, quæ extra Eccleſiam peraguntur, SPECTARE AD EAMDEM CONFRATERNITATEM. Prædictus enim Archiepiſcopus inveſtivit notabilem pecuniarum ſummam & aſſignavit hiſce Capellis, eamque mandavit per Confraternitatem, ſeu ejus procuratorem, pecuniarum redditus exigi, colligi, & diſtribui pro ſuſtentatione Capellanorum, & Cleri, pro expenſis cerae, pro Puellis maritandis, & pro augmento Miſſarum. Ex quibus deprehenditur, vere ab Archiepiſcopo Fundatore adminiſtra-
1 tionem rerum ad Capellas ſpectantium demandatam fuiſſe Confraternitati, cum prædicta omnia bene inſinuent jus adminiſtrandi, ad tradita per Alciat. conſ. 03 n. 7 ad ſinem lib. 8. Rota dec. 522 n. 3 p. 1. recent. Et id ipſum ſatis etiam declaravit ſubſequuta obſervantia conſona huic Fundatoris voluntati, quippe quod Confratres hæc omnia ſemper exercuerunt. Unde & jus hoc adminiſtrandi Confraternitatis
2 magis fulcitur ad tradita per Craven. conſ. 301 n. 3 Rota dec. 663 n. 9. p. 2 & decis. 158. n. 5 p. 4. recent. Præſertim quia Antonius nepos Archiepiſcopi vivens hæc omnia pariter geſſit, cui cum Confraternitas ſucceſſerit, utique in vim ſubroga-
3 tionis, conſetur in ipſum tranſlata eadem adminiſtratio ad a. Emiliſa, 11 ll. pred. Bero conſ. 93 n. 49. lib. 2. Rota dec. 152 n. 4. p. 5. recent.

Et quamvis regulariter adminiſtratio bonorum Eccleſiæ Cathedralis ſpectet ad Capitulem
4 a. relatam ll ſecundo de uſibus. Rota apud Caſ. de Craſſ. dec. 4. de his, quæ fiunt a major. part. Capitul. & in recent. dec. 103 n. 2. & dec. 355 n. 5 part. 2. Tamen cum hic habeamus contrarium fundatoris voluntatem, & claram diſpoſitionem,
5 cui neque jus reſiſtit, hæc omnino venit ſervanda arg. leg. 1 ff. de legat. 1 nov. porro de privileg. Rota apud Cardinal. Serap. dec. 774 n. 1. & coram bon. mem. Cardinal. Cavalerio dec. 039. n. 6. & in Toletana Capellaniæ 25 Junii 1632. coram me; Et ideo etiam circa hoc in reſoluta perſiſtendum eſſe Dominis viſum fuit, & conſenti-

ſentire etiam informatores hinc inde videbantur.

Quoad tertium, Regula eſt, quod adminiſtratio eorum omnium, quæ intus Eccleſiam
6 geruntur ſpectat ad Capitulum, niſi repugnet contraria, & juſta Fundatoris voluntas ex c. relatum §. 1. de teſtam. cum aliis ſupra allegatis, quæ voluntas omnino hic deficit, quia neque in Teſtamento, neque in codicillis Archiepiſcopi adeſt ulla particularis proviſio circa ea, quæ in Eccleſia ſunt adminiſtranda, ſed tota Ejus diſpoſitio ſtat in his, quæ foris Eccleſiam peraguntur, ut eſt eligere, & nominare Capellanum, exigere pecunias, & in redditus emendos illas redigere, portiones, & taxas Miniſtris Capellæ aſſignare, ſubminiſtrare expenſas pro Sacra Supellectile, & pro cera, ac Miſſis celebrandis; quæ omnia nihil commune habent cum divinorum Officiorum, & Miſſarum directione, & cura aliis, quæ intus ipſam Eccleſiam geruntur, Ideoque hanc ADMINISTRATIONEM REMANERE SUB DISPOSITIONE JURIS COMMUNIS per Do-
7 minos reſolutum fuit ex l. commodiſſime ff. de liber. & poſthum. cum concordantibus, & ſic ſpectare ad Capitulum.

Quoad quartum inſpectionem circa retentionem clavium, concluſum fuit, in hoc CONCURRERE DEBERE CONFRATERNITATEM CUM CAPITOLO, ET JUS INTER IPSOS ESSE DIVISUM. Capitulo enim debentur claves tanquam Domino, & poſſeſſori totius Eccleſiæ, atque habenti adminiſtrationem in his, quæ intus Eccleſiam geruntur, clavium quippe retentio
8 eſt de appendicibus dominii, & juriſdictionis leg. tutore in fin. ff. famil. herciſc. leg. ſtabiliſ. ff. de contrahen. empt. Rimin. Sen. conſ. 95 n. 77. Bero. conſ. 48. n. 6 & 8 lib. 2. Confraternitati vero manet cuſtodia Sacræ Supellectilis, & ut Capellanus, Confraternitate deputandus poſſit mundare Sacellum, ornare, & alia neceſſaria peragere, cum & cuſtodiam o-
9 tium importat clavium retentio ex tradita per Bart. de cuſtod. clavium numero 35. Rimin. Sen. dict. conſ. 95 nu. 77. Cephal. conſ. 265 n. 16. Gratian. diſcept. foreſ. c. 503. n. 1. Neguſan. Jun. conſil. 337 n. 3. Et proinde unicuique competit retentio, & uſus clavium, poteſt etiam dici in de pluribus ſociis, ſeu hæredibus, qui æqua-
10 liter debent habere claves rei communis ex Rimin. Sen. dict. conſil. 95. n. 77. Bero dict. conſ. 48. n. 2 & 3 lib. 2.

Quibus neque obſtet, quod per diſpoſitionem Archiepiſcopi fundatoris videatur ademptam Capitulo facultas retinendi claves, dum jura omnia adminiſtrationis tranſtulit in Confraternitatem, Immo. & Capitulum cenſeatur eſſe hoc jus abdicaſſe, dando Archiepiſcopo licentiam fundandi Capellas, quæ nec propter Fundationem debeant cadere ſub jure univerſali Capi-
tuli, prout prædia prævetorum non ſunt ſub Domino Principe.

Quoniam retentio clavium redditum ad Capellas ſpectantium poteſt in ſequelam adminiſtrationis ſpectare ad Confraternitatem privative quoad Capitulum ex fundatione Archiepiſcopi, ſed non requiritur, ad eandem Confraternitatem ſpectare claves Sacelli privative quoad Capitulum, ſuper cujus Sacelli, ſeu Capellæ adminiſtratione nihil diſpoſuit Fundator, ut ſupra ponderatum fuit, licentia vero ædificandi Capellas data per Capitulum inferre non poteſt ademptionem juris retinendi Claves, tum ex defectu voluntatis, cum licentia debeat omnino reſtringi intra limites petitio-
11 nis, nec operetur circa non expreſſa, & ultra intentionem concedentis. Paris conſ. 100. n. 28 lib. 1. & conſ. 3. n. 56. lib. 4. Barb. dec. 130 n. 17 Rota apud Card. Mantic. dec. 267. n. 6. & dec. 114. n. 4. et dec. 287. n. 6. part. 2. & deciſ. 74. n. 19. part. 5. recent. Quin etiam ex defectu poteſtatis, quia cum hujuſmodi facultas implicet diſmembrationem juris ad Eccleſiam ſpectantis, utique ſine ſolemnitatibus requiſitis in alienationibus
12 bonorum Eccleſiæ, ſuſtineri non potuit. Rota deciſ. noſtr. de rebus Eccleſiaſt. non alien. in nov. Redoan de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 14. per tot. & fuit dictum in hac cauſa ſub die 18. Feb. 1636. coram R. P. D. meo Pirovano, & jus Capituli ratione cauſæ non ceſſabit extendunt etiam ad novas Capellas de novo erectas per Archiepiſcopum, prout in Jure decimandi compertum eſt, illud amplecti etiam novos fructus, & prædia novalia, ut per
13 Canoniſtas communiter in c. cum ſic ſec. de decim., & fuit deductum in Placentina Decimarum 10. Januarii 1630 coram me. Nec eſt incompatibile cum Dominio particulari Archiepiſcopi, id iſtar Societatum, ſeu Conſortium, vel Dominii Privatorum, ſeu Vaſſalli cum jure ſupremo Principis; Cum præſertim Sacella vere ſint
14 pars integralis Eccleſiæ, neque ad ea ſit acceſſus, niſi ab oſtio ejuſdem Eccleſiæ, non autem per viam publicam; & conſonant tradita in Romana reiveſtiet 29 Ian. 1629. coram me quæ eſt dec. 244 p. 5. recent.

Neque obſervantia retinendi claves privative quoad Capitulum per Confratres deducta viſa fuit ſufficienter juſtificari, & cum ex permiſſione, & conniventia ejuſdem Capituli contingere id potuerit, valeat oppoſſe præſcriptione, quæ requiritur in actibus facultativis, ut in terminis retentionis clavium ſcripſit Mandell. conſ. 177. n. 9.

Et ex hic utrinque parte informante reſolutum fuit ULTIMAM SENTENTIAM ROTALEM ESSE CONFIRMANDAM, quæ ſolum temperat primam ſententiam reſpectu clavis Sacelli cumulative, & directionis Miſſarum, ut ponderatur in fine primæ deciſionis R. P. D. mei Pirovani, &c.

R. P. D.

R. P. D. BICHIO

TOLETANA DECIMAR. DE SOLANA

Lunæ 22. Aprilis 1641.

ARGUMENTUM

Decimæ quod ſpectent ad Eccleſiam Sacramentalem a jure non eſt diſpoſitum. Prædiales vero illi Eccleſiæ Parochiali debentur, intra cujus limites bona exiſtunt, niſi contraria conſuetudo concurrat. Examen Teſtium abſque citatione ad videndum illos jurare eſt nullum, præſertim quando non præceſſit Decretum Judicis admittentis partem ad probandum in termino communi, vel ſpeciali, in quo ſubintelligitur de ſtylo Hiſpaniarum citatio ad videndum jurare Teſtes, ſed præceſſit ſimplex Decretum admiſſionis Articulorum, mandando ſuper illis examinari Teſtes, ſub quo Decreto non continetur talis citatio. Conſuetudo excluditur ex unico actu contrario, & diſformi, quamvis mille darentur favore conſuetudinis. Conceſſio Decimarum pro reparationibus, & ornamentis Eccleſiarum Parochialium, de quibus Decimis intelligenda eſt.

SUMMARIUM.

Decimæ quod ſpectent ad Eccleſiam Sacramentalem a jure non eſt diſpoſitum.

2 Decimæ prædiales illi Eccleſiæ Parochiali debentur, intra cujus limites prædia exiſtunt, licet prædia a Parochianis alterius Parochiæ poſſideantur, ſeu colantur.

3 Limes non procedere, quando contraria urget conſuetudo.

4 Teſtes examinati abſque citatione ad videndum eos jurare, nulliter examinati dicuntur.

5 Citatio ad videndum jurare teſtes ſubintelligitur de ſtylo Hiſpaniarum, quando præceſſit Judicis Decretum admiſſionis partium ad probandum in termino communi, vel ſpeciali.

6 Secus vero ſi Judex ſimpliciter admiſit Articulos, & mandavit Teſtes examinari &c. ſub cujus Decreti forma citatio ad videndum jurare teſtes non continetur.

7 Stylus non debet extendi de caſu ad caſum.

8 Præſertim ubi eadem non militat ratio, & aliquid ſequeretur abſurdum.

9 Juramentum præſtari debet intra terminum probatorium.

10 Citatio vaga, & incerta non tenet.

11 Citatio ad videndum jurare teſtes certa requiritur, quando in Decreto præcedenti non ſuit præfixus terminus ad probandum.

12 Teſtes numero plures præferuntur Teſtibus numero paucioribus.

13 Teſtes in concurſu præferuntur, quorum depoſitio eſt conformis communi DD. ſententiæ.

14 Conſuetudo non dicitur probata, ſi conſtat ſemel contrarium fuiſſe ſervatum, quamvis darentur mille Actus pro conſuetudine.

15 Ad conſuetudinem inducendam neceſſaria eſt ultra legitimi temporis lapſum uniformitas actuum, quia unicus actus contrarius, & diſformis eam deſtruit.

16 Solutio Decimæ dividitur inter Dominum, & Colonum partiarium;

17 Quicquid ſit in colono, qui conducit agrum pro certa annua pecunia.

18 Conceſſio Decimarum pro reparatione, & ornamentis Eccleſiarum Parochialium de quibus decimis intelligenda eſt.

19 Decimæ Sacramentales debentur ratione perſonæ ob adminiſtrationem Sacramentorum.

20 Eccleſiæ Parochiali de novo erectæ intra limites antiquæ cum aſſignatione certi Territorii, ac Decimarum debentur Decimæ Sacramentales, etiam in præjudicium antiquæ Parochialis.

21 Non tamen debentur decimæ Prædiales

alio

alterius territorii, niſi expreſſè fuerint aſſignatæ.

22 Eccleſia qualibet reparanda eſt ex propriis reddditibus.

23 Decimæ pro reparatione Eccleſiarum aſſignatæ, cenſentur cuilibet Eccleſiæ aſſignatæ Decimæ ſui territorii, prout de jure.

24 In materia Decimarum multum attenditur obſervantia locorum vicinorum.

25 Decimæ duæ de jure non debentur.

26 Decimam duplicem, ab eadem re exigere eſt contra mentem juris Divini, & humani.

27 Jus decimandi debet eſſe diſtinctum, quemadmodum ſunt diſtincti limites parochiales, & unaquæque Parochia colligit Decimas ex ejus Prædiis, nec tranſit ad Prædia alterius.

DECISIO XVI.

Decimas ex fructibus prædiorum exiſtentium extra limites Parochialis Eccleſiæ de la Solana, non deberi dictæ Eccleſiæ, licet hujuſmodi Prædia poſſideantur ab incola, ſeu decimatore ejuſdem Eccleſiæ Parochiano, fuit deciſum coram Reverendiſſimo Pamphilien. ſub die 13. Decembris 1632 & Hodie reproposita cauſa ſuper eiſdem Rota ſtetit IN DECISIS: cum Eccleſia de la Solana nec habeat fundatam intentionem in diſpoſitione juris communis, nec in conceſſione olim facta à Rege Catholico, uti Magno Magiſtro Militaris Ordinis Sancti Jacobi de Spata.

Num. a jure communi non eſt diſpoſitum, quod
1 Decimæ hujuſmodi ſpectant ad Eccleſiam Sacramentalem, Achill. dm. 6. qui totum de decim. Et decimæ prædiales illi Eccleſiæ Parochiali debentur, intra cujus fi-
2 nites Prædia exiſtunt, licet prædia à Parochiano alterius Parochiæ poſſideantur, ſeu colantur juxta magis communem ſententiam, quam præter allegatos in prima deciſione probat text. in cap. quoniam 13. ubi hoc not. Abb. num. 2. & 3. de Decim. & in cap. ad Decimas de reſt. ſpol. in 6. gloſ. in cap. cum ſint verbo diverſa eodem tit. & ibid. Abb. num. 6. poſt med. verſ. probo, Valenz. conſ. 26. num. 5. lib. 1. Monet. de Decimis cap. 7. num. 16. & 17. par. 8. nuui Achill. dm. 3. n. 1. de Decimis Cavaler. dec. 73. num. 1. Rot. dec. 16. num. 4. par. 5. recen.

3 Niſi tamen adſit contraria conſuetudo, gloſ. in d. c. ad decimas verb. aliud ubi adtem de uſ. ſpol. in 6. Barbos. de jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 26. num. 36. Gratian. diſc. 505. num. 17. & ſeqq. Seraph. dec. 903. num. 5.

Quia ab Eccleſia de la Solana non probatur per teſtes deſuper examinatos. Primo quia
4 fuerunt examinati abſque citatione ad videndum eos jurare, ſine qua examen eſt nullum, c. 2. de teſtib. l. ſi quando Cod. eod. tit. Ceph. conſ. 203. num. 3. Mand. conſ. 101. num. 6. lib. 1. Rot. dec. 15. de reſt. ſpol. & dec. 701. num. 3. coram. bo. mem. Lanc. Præſertim quia non pre-
5 ceſſit Judicis Decretum admiſſionis partium ad probandum in termino communi, vel ſpeciali, in quo de Stylo Hiſpaniarum ſolet exprimi, & ſubintelligitur citatio ad videndum jurare teſtes, juxta formulam relatam à Sanc. de Paz. in praxi p. 1. to. 1. temp. 8. ſub. num. 2. quem ſtylum refert. Gonz. ſuper. reg. 8. gloſ. 9. in annot. num. uniſt. & attentat. in conſ. beneſ. num. 55. & pluries approbavit Rota dec. 411. num. 2. dec. 611. num. 6. par. 2. recent. dec. 304. num. 3. coram bon. mem. Burati & in Calaguritana Parochialis de Alcola 22. Julii 1620. coram bo. me Cocino.

6 Sed Judex ſimpliciter admiſit Articulos Eccleſiæ de la Solana, mandavit ſuper illis examinari teſtes, & commiſit examen Notario, cum facultate citandi teſtes rebelles, quæ forma decreti non continet citationem ad videndum jurare teſtes, Rot. dec. 159. num. 4. par. 1. rec. & per me diverſa eſt ab ea relata per Sanc. de Paz. loc. ſupra alleg. in qua fundatur ſtylus per dictas Deciſiones approbatus, qui non de-
7 bet extendi de caſu ad caſum l. 3. ſi tamquam qui hoc interdicto ff. de itin. act. priv. Bald. in cap. 1. num. 2. de feud. cogn. Aret. conſ. 102. num. 3. Rot. dec. 172. nu. 2. par. 1. divers. Eo minus, quia in utro-
8 que non militat eadem ratio, nam ubi adeſt præfixio termini pars adverſa ſcit aliquo modo diem juramenti præſtandi, nec inducitur perpetua ſervitus, ſeu neceſſitas qualibet die comparendi, cum ju-
9 ramentum præſtari debeat intra terminum prohibitorium. Rot. dec. 17. in impreſſ. poſt. conſ. Farin. & dec. 275. num. 2. coram bon. mem. Cavalerio, & deficiente præfixione termini ſi quæ in Decreto contineretur
10 citatio, ea tamquam omnino vaga, & incerta non teneret, l. ait quiaem in princ. ff. quod vi, aut clam in ſpecie. Rot. dec. 17. num. 1. de re jud. in nov. Caſ. de Graſſ. dec. 25. num. 3. de teſtib. Mohed. dec. 4. num. 3. eod. tit. Pot. dec. 148. num. 1. lib. 2. Rot. 250. num. 3. par. 1. rec. & in puncto quod requiratur certa citatio
11 ad videndum jurare, quando in Decreto præcedenti non fuit præfixus terminus ad probandum Gonz. ubi ſupra num. 61. ubi ſic limitat Stylum Hiſpaniarum, de quo teſtatus fuerat num. 55.

Secundo quia contrarium deponunt teſtes pro

Mer-

Menſa Magiſtrali ante examinati, qui teſtantur de viſu a 40. Annis, & ultra, & de auditu a Majoribus, quod Decimatores electi ab Eccleſia *de la Solana* ſolvarunt Manſæ Magiſtrali decimas de fructibus Prædiorum quæ habebant in Territorio Oppidi de Alambra, nam hi teſtes vel probant conſuetudinem pro Menſa Magiſtrali, & præferendi ſunt partis
12 adverſæ teſtibus, quia numero plures *cap. in noſtra, ibid.* Doct. *in Rubr. cap. licet cauſam de probat. ḡl. magn. in cap. ſi teſtes 4. quæſt. 3.* Caeſ. de Graff. *decſ.* 13. *num. 7. de re jud.* & quia eorum depoſi-
13 tio eſt conformis communi Doctorum ſententiæ, de qua ſupra Felin. *in cap. in noſtra num. 3. de ſent.* Bald. *in auth.*, *item Peregrinal. in ſu Cod. item de ſacriſ.* Dec. *conſ.* 408. *num.* 11. Bocc. *conſ.* 101 num. 47. Greg. XV. *dec.* 51. *num.* 2.

Vel ſaltem evertunt conſuetudinem pro Ec-
14 cleſia de la Solana allegatam, ad quem effectum ſufficit, quod ſemel contrarium fuerit obſervatum, quamvis dicentur mille actus pro eadem Eccleſia, quia ad inducendam conſuetudinem neceſſaria eſt,
15 ultra lapſum temporis ipſum, uniformitas actuum, quam unicus actus contrarius, aut difformis excludit, Cagn. *in l. ſemper in ſtipulationibus num.* 11. *ff. reg. jur.* Beroin. *conſ.* 5. *n.* 23. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 92. *n.* 23. *& 24.* Setadel. *de ſeud. p.* 10. *ſoll.* 20. *n.* 157. Greg. XV. *dec.* 162. *n.* 9. *& ibid.* Adden. *n.* 15. Et gratis ex adverſo dicitur, taſlaa Manſæ Magiſtralis intelligendas eſſe de prædiis conductis a Colonis habitantibus in Territorio Oppidi de Alambra, quia uno teſtat loquuntur de terris, quas ſeminarant Decimatores Eccleſiæ de la Solana. & ſemper eſt verum dicere, quod pro portione Dominicali decima ſoluta fuit ratione prædii,
16 non perſonæ colonum partiarii, inter quem, & Dominum dividitur ſolutio Decimæ *cap. a nobis 1. ibi nobis, & ibi Gloſſ. verb. ſui & Dominus de Decimis*, Azor. *inſtit. moral. lib.* 7. *c.* 24. *quæſt.* 4. Coccin. *dec.* 372. *in princ.* Buratt. *decſ.* 575. *num.* 3. *&* 5. Rota *dec.* 203. *num.* 14. *&* 32. *n.* 23. *par.* 5. *recent.* Quidquid ſit in Co-
17 lono, qui conducit agrum pro certa annua pecunia juxta diſtinctionem Gloſſ. *in cap. quæſt. ſunt* 16. *quæſt.* 1. *cum aliis allig. per Modern.* Aſgun. Cler. *par.* 1. *tit. de Decima ſect. ſ.* 3. *num.* 28.

Quo vero ad conceſſionem Regis Catholici, qui ſelibet pro reparatione, & ornamentis Eccleſiarum Parochialium mandavit, ut Menſa Magiſtralis, & Commendatarii dant præfatis Eccleſiis Decimatorem unum in quolibet loco, ubi adſunt Eccleſia
18 Parochialis, ea non poteſt intelligi niſi de Decimis Sacramentalibus, & Prædiorum intra limites ejuſdem Eccleſiæ Parochialis, ſi attendantur verba, quæ ſunt reſtricta ad locum, ubi adeſt Parochia, & dirigentur non in bona, ſed in Perſonam Parochiam, ibi *Decimatorem unum*, & ſic verſantur ſolum in Decimis localibus cujuſlibet Parochiæ, & quæ debentur ratione perſonæ ob Sacramentorum adminiſtrationem, qualet ſunt Deci-
19 mæ Sacramentales *cap. Eccleſias 13. quæſt.* 1. *cap. quæſt.* 16. *quæſt.* 2. *cap. fin. de Parochi.* Guttier *pract. quæſt. lib.* 1. *qu.* 17. *n.* 2. & ſufficit non fuiſſe factam expreſſam mentionem Decimarum prædiorum alterius Parochiæ, ut hoc in generali diſpoſitione non comprehendantur in præjudicium alterius. Unde in ſimilibus termi-
20 nis, licet Parochiæ de novo erectæ intra limitas antiquæ cum aſſignatione certi territorii, ac decimarum dabentur de eiſnæ Sacramentales, etiam in præjudicium antiquæ Parochiæ Abb. *in cap. cum contingat n.* 8. *de decim.* Rebuff. *de decim. quæſt.* 6. *num.* 23. Lotther *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 48. Rot. *dec.* 413. *num.* 4. *par.* 3. *recent.* non tamen debentur prædiales alterius territorii, niſi ex-
21 preſſe fuerint aſſignatæ. Jo. Andreas *ad Spec. tit. de Decimis §. ſtis debentur* ... alias niſi expreſſe aſſignaſſet. Calder. *conſ.* 2. *in princ.* ... alias ſi non aſſignaſſet de decimis facit Gratian. *diſ.* 595. *ſub num.* 14. *verſ. non obſtat* ... cum non fuerint concedatæ omnes decimæ = Lotther. *dicta quæſt.* 28. *num.* 50.

Sive attendatur ratio, & cauſa finalis conceſſionis expreſſa in proœmio, nempe reparatio Eccleſiarum, unaquæque enim Ec-
22 cleſia reparanda eſt ex proprio reddituum *cap. ſi Monachi* 16. *quæſt.* 1. Beroa. *conſ.* 3. *num.* 11. *&* 14. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 60. *num.* 2. *& ſeqq. cum aliis allig. per Madera diſquiſ. Cler. par.* 2. *tit. de Cler. Reb. §.* 14. *num.* 1. & cum Rex non reſpexerit magis ad reparationem unius, vel alterius Eccleſiæ ſed Eccleſiarum in genere, nullatenus verificandum, quod Eccleſiæ Sacramentis volueritaſſignare decimas Prædiales, quæ inſervire debent pro reparatione Eccleſiæ Prædial.; ſed aſſignaſſe præſumitur cuilibet Eccleſiæ decimas intra limites
23 ſui territorii, pro ut de cauſe Rot. *decſ.* 272. *num.* 2. *in ſin par.* 3. *recent.*

Sive tandem attendatur obſervantia probata in individuo per teſtes, ut ſupra, nec non ex pluribus ſententiis in contradictorio judicio latis, & in indicetum tranſactis, quæ ſuffragantur, licet loquantur de hæc vianna, quia fundantur in eadem conceſſione Regis, & in materia De-
24 cimarum relevat obſervantia locorum vicinorum *cap. ad Apoſtolicæ de Decimis* Gratian. *diſc.* 595. *n.* 15. *Addit. in 1. imb. ad dec.* 3. *num.* 7. *& ſeqq. de Decimis* Mant. *dec.* 341. *num.* 8.

Et addebat unus ex Dominis, quod alioquin ſequeretur maximum abſurdum, quia Incola Parochiæ de la Solana habens prædia

dis in Oppido de Alimbra (ſi eligeretur Decimatio ab utraque Parochiali) teneretur de dictis Prædiis ſolvere integram Decimam, & Parocho de la Solana, & Parocho de Alimbra, & ſic eſſent duæ De-
25 cimæ, quæ de jure non debentur cap. ſ. ubi Abb. num. 1. & non. cum. Doll. de decimis Gloſ. in cap. paſtoralis verb. deducendas in fin. & ibi Butr. num. 19. eod. tit. Ioc. Andr. in cap. cum ſint vel fin. verſ. ergo ex quo Eod. Abb. in cap. cum ſint num. 6. in fi. ubi quod eſt contra mentem gi
26 ris Divini, & Humani quod de eadem re ſolvatur duplex Decima Eod. Vital. in Clem. 1. num. 15. Barett dec. 575. num. 1. Sed quemadmodum diſtincti ſunt limites Parochiales, ita diſtinctum eſt jus decimandi, & unaquæque Parochia colligit Decimas ex ejus prædiis, & non tranſit in prædia alterius Parochiæ.

Et ita deciſum utraque &c.

R. P. D. BICHIO

CALARITANA CAPPELLÆ

Mercur. prima Julii 1643.

ARGUMENTUM.

Manutentio danda eſt Patrono in quaſi Poſſeſſione præſentandi Capellanum, probata tamen poſſeſſione per actus poſſeſſorios a veris Patronis fieri ſolitos. Manutentio etiam in gradu appellationis, vel reſtitutionis in integrum dari poteſt.

SUMMARIUM.

1 Quaſi poſſeſſio præſentandi probatur per teſtes, quamvis non reddant cauſam ſcientiæ, quia illa cadit ſub ſenſum corporis nempe viſus.

2 Item probatur ex reædificatione Eccleſiæ dirutæ. Patrono namque convenit reædificatio Eccleſiæ dirutæ.

3 Item probatur quaſi poſſeſſio præſentandi et ſubminiſtratione neceſſariorum pro manutentione Eccleſiæ, quia Patrono licet defendere, providere, & conſulere Eccleſiæ.

4 Poſſeſſionis præſumptio reſultat ex ſupportatione onerum.

5 Poſſeſſio probatur ex iis actibus, qui nonniſi a poſſeſſoribus expediri ſolent.

6 Epiſcopus an poſſit uendere Capellam in præjudicium Patronorum, non ſervata forma Extravagantis ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienand.

7 In Summariiſſimo poſſeſſorio ſufficit ducere de poſſeſſione abſque alia diſcuſſione tituli.

8 Sententia per appellationem ſuſpenſa nec Dominium, nec Poſſeſſionem in alium transfert.

9 Manutentio datur etiam in gradu appellationis, vel reſtitutionis in integrum.

DECISIO XVII.

Dandam eſſe manutentionem in quaſi poſſeſſione Juris patronatus Capellæ S. Sebaſtiani loci Bini, Salvatori, & aliis de Gaſolis, Domini dixerunt.
Quia de eadem quaſi Poſſeſſione deponunt
1 plures teſtes, quibus illa probatur, quamvis non reddant cauſam ſcientiæ, quia cadit ſub ſenſum corporis, nempe viſus Salyc. in l. ſola ſub num. 3. Cod. teſtib. Innoc. in cap. cum cauſam num. 3. eod. tit. & ibid. Butr. n. 18. Henr. Boych. num. 11. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 14. num. 3. & 4. eod. tit. Rot. deciſ. 307. n. 6. par. 1. rec.

Eo magis accedentibus aliis teſtibus, qui teſtantur tum de reædificatione Eccleſiæ non
2 ſemel facta a dictis de Gaſolis, quæ reædificatio Eccleſiæ penitus dirutæ convenit proprie patrono, quatenus illi reædificare velint. Lambert. de jure patr. lib. 3. art. 3. quæſt. 7. ſub num. 6. & 7. in fin. & per eam poſſeſſio acquiritur, ut in prox. term. Rot. deciſ. 211 num. 6. par. 1. divers.

Tum de cuſtodia regimine, & gubernio eorundem de Gaſolis, quod ſcilicet neceſſaria pro Eccleſiæ manutentione ſubminiſtrarunt, id quod inſervit pro admenenda
3 poſſeſ-

poſſeſſionis, quia Patrono licet defendere, & providere, & conſulere Eccleſiæ cap. filiis 16. quæſt. 7. Lambert de jurepatr. par. 2. lib. 1. art. 2. quæſt. 7. n. 12. & 29. & lib. 3. quæſt 113. art 12 quæſt. 1. num. 2. & ex ſuppoſitione oneruum
4 utique reſultat præſumptio poſſeſſionis, Bald. in l. 3. num 9. Cod. natur. lib. Socc. conſ. 16. ſub num. 12. verſ. ſecundo, & maxima lib. 2. Men. de arbitr. cen. 1. num 582. Pacif de Salu. inſp. 1. cap. 6. num
5 32. imo ex actibus, qui nonniſi a poſſeſſore expediri ſolent probatur poſſeſſio l. Titia ff. Solut. l. 2. §. aequor ff. Burratt. dec 730. num 4.

Non obſtat venditio hujus Capellæ facta ab Archiepiſcopo, quia hac requirit petitorium, in quo videndum erit an Archie-
6 piſcopus potuerit vendere in præjudicium Patronorum, & non ſervatis forma Extravag. ambitioſæ de reb. Eccl. non alienan. quam ſervari debere tradit in prax term Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 4 num. 11 & interim manutenendi ſunt poſſeſſores, qui ſe non haberent pro ſpoliatis,
& quibus in hoc ſummariſſimo Judicio
7 ſufficeret docere de poſſeſſione abſque alia diſcuſſione tituli Rot. deciſ. 698. num 3. par. 2. rec. 242. num. 16. inter impreſſ. poſt. Cinc. de conſ. deciſ. 323 num 2. coram ſa. me. Greg. XV deciſ. 212. n. 8. poſt. tract. Modern Peruſ. de manut.

Tandem non obſtant ſententiæ de partibus,
8 quia cum ſint ſuſpenſæ per appellationem, neque Dominium, neque Poſſeſſionem in alium transtulerunt, l. ſtimarket §. pen. ff qui ſatiſd. cogantur, & manu-
9 tentio datur etiam in gradu appellationis, vel reſtitutionis in integrum Gratian. diſcept. 776. num 42 diſc 871 num 24. diſcep 948 num 21. Seraph. dec. 1463. n. 1 Mantic. dec. 172. num 5 & 6. ſa. me. Greg XV deciſ. 455 num 8 Buratt dec. 813 num. 9

Et ita deciſum, una tantum Parte informante, altera tamen totes citata.

R. P. D. BICHIO

ROMANA PENSIONIS.

Veneris 25. Maii 1646.

ARGUMENTUM.

Prius tenetur in petitorio juſtificare clauſulam = dummodo remaneant centum pro Rectore = *nec non etiam valorem narratum per aſcenſum, & hujuſmodi juſtificatio ultra clauſulam* dummodo *eſt neceſſaria, quia utraque reſpicit diverſos effectus, ac tempora. Etenim narrativa valoris reſpicit tempus præſens, ac determinationem quantitatis Penſionis, cum Papa non præſumatur velle gravare beneficium ultra tertiam partem, vel medietatem. Clauſula vero* dummodo *reſpicit ipſam reſervationem penſionis, quam ſcilicet Papa nullatenus voluit reſervare, niſi centum remaneant pro Rectore. Et pro juſtificatione Clauſulæ* dummodo *quænam ſint deducenda ex valore beneficii, late in deciſione declaratur.*

SUMMARIUM.

1 Penſio reſervata cum clauſula *dummodo remaneant centum pro Rectore* juſtificanda eſt a penſionario in petitorio plene, & concludenter.
2 Gratia conditionalis, ſi conditio non adimpleatur, nihil ponit in eſſe.
3 Quæ probatio debet eſſe concludens, & plena.
4 Nec ſufficit publica vox, & fama.
5 Valor probari poteſt per publicam vocem, & famam.
6 Penſionarius tenetur probare plene, & concludenter valorem narratum.
Si ſit cauſa, & fundamentum gratiæ, ſecus ſi narrativa eſt ſimpliciter pars gratiæ.
7 Ampla, præſertim quando agitur de penſione reſervata beneficio pleno, quia tunc fieri debet punctualis fructuum narratio, ut Papa certus ſit, quantum gravare poſſit

poſſit beneficium, nam aliunde de hoc juſtificari non valeat.

8 Penſio quando eſt reſervata ex cauſa reſignationis, vel provisionis per obitum, tunc quia fructus exprimuntur in proviſione, non eſt neceſſe quod exprimantur in Litteris Penſionis.

9 Valor narratur per aſcenſum, ideo eſt ultra Clauſulam *dummodo* juſtificandus a Penſionario, quia reſpicit diverſos effectus, & tempora.

10 Narrativa valoris reſpicit tempus præſens, & determinationem quantitatis penſionis, cum Papa non præſumatur velle gravare beneficium ultra tertiam partem vel medietatem.

11 Clauſula *dummodo &c.* reſpicit ipſam reſervationem penſionis, quam ſcilicet Papa nullatenus reſervare intendit, niſi centum liberi pro Rectore remaneant.

12 Clauſula *dummodo &c.* reſpicit nedum tempus præſens, ſed etiam futurum, adeo ut ſi tempore reſervationis remaneant centum, & poſtea fructus ſint adeo diminuti, ut Rector non poſſit ſe ſuſtentare, ſit locus reductioni penſionis.

13 Appellatione fructuum, redituum, & proventuum, ubi agitur de conſtituenda congrua pro Rectore, non veniunt fructus incerti.

14 Fructus incerti dicuntur funeralia, oblationes, & ſimilia niſi tales redditus ſoleant quotannis fieri.

15 Fructus incerti percipiuntur a Rectore ratione laboris.

16 Fructus incerti non computantur in congruam Rectoris, quamvis Papa mandet eos computari, quia intelligitur de incertis habentibus quandam certitudinem, ut ſunt Decimæ frumenti, & vini, licet ſint incerta ratione ſummæ; ſed non de fructibus omnino incertis, ut ſunt funeralia, & ſimilia.

17 Veniet onus debet pendere ab incerto, nec dilationem patitur.

18 Parochus ex diſpoſitione S. Concilii Tridentini tenetur habitare in domo parochiali.

19 Ex valore beneficii detrahi debet redditus domus, quam Rector inhabitat, quia non poteſt pro fructu reſtituari.

20 Item nec in valore ſunt computanda corpora quæ ſunt pars domus rectoralis, quamvis probentur alias fuiſſe locata, nec factum prædeceſſoris detrahentis ſibi neceſſitatibus obeſſe poteſt ſucceſſori.

21 Item nec in valore beneficii computari debet legatum relictum pro celebratione Miſſarum, quia illud Rector non percipit ratione Eccleſiæ, ſed particularis favoris.

22 Onus celebrandi per ſeipſum, quando non eſt injunctum Rectori, tunc poteſt adimpleri per alium.

23 In valore beneficii non illa tantum computantur, quæ obveniunt Beneficiato ratione Perſonæ, ſed quæ unuſquiſque Beneficiatus etiam abſens percipiat.

24 Ex valore beneficii ſtante clauſula, *dummodo remaneant centum liberi*, detrahendæ ſunt expenſæ, & onera neceſſaria.

25 Onera neceſſaria detrahenda a valore beneficii, ſunt ea quæ reſpiciunt manutentionem & reparationem Eccleſiæ, nempe cera, oleum, vinum, & ſimilia.

26 A valore Beneficii detrahi debent fructus cenſus, cujus debitrix eſt Eccleſia, nam onus illos ſolvendi cenſetur injunctum fructibus beneficii.

27 Cenſus redimibilis, quando nulla adeſt ſpes redemptionis ex parte debitoris, quoad iſtum reputatur perpetuus.

28 Clauſula *dummodo* verificari debet de tempore reſervationis Penſionis.

29 Penſio corruit in totum, ſi ex parte penſionarii non juſtificatur remanere ſcuta centum libera pro ſuſtentatione Rectoris.

30 Penſio, quando eſt reſervata ſuper fructibus certis, & incertis, tunc in valore Beneficii calculandi ſunt fructus incerta funeralium, & oblationum.

31 Teſtes ſæminaſtici in concuſſu præferuntur.

32 Teſtes veriſimiliora deponentes præferendi ſunt, quamvis inveriſimilia deponentes ſint multi.

DECISIO XVIII.

De validitate Penſionis reſervatæ ad favorem Angeli Cecoarelli ſuper fructibus certis, & incertis Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Dorotheæ Transtiberim poſſeſſæ de tempore reſervationis a Bernardino Angeli patruo, diſceptatum hodie fuit; & censuimus PENSIONEM NON SUSTINERI, eo quod reſervatio eſt concepta ſub conditione *dummodo remaneant centum liberi*
1 *pro Rectore*, & ſub narrativa valoris per aſcenſum ad ducatos centum de Camera 170. nec penſionarius probavit, quod de tempore reſervationis centum remanerent pro Rectore, prout in hoc judicio penitus probare tenebatur, quia
2 partes conditionalis niſi juſtificetur, nihil ponit in eſſe. Garz *de Benef. par 1. cap. 5. num 424. Lotth. de re benef. lib 1. quæſt. 36. num 40. & ſeq.* Mant. *deciſ. 196. num 2. & 3.* Seraph. *deciſ. 1017. num 3. deciſ. 1222. n. 2.* Cavaler. *deciſ. 183. num 2.* & quidem ple-

3 ne, & concludenter Garz. *d. cap. 5. num. 473.* Paris *de reſign. lib. 6. quaſt. 1. num. 25.* Add. *ad ſac. mem. Greg. XV. deciſ. 145. num. 11.* Rota *in Placentina Parochialium, ſeu Penſionis 1. Julii 1641. coram Reverendiſſ. D. meo Decano.* Ita ut non ſufficit probatio per publicam vocem, & famam, 4 licet ea regulariter ad probandum valorem 5 admittatur, Barboſ. *allegat. 47. num. 3. ad ſac. mem. Greg. XV. deciſ. 145. num. 11. & deciſ. 277. num. 9. Rot. deciſ. 5. inter impreſſ. apud Fab. poſt tract.*

Nec pariter juſtificavit narrativam valoris in Diurno aut de Camera 170. qui probari debuiſſet per neceſſarias probationes, 6 quia non ſit narratio affirmative dicitur cauſa, & fundamentum gratiæ, licet ſecus ſit quando narrativa eſt ſimpliciter para gratiæ, ut bene diſtinguendo declarat. *Rota deciſ. 268. n. 3. & 4. part. 1. deciſ. quam in his terminis ſequitur deciſ. 344. n. 2. & 3. part. 2. rec. deciſ. 516. n. 1. par. 3. deciſ. 287. n. 9. part. 5.* Lotther *de re benef. lib. 2. q. 43. n. 1. & ſeqq.* ubi hoc ampliat, quando ut in caſu noſtro 7 agitur de penſione reſervata adhuc pleno beneficio, quia tunc ſit penitus neceſſaria narratio, ut Papa certus ſit quantum gravare poſſit beneficium, cum alias de bonis certitudo non valeat quamvis fecit in ea penſione reſervata ex cauſa 8 reſignationis, vel proviſionis per obitum, quo caſu, quia fructus exprimuntur, in proviſione non eſt neceſſarium exprimere in Litteras penſionis, prout deliberat Rota *in Ragus. Penſionis 28. Feb. 1585. coram Gypſio, & in Spoletana Penſionis 24. Jan. 1601. coram* Ubaldo *Seraſ. impreſſ. inter recent. deciſ. 341. n. 1. & ſeqq. par. 4. tom. 2.*

9 Unde hujuſmodi probatio valoris per aſſenſum narrati requirit alias juſtificationem clauſulæ *dummodo remaneat ſtatum pro Rectore*, quia hæc reſpicit diverſos effectus, ac tempora, ut dixit Rota *in Valentina Penſionis 25. Maii 1601. coram Card. Seraphino*, ſiquidem narrativa valoris reſpicit tempus præſens, ac deterior rationem 10 quantitatis penſionis, cum Papa non præſumatur velle gravare Beneficium ultra tertiam partem, vel medietatem fructuum, ut per Gigan. *de Penſion. q. 9. ſub num. 1. & 2. & ſub n. 5.* in fin. clauſula vero *dum-* 11 *modo* reſpicit ipſam reſervationem penſionis, quam ſcilicet Papa nullatenus voluit reſervare, niſi centum remaneant pro Rectore, ut bene diſtinguit, ac declarat Lotther *de re benef. lib. 1. q. 41. n. 23. & ſeq.* Garz. *de benef. par. 1. cap. 5. n. 405.* ad quod ac etiam reſpicit nedum tempus præſens ſed etiam futurum, adeo quod ſi tempo- 12 re gratiæ remaneant centum, ſed fructus deinde tempore ſint diminuti, ut Rector ſolvendo Penſionem, & onera Eccleſiæ ſubſtentare non poſſit, ſiat locus reductioni penſionis ad convenientem quantitatem. Garz. *de benef. p. 1. cap. 5. n. 399.* *& 400.* Beragh. *deciſ. 95. n. 4.* Add. *ad ſac. me.* Greg. XV. *deciſ. 145. n. 13.*

Deficit autem Penſionarius in juſtificatione clauſulæ *dummodo*, quia detractis ex notula fructuum per ipſum producta corporibus inter expendenda, ac oneribus Eccleſiæ, non remanet pro Rectore congrua ſcutorum centum, quæ conſiſtere debet in fructibus certis, quamvis Papa Penſionem reſervaverit tam ſuper certis, quam ſuper incertis, nam in clauſula *dummodo* nulla fit mentio de incertis, ſed ſolum 13 de fructibus, redditibus, & proventibus, quorum appellatione ubi agitur de 14 ſtatuenda congrua non veniunt fructus incerti, ut ſunt funeralia, oblationes nuptiales, eleemoſynæ, & ſimilia, niſi tales reddituus ſoleant quotannis locari pro certa pecunia, ut poſt Felin. *in cap. ad aures ſub n. 14. de reſcript. tradit* Rebuff. *de congr. port. num. 86. & 87.* ubi addit aliam ratio- 15 nem, quia nempe debent fructus Rector percipere in remunerationem ſui laboris, idemque tradit in tract. *nominat. quaſt. 9. ſub num. 40.* in ſententia Oldrad. *conſil. 216. ſub num. 1.* quem ſequitur Petrus Barboſ. *in l. divortio ff. quod in dote num. 7. ff. ſoluto matrim.* Monetta *de diſtrib. part. 1. quaſt. 4. ſub num. 7. verſ. atque ſeneralis lib. 3. cap. 6. num. 41.* Campan. *par. 2. q. 14. num. 22.* Ceſ. de Graſſ. *deciſ. 6. num. 12. de Tribus & Digni.* Rot. *deciſ. 9. n. 3. & ſeqq. par. 1. diverſor. deciſ. 420. num. 2. par. 1. recen. deciſ. 429. num. 6. p. 2.* Add. *ad ſac. mem.* Greg. XV. *deciſ. 429. num. 8.* Barat. *deciſ. 416. num. 5.* & in terminis, quod dicti fructus incerti 16 non ſint computandi in congruam, quamvis in illam fructus, etiam incertos Papa computari mandaſſet, quia intelligendum hoc eſſet de incertis, quæ habent quamdam certitudinem, ut ſunt decimæ ſrumenti, & vini, aliqui fructus incerti ſolum circa ſummam, ſed non de fructibus omnino incertis, ut ſunt funeralia, & eleemoſynæ ſupra memoratæ, dixit Rot. *dec. 130. ſub. n. 3. & 4. par. 6. recent.* ſed & tum ratione, & quia venter non debet pen- 17 dere ab incerto, cum non patiatur dilationem *part. 6. recent.* Auguſtinus Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 6. num. 44.* Campan. *diverſ. forens. tit. rub. 6. cap. 6. n. 129. in fin. & num. 130.*

Eſt, inquam, a notula reddituum certorum detrahenda Domus, quam Rector inhabitat, annui redditus ſcutorum 40. quia ex ea Rector non percipit, nec percipere potuit aliquod commodum pecuniarium, cum ex diſpoſitione Concilii Tri- 18 dentini teneatur habitare, & reſidere in 19 Domo Parochiali, quæ ideo non poteſt pro commodo fructiferò exiſtimari, imo potius debet ad onus, & gravamen Rectoris imputari. *Barat. dec. 354. n. 1. & ſeq. Rot. in Romana, penſionis 27. Martii 1728. Jen. 3816.*

Digitized by Google

1638. *coram Eminentiſſ. D. Card. Hieronymo Veroſpio*. Et ob eandem rationem detrahendum eſt illud cubiculum dictæ habitationi contiguum, aliis locatum pro ſtatis ſex, quia Domini ex viſione loci maniſeſtant illud eſſe neceſſarium Rectori pro ſui habitatione: nec non Cella vinaria vi lorum ſcutorum 4. & obulorum 80. & Hortulus cum Oleario annui redditus ſcutorum 13. quia eſt pars domus, & habitationis ipſius Rectoris, & talis non domo utitur, ut nec ab ipſa dividi honeſte poſſit, & inconveniens eſſet, ſi locaretur, cum propter, ut teſtes deponunt *Summ. num. 5.* ſit Cœmeterium, & per illum detur ingreſſus ad ſtantiam ejuſdem Parochi, & ad ipſam Eccleſiam, quod in terminis pendeat Emitt. *deciſ. 354. num. 2.* Nec obſtat, quod aliquod ex dictis
20 corporibus aliàs fuerint aliquando locata, quia exemplum Prædeceſſoris, qui detrahendo ſibi de neceſſitatibus pro commodo lucrum quæſivit, non tenetur ſequi Succeſſor, cum aliunde conſtet eadem corpora ſibi eſſe ad habitationem neceſſaria, ut per Merat. *de tacit. lib. 5. tit. 13. num. 14. & ſeq.* Mareſc. *var. reſol. l. 2. cap. 78. num. 7.* Grat. *diſcept. 606. num. 11.* Rot. *deciſ. 1. num. 2. de loc. in noviſ. deciſ. 210. n. 6. poſt tract. Pacif. de Salviano.*

Delendus idem eſt cenſus ſcutorum 500. annui redditus ſcutorum 28. proveniens ex Legato Jacobi Taruccha relicto cum onere celebrandi quinque Miſſas qualibet hebdomada pro anima teſtatoris, quia ex hoc onere colligitur, legatum non fuiſſe relictum contemplatione Eccleſiæ, ſed perſonæ Sacerdotis pro eleemoſyna celebra-
21 tionis Miſſarum, nec in valore beneficii computantur fructus, quos Rector percipit, non ratione Eccleſiæ, ſed particularis ſervitii, quod præſtat celebrando Miſſas, maxime etiam quod Rector conditionem poſitam ſit, ut celebratio Miſſarum in Eccleſia ipſa adimpleatur, ut fiat capax obtinendi emolumenti Legati. Petr. de Ubald. *in tract. de prin. Canon. Cap. 7. num. 57. & ſeqq. inter tract. diverſ. tom. 15. par. 2. fol. 218.* Rebuff. *de Congrug. nu. 86. verſ. & num.* Fuſarius Grat. *diſcept. 614. num. 11. & ſeqq.* Alphonſus Perez *de univerſ. & Capell. lib. 2. cap. 1. num. 35. & 36.* Caſtropal. *oper. moral. par. 2. tractat. 13. diſput. 2. punct. 26. ſub num. 7. verſ. nihilominus, plene* Rota *in Romana proſtimus 29. Novembris 1640. coram R. P. D. meo Cerro*. Eo magis in caſu noſtro, quo Teſtator non mandavit Miſſas celebrari in certa Eccleſia, ſed in Eccleſia S. Dorotheæ, cumque Rector
22 non ſit impeditus easdem celebrandi per ſe ipſum, ideoque poſſit celebrare ſive per alium: Lapus alleg. 35. *per tot.* Garz. *de pen. 7. cap. 1. num. 79. 87. & 93.* Gonzal. *ſuper reg. 8. gloſſ. 5. num. 74. & ſeqq.* Buratt. *deciſ. 92. num. 4.* Add. *ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 108. num. 15.* dicta ratione

non poteſt dicta emolumenta attingi jure Rectoriæ, ſive Eccleſiæ, tum quia illorum eſt capax etiam extraneus celebrans, qui non eſt Rector, tum etiam quia Rectore abſente, vel alias impedito celebrare acquiruntur, ut in terminis pendent Caſtropal. *d. diſput. 2. punct. 26. ſub num. 7. verſ. nihilominus* dicens rationem, quia
23 in valore beneficii non debent computari fructus, quos beneficiatus in abſentia ab Eccleſia obtinere libere poteſt, ut tradit Garz. *de benef. part. 5. cap. 3. §. 1. num. 166.*

Tandem delendus eſt annuus canon ſcutorum novem, quia fuit adverſario indebiſiter deliberatus. Et omnes hæ partitæ ſimul coacervatæ conficiunt ſummam ſcutorum 100. & obulos 80. quibus detractis è ſumma ſcutorum 281. monetæ, ad quam aſcendere fructus certos adverſarius prætendit, reſtringitur quantitas eorundem fructuum ad ſcuta 180. & obulos 20. Sed ab his ſunt etiam detrahendæ expenſæ neceſſa-
24 riæ, quia ſcuta centum, quæ Papa voluit remanere pro Rectore debent eſſe libera ab oneribus ordinariis, & neceſſariis. Gigas *de penſ. quæſt. 96. num. 2.* Caſſad. *deciſ. 19. num. 1. & 2. de præben.* Add. *ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 245. num. 12.* Cavaler. *deciſ. 362. num. 1.* Buratt. *deciſ. 418. num. 1.*

25 Onera autem conſiſtunt in manutentione, & reparatione Eccleſiæ in cera, oleo, vino, hoſtiis, in ſalario Clerici, & in expenſis pro celebranda Feſtivitate S. Dorotheæ, quæ teſtes concludenter deponunt aſcendere ad ſcuta 50. minus, & in ſcutis 30. ut ea taxavit Rota *coram Buratto deciſ. 418. ſub num. 7. & in Romana Penſionis 10. Julii 1633. coram bo. me. Merlino*. Item concurſſunt in iiſdem ſcutis 64. & obul. 50. quæ ſolvuntur annuatim pro fructibus centum ſuper bonis Eccleſiæ authoritate Apoſtolica impoſitorum à Rectore pendente ſive
26 Patrono ipſius adverſarii, & minuunt fructus beneficii, quia onera illius ſolvendi cenſetur inductum fructibus beneficii. Card. *de Luca de benef. par. 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 4. num. 11.* & in proximis terminis Aldobr. *conſ. 38. n. 7. & 8. lib. 1.*

Quæ dempta à ſcutis 180. & obulos 20. monetæ, in quibus fructus certi, ut ſupra conſtituuntur, deſ. ſcutis 30. & alias ſcutis 64. & obulos 50. pro oneribus beneficio incumbentibus, ſolum ſcuta 85. & obulos 70. remanent Rectori, imo & minus ſuntemus, quia in inſtrumentis cenſuum, ſive verius in beneplacito Apoſtolico deſuper interpoſito, fuit Rectori demandatum, quod è fructibus percipiendis è cenſibus Eccleſiæ, in quorum ædificationem, ac reparationem pecuniæ cenſuales vertebantur, extingueretur etiam ſors principalis; & ſic undique patet clauſulam *derogatoriam* rematam omnino nullo modo juſtificari. Nec refert, quod cenſus ſint tradibiles & re-

& æquando poſſint exſiſtere, quia ſi, ut ex adverſo aſſeritur, fructus dictarum domorum, ex quibus fors principalis eſt extinguenda, vix ſufficiunt ſolutioni fructuum
27 cenſuum, nulla adeſt ſpes probabilis redemptionis, ideoque cenſus habendi ſunt ex parte Eccleſiæ debitricis pro perpetuis. *ad text. in l. qui habebat 99. & ibi* Gloſſ. *verb. ridalla ſ. leg. 3.* Alex. *in l. 2. ſ. per ſervum corporaliter num. 7 ſ. de acq. poſſ.* Barbat *diviſ. 160. num. 16.* cumque de tem-
28 pore reſervationis penſionis quod debet attendi Garz. *de benef. par. 1. cap. 5. num. 398.* Barboſ. *clauſ. 47 num. 4* Add. *ad* Greg. XV *deciſ. 235 num. 13* verum ſit dicere, quod Rector detractis expenſis neceſſariis, & ordinariis non habet liberi ſcuta
29 100. pro ſui ſuſtentatione, ut Papa voluit ſequitur quod penſio in totum ceſſat Garz. *de benef. d. par. 1 cap. 5 num. 427* Rota *dec. 342. n. 12. & 13 par. 4. tom. 2. rec.*

Deficit etiam Penſionarius in juſtificatione velleita narrati per aſcenſum ad ducatos anni de Camera 170. quæ redacta ad monetam currentem aſcendunt ad ſcuta 256 & ubi
30 70. quia eſſo quod in valore calculandi ultro eſſent fructus incerti funeralium & oblationum, eo quod penſio reſervata eſt ſuper fructibus tam certis, tum incertis ad tradita per Lotth. *de re benef. lib. 3 quæſt. 39 num. 37. & quæſt. 42. num. 6a* Garz. *de benef. part. 1 cap. 5. num. 372 in fin.* Rot. *deciſ. 550. num. 5. par. 2. recen.* tales fructus non extendunt ſcuta 60. ut deponunt teſtes examinati pro Rectore, quibus ſtandum eſt potius, quam teſtibus Penſionarii, quia hi patiuntur multas exceptiones enumeratas in Summario Rectoris, nec deponunt inverſimilia, illi vero adminiculantur fide parata Parochorum præfectorum ad id deputatorum a Sacra Congregatione Viſitæ, qui ratione Sacerdotii, & experientiæ, qua pollent in his rebus, valde teſtes Rectoris coadjuvant, &
31 certum eſt in concurſu teſtium præferri adminiculatos Caſtr. *conſ. 192. vol. 2 ſub num. 4. lib. 2* Rum. *conſ. 35 ſub num. 16 verſ. teſti autem lib. 4* Aym. *conſ. 73. ſub num. 41* Rot. *deciſ. 245 ſub num. 3. pa. 2.*
32 *rec.* & veriſimilia deponentea, quamvis illi deponentes inveriſimilia ſint multi Gabr. *conſ. 159 num. 14. lib. 2.* Farinac. *de teſtib. quæſt. 62. ult. 13 num. 320. & quæſt. 65 num. 147.* Caputaq. *deciſ. 275 n. 6 par. 3.*

Et ita deciſum, otraque Parte informante.

R. P. D. BICHIO

CALARITANA CAPPELLÆ.

Lunæ 14. Decembris 1648.

ARGUMENTUM.

Melioramenta, ut meliorantis reficiantur, conſtare debet illa eſſe neceſſaria vel utilia, ac ulterius quod ſine illis res eſſet peritura, vel effecta deterior. Item quod fructus rei fuerunt aucti. Melioramenta quamvis utilia repeti nequeunt, ſi mala fide facta apparent.

SUMMARIUM.

1 Melioramenta probandi ſunt ab allegante.
2 Nec ſufficit conſtare de illorum exiſtentia, niſi ultro facta probentur ab eo, qui de illis excipit.
3 Melioramenta voluptuoſa non reficiuntur.
4 Melioramenta dicuntur neceſſaria, ſi conſtat ſine illis rem fuiſſe perituram, vel effectam deteriorem.
5 Expenſæ tripliciter dicuntur neceſſariæ, nempe reſpectu rei, perſonæ, & mixte.
6 Melioramenta judicantur utilia, quoties apparet, fructus rei fuiſſe auctos.
7 Ordinarius neceſſitatis, ac utilitatis Eccleſiarum conſulere tenetur.
8 Ordinarius præſumitur informatus de ſtatu, & qualitatibus Eccleſiarum ſuæ Diœceſis.
9 Reus conventus dicitur conſtitutus in mala fide propter inhibitionem ſpecialem, ne aliquid lite pendente faciat.
10 Melioramenta, quamvis utilia repeti nequeunt, ſtante mala fide meliorantis.
11 Melioramenta facta in aliqua Cappella, cenſentur donata, ac facta pro ſalute Animæ ipſius meliorantis.

DECI-

DECISIO XIX.

NE ad retardandam reſectionem expenſarum, in quibus ſententia Rotalis lata ſuper pertinentia Juriſpatronatus Capellæ ſub invocatione S. Sebaſtiani Loci Boſili, Franciſcum Zattam reum Conventum condemnavit, idem objiceret compenſationem eum eo, quod in meliorando dicta Capella impendiſſe prætendit, miſerunt illi de Fonte Gaſolis actores, diſputandum dubium, *an melioramenta ſint reſtituenda*, vel ne, quod *NEGATIVE* fuit reſolutum.

1 Quia melioramenta non probantur ab allegante, ut debet *Bero. conſ. 57. num. 6. lib. 2.* Rolan. *conſ. 18. num. 31. & ſeqq. lib. 1.* Rota *deciſ. 163. num. 2. part. 2. recent. deciſ. 77. num. 10. par. 5.* ita ut non

2 ſufficeat conſtare de exiſtentia melioramentorum, niſi ultro a ſe facta probet qui de melioramentis excipit Caſtr. *conſ. 172. num. 4. lib. 1.* Grat. *diſcep. 193. num. 3.* & ſuit dictum in *Romana fideicommiſſi de Spiritibus* 18 *Januarii 1643. coram me*, ſicque ulterius probandum meliorationes ſeſſe neceſſarias, vel utiles, quia

3 voluptuariæ non reficiuntur Rot. *deciſ. 630. numer. 4. part. 1. recent. deciſ. 834. num. 12. coram bon. mem. Buratto.*

4 Non, inquam, conſtat ſine aſſertis meliorationibus rem fuiſſe perituram, vel deteriorem eventuram, quæ ſunt extrema conſtitutiva neceſſitatis meliorationis *l. impenſæ ff. ver. ſignif. l. 1. ff. imp. in re. dot. fact.* ubi Alber. *num. 2. & 3.* notat. impenſas tripliciter dici neceſſarias ſcilicet reſpectu rei, perſonæ & mixte R. ta *dec. 6. num. 2. & ſeqq. par. 1. recent.* potiſſimque non apparet, quod ex prætenſis melioramentis fructus rei aucti fuerint, ut requiritur ad effectum ea utilia judicandi *l. 1. l. vel ſi utet. l. impenſa ff. impen. in reb. dotal. fact. l. impenſ. ff. verb. ſignif.* Rota *dec. 610. num. 4. par. 2. recent.*

Quam imo nec utilia, nec neceſſaria eſſe præſumuntur eo quod Ordinarius, ne illa fierent inhiberat, nec aliquis inhibuiſſet eum neceſſitati, ac utilitati Eccleſiarum conſulere tenetur, ut in terminis reſtaurationis diſponit *Sacrum Concil. Trident. Seſſ. 21. de reform. cap. 7. & notat* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat. 64. num. 8.* ac de earum ſtatu, & qualitatibus ipſum informatum eſſe jura præſumunt *Felin. in cap. ad aures num. 25. de reſcr.* Rot. *dec. 30. num. 11. par. 6. recent.*

Diſtaque ſpecialis inhibitio emanata ad inſtantiam illorum de Font Gaſolis, occaſione litis pendentis ſuper pertinentia juriſpatronatus, operatur ulterius, ut propter malam Fidem, in qua reus conventus conſtitutus fuit, *Lancil. de attent. par. 2. cap. 20. limit. 29. num. 4. & declar. 1. ſub. num. 40.* ipſe melioramenta, quamvis

10 utilia eſſent, repetere non poſſit *l. domum in fin. C. rei vindic. l. ubi ſ. ex diverſo ff. acquir. rer. domin.* Barboſ. *in l. divortio ff. ſol. matr. par. 1. num. 76. verſ. illud ſuit ſi ſoli. matr.* Peregr. *conſ. 41. num. 21. lib. 1.* Ballon. *lib. conſ. 76. num. 55. & ſeqq.* Seraph. *deciſ. 898. num. 3.* Rot. *deciſ. 130. num. 18. par. 7. recent. deciſ. 153. num. 3. apud Cuar. de Confid. & in Romana Fideicommiſſi de Spiritibus 12. Decembris*

11 *1614. cor. me.* Sed poſtquam conſtantur donata Capellæ & facta pro ſalute animæ ipſius melioramenta *Coſt. de prox. reſpquæſt. 53. num. 9. in fin.* Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 17. num. 6.* quem refert, & ſequitur Sard. *conſ. 333. numero 39.*

Et ita deciſum una tantum parte informante, altera pluries citata.

R. P. D. CERRO SACRÆ ROTÆ DECANO.

ROMANA LEGATI.

Veneris 18. Februarii 1650.

ARGUMENTUM.

Fratres Divi Franciſci ſunt incapaces legatorum, non autem relictorum pro Sacriſtia, & Infirmaria. Breve in forma commiſſaria præſumitur juſtificatum, ſi cum ſententia concurrat lapſus temporis cum obſervantia.

SUMMARIUM.

1 2. Breve Pauli V. accedente præſertim beneplacito Apoſtolico ſuffragatur Minoribus de obſervantia S. Franciſci in diſpoſitionibus eorum favore relictis.

3 Falſo in legatis factis Sacriſtiæ.

4 Quod procedit etiam ſi facta non fuerit ſpecialis mentio Sacræ Suppellectilis n. 4.

5 Legatum factum Infirmariæ Fratrum Minorum Divi Franciſci non adverſatur eorum ſtrictiſſimæ Paupertati.

6 Quia non reſpicit commodum, ſed infirmorum quibus juxta Regulam D. Franciſci, & Conſtit. Apoſtolic. de omnibus neceſſariis eſt ſubveniendum.

7 Pontifex juta ſcire præſumitur.

8 Pontifex concedendo conſequens habilitat in antecedens.

9 Subreptio excluditur, ſi Papa in genere cogitare potuit.

10 Breve in forma Commiſſiva præſumitur juſtificatum ex ſantantia executoris executioni demandata, & per ſpatium annorum 30. obſervata.

11 Clauſula *conſtito* non indiget juſtificatione; niſi ad inſtantiam illius, ad cujus favorem appoſita fuit, & ipſo non reclamante gratia ſtat in implicito ſuo validata.

12 Datio in ſolutum eſt perpetua, & ſapit venditionem.

13 Datio in ſolutum transfert in recipientem totale Dominium irrevocabiliter.

14 Ideoque recipiens facit fructus ſuos, nec tenetur illos excomputare in ſortem.

15 Hæreditas præſumitur opulenta, & ſolvendo.

D E C I S I O XX.

BReve Sanct.Me. Pauli V. *SUFFRAGARI IN PERPETUUM* Juniorum quoad Legata facta a Jacobo Bro... in Sacriſtiæ, & Infirmariæ S. Mi... ium in Aratæli Domini cenſuerunt. Quia cum illa in perpetuum pariter relicta fuerint, & eiſdem verbis pleno jure translata in dictum Joannum cum reſervatione Beneplaciti Apoſtolici diu de ſubſecuti prævia ſententia Judicis ad
1 id ſpecialiter delegati, nonnino Brevis beneficio potiri debet, *cap. ſi tal nulla de prebend. in 6. capit. desit di 1eg. per eum lib.*

2 Neque repugnat objecta incapacitas Patrum S. Franciſci Minorum de Obſervantia non capaciorum ex eorum Regula, de qua *in clem. exivi, §. cum Annal reddatus di vitib. ſignificat.*

3 Quia indubitatum eſt quod non comprehendi legatum factum Sacriſtiæ eorum Eccleſiæ; cum Divini Cultus decorem, non autem illorum commodum reſpiciat, nec quicquam ex eo ipſi appropriatur, *juxta communem DD. opinionem quam probant* Card. Zabarell. *in dicta clement. exivi num. 12. ibique* Ancharan. num. 18. Bott. *in cap. in praeſentia num. 25. de probationibus* Navarr. *conſ. 13. per tot. de teſtament.* Rodric. *qq Regular. tom. 1. q. 127. art. 5. per tot.* Sanchez *ad Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 16. num. 41. cum ſeqq. & latiſſime alias aliis probavit* Rota *in Romana computorum 10. Aprilis 1630. coram bon. mem. Merlino in recent. dec. 365. num. 27. & ſeqq. par. 5.* Idque etiamſi de

4 ſacra ſuppellectili, aliiſque neceſſariis ad eum uſum ſpecialis mentio facta non fuerit, quia ſufficit Sacriſtiæ relictum fuiſſe, cum inde ſatis appareat intentio Teſtatoris, ac ejus validitas juſtificetur, ex eo ſi animo ſicuti relictum eſt ſimiliter, *ut deducitur in cap. 1xiii., §. in hoc caſu in fin. auth. ſignif. in 6.* Card. Zabarell. *in d. Clemen. exivi diſt. num. 11* Rota *coram Lecano diſſ. 245. num. 18., & in diſt. Romana Computorum num. 29.*

Nec etiam comprehendi alterum legatum fa-
5 ctum Infirmariæ eorum Conventus, Quia præter quam quod Dominio non videbatur adverſari ſtrictiſſimæ paupertati, & mandatum, quam ex præfata Regula dicti Patres poſſiderent *juxta text. in d. cap. exivi. di verb. ſignif. in 6. & in d. clem. exivi ind.* ſit enim in eorum uſum quotidianum victus, & veſtitus non fuerit principaliter ordina-
6 tum, ſed pro ſuſtentatione Infirmorum, ne deficientibus remediis neceſſariis (quæ non ſemper, nec integre largitione fidelium parari poſſunt) miſere pereant, idemque maxima pietatis, & honeſtatis ratione fuiſſet potiſſ, tam vigore ejuſdem Regulæ injungentis Curam ſolicitam pro Infirmorum neceſſitatibus, quam Apoſtolicarum Conſtitutionum approbantium eaſdem neceſſitatis cauſa, *ut habetur in d. cap. 1xii. §. ſi vero moderi bonum & bene viverit hunc fraternitatem gaudeant* Joan. de Anania *conſ. 30. num. 5. per tot. &* Oldrad. Add. *quem ſequitur* Rodric. *diſt. queſt. 117. art. 4. in fin. & ex relatis habi* P. Dian. *reſolut. moral. p. 3. tract. 2. reſolut 33. in princip.* Laurent. de Poſtell. *in dub. regular. in verb. legatum num. 7. &* P. Lezan. *in Sum. q. regular. volum. 1. in verb. legata Regularibus addita num. 6.* In omnium caſum removetur diſſiultas ex facultate conceſſa in dicto Brevi appen-

profundiſſius alienationem, & ceſſionem ab iiſdem Patribus factam, cum enim Pontifex optime ſciverit illorum incapacitatem tamquam reſolventem, *ex dicta*
6 *Clemens* cujus diſpoſitionem, ipſe non ignoraſſe præſumitur, quippe qui omnia jura
7 in ſcrinio pectoris habere cenſetur, *cap. 1. de conſtitut. in 6. l. omnium, C. de teſtament.* Utique concedendo dictam facul-
8 tatem, in neceſſitatum antecedens eos habilitaſſe videtur ſuper hujuſmodi incapacitatem, *argum. text. in l. ad rem mobilem, ff. de procurat. & in L. illud, ff. de igni rin. hæredit.* Oldrad. *conſ.* 340. *num.* 7. & *conſil.* 331. *num.* 1. 2. & 5. Roman. *conſ.* 307. *num.* 1. & Socin. *Jun. conſil.* 140. *num.* 44. & 45. *lib.* 2. *cum aliis allegatis per* Gabriel. *de præſumpt. concl.* 8. *num.* 1. *cum ſeqq.*

Nec refert, quod dicti Patres non narraverint dictum legatum eſſe perpetui reddituus, & ideo Breve remanent ſubreptitium. Quia cum Pontifex demandaverat exequutori dictam facultatem, ut Joanninus pro perpetuitatem ſatis clare cognoviſſe videtur, ex quo propterea penitus
9 corruit allegata ſubreptio, cum ad iſtum effectum ſufficiat in genere Papam cogitare potuiſſe, *L. quod jure ff. de milit. teſtament.* Felin. *in cap. nonnulli num.* 18. *de reſcript.* Rot. *deciſ.* 452. *num.* 15. *dec.* 502. *num.* 28. *part.* 4. *deciſ.* 221. *num.* 25. *part.* 7. *deciſ.* 57. *num.* 11. & *deciſ.* 598. *num.* 5. *part.* 8. *recent.*

Minusve obſtat, quod dictum Breve conceſſum fuerit in forma commiſſaria cum clauſula *conſtito de veritate*. Quia prætereaquod ſatis juſtificatum præſumitur ex di-
10 cta ſententia exequutoris demandata exequutioni, & per ſpatium 30. annorum continuo obſervatam, Card. Seraphin. *deciſ.* 1073. *num.* 2. & 3. & *deciſ.* 1125. *num.* 1. 2. & 3. & *deciſ.* 1174. *num.* 3. Gregor. *deciſ.* 343. *num.* 1. *ibique* Addentes. 4. 5. & 6. Rota *in recent. deciſ.* 684. *num.* 1. *part.* 2. hujuſmodi exceptio ab ipſis tantum Patribus, quorum favore dicta clauſula cenſetur appoſita, non autem ab aliis elegi poteſt, ipſiſque vo-
11 lentibus etiam ſine illius juſtificatione gratia ſtat in implicito ſtatu validitatis, Innocen. *in cap.* 5. *in prim.* [illegible] Butr. *in* 5. *deciſ.*, *quæ fuerit a* Tract. Put. *deciſ.* 318. *num.* 39. *part.* 5. *recent.* Multoque magis ſuffragatur Eccleſiæ de Anima, quæ ſive legatariis credentibus, ſive ceſſionario dictum legatum ſemper præſtare tenebitur.

Prout nec ſubſiſtere, quod creditum Joanninum ex tot euntis pagati jam perſolutis redeatur extinctum. Objectum enim procederet ſi ageretur de ſimplici aſſignatione in pignus temporaliter duratura, donec ſolveret ut annuis præſtationibus creditor ſatisfieret, ſecus autem in propoſito quo agitur de vera, & actuali ceſſione, ac datione in ſolutum cum clauſulis, *in perpetuum, ad habendum, &* [illegible]. Hoc enim caſu cum hujuſmodi, ceſſio & datio in ſolutum de ſui natura ſit per-
12 petua, & faciat venditionem, transfert
13 in recipientem totale dominium rei ceſſæ penes ipſum duraturum perpetuo, & irrevocabiliter, ut comprobatur *in deciſionibus hujus cauſæ emanatis coram me ſuper maratoriam* 1. *Julii* 1643. §. *ad ſecundum*
14 *vero*, ex operatur, ut ceſſionarius non teneatur excomputare fructus in ſortem, ſed illos faciat ſuos *l.* 5. *ff.* [illegible] *de ruſticor.* Socin. *jun. conſ.* 170. *numero* 5. *lib.* 2. Card. Seraphin. *deciſ.* 1284. *num.* 1.

Suppoſitum denique quod hæreditas Uroli ſit adeo tenuis, ut non ſufficiat pro præſtatione hujus legati, adhuc concludentem ju-
15 ſtificatum non fuit, ideoque viget præſumptio, quod ſit opulenta, & ſolvendo, ut reſponderem *in dicta ſecunda deciſione §. denum in tertium.*

An propterea Domini ſuper hujuſmodi tenuitate, & ſufficientia meliores deſideratiores juſtificationes in ulteriori propoſitione diſpungendas, prævia legitima redditione rationis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO
VALENTINA PONTIFICALIUM.

Lunæ 25. *Junii* 1657.

ARGUMENTUM.

Pontificalia, & ornamenta Epiſcopi ad cultum Divinum inſervientia, poſt ejus obitum vigore Pianæ Conſtitutionis ad Eccleſiam ſpectant; & quæ ad divinum, & quæ ad profanum cultum dicantur deſtinata, hic declarantur.

SUMMARIUM.

1. Pontificalia vigore Conſtitutionis Pij V. poſt obitum Antiſtitum ſpectant ad Eccleſias, quibus ipſi præſidebant.
2. Conſtitutionum Apoſtolicarum allegare contrarium, vel non uſum præſumitur.
3. Clauſula *ex ſublata, ac decretum irritans* contrariam obſervantiam infringit.
4. Conſtitutio Pij V. intelligitur de ornamentis, ac bonis ad cultum Divinum & non de profanis ad convivia deſtinatis.
5. Ornamentorum accidentalis uſus in Feſtis, & functionibus ſolemnioribus, non concludit eorum deſtinationem ad cultum Divinum.
6. Uſus, ad cujus effectum fuit principaliter res parata, attenditur.
7. Cauſa facti, & non fictam inſpicitur.
8. Text. *in l. final. §. navi de aur. & argent. legat.* declaratur.
9. Cultui Divino res deſtinatæ in profanos uſus non poſſunt converti.
10. Ornamenta quæ, & quomodo dignoſcantur ad cultum Divinum, & profanum deſtinata.
11. Ornamenta, & bona ad Cultum Divinum ordinata pignorari, & obligari non poſſunt.

DECISIO XXI.

PRætendente Capitulo Valentino, Pontificalia, quibus b. m. Archiepiſc. Aliaga tum in publicis, tum in privatis Functionibus utebatur, dum eidem Eccleſiæ præſidebat inſtitutum in partibus judicium pro illorum conſecutione coram ſub Collectore Cameræ Apoſtolicæ, cauſaque per appellationem ad Rotam devoluta, & mihi commiſſa, dubitavi an, & quæ bona debeantur, & per DD. reſponſum fuit, deberi bona inferius exprimenda.

Ratio reſolutionis primæ partis educta fuit ex *Conſtitutione Sa. Mem. Pii V.* in ordine
1 *an. Bullar. nov. tom.* 2. qua cavetur Pontificalia per obitum Antiſtitum ſpectare ad Eccleſias, quibus ipſi præſidebant, nec comprehendi ſub quibuſvis facultatibus teſtandi, & alias diſponendi eis conceſſis, ut legitur ibi.

„ Hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, ordinamus decernimus, & declaramus quod de cætero omnia, & ſingula Ornamenta, & Paramenta, ac Vaſa nec non Miſſalia & Gradualia ac Cantus firmi, & Muſicæ, aliique quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res ſacræ etiam auri, & argenti, ac quæcumque alia bona per quoſcumque Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, &c. ad uſum, & cultum Divinum, etiam in eorum privatis ædibus, & Capellis, vel Oratoriis deſtinata tempore eorum obitus ex teſtamento, vel ab inteſtato relicta ſub quibuſvis facultatibus teſtandi, & alias diſponendi, minime comprehendentur, nec ſub appellatione ſpoliorum ſed ad ſingulas Eccleſias, in quibus reſederunt, aut quibus præfuerunt, ſive quæ alias obtinuerint, omnino ſpectent, & pertineant.

Nec ſubſiſtit, quod d. Conſtitutio non comprehendit Regnum Valentiæ, &c. quia exceptuatio in ea non legitur, quatenus vero arguatur ex inobſervantia illius in eodem Regno, hoc eſt idem ac allegare non uſum, vel contrarium uſum,
2 quod non permittitur adverſus Conſtitutiones Apoſtolicas, ut reſpondit Rota *coram Buratt. decis. 725. numer. 3. abs Adden. num. 9. coram* Cavaler. *decis.* 77. *num.* 3. *& ſeq. decis.* 85. *num.* 1 *cum ſeq. ac decis.* 91. *num.* 9. *ac coram bon. mem.* Merlin. *decis.* 814. *num.* 4. *& ſeq.* ſtante præſertim clauſula *ex ſublatis, ac decreto irritanti* ex quibus contraria quævis obſer-
3 vantia infringitur Buratt. *d. decis.* 725. *num.* 2. *in fine.* Merlin. *decis.* 637. *num.* 15. *& d. decis. one* 14. *num.* 6.

4 Quo vero ad ſecundam partem DD. cenſuerunt deberi illa ornamenta, aliaque bona ad cultum divinum deſtinata, quæ ſervabantur ſub cuſtodia Cappellani Veſtiarii majoris, adnotata *in ſumma exceptorum num.* 1. non autem ea, quæ exiſtebant penes ab argento seruo, vulgo Credenziere, deſcripta in eodem *ſumm. n.* 3. 4. *&* 5. quæ ad convivia, aliaſque profanos uſus erant parata, quia de illis, non de iſtis loquitur eadem Conſtitutio, ut obſcure habetur ex verbis ſupra relatis, *ibi* omnia, & ſingula Ornamenta, & paramenta, ac vaſa, etiam auri, & argenti, & quæcumque alia bona ad cultum divinum deſtinata &c.

Non obſtat, quod Archiepiſcopus aliquoties conſueverit in functionibus Eccleſiaſticis; Quia uſus hujuſmodi, utpote ac-
5 cidentalis ad majorem, ſcilicet, ornatum, ac agendos ſolemniores dies Feſtivos, non concludit deſtinationem ad cultum Divinum, nec proinde comprehenſionem in dicta Conſtitutione, ut in ſpecie firmant Navar. *de Spol. Clerie. §.* 8. *ſub num.* 4. *vel ſit qua ratione* Hieron. Mamat. *de ſpol. ſeu fruct. locorum num.* 326 *inter tract. de ſpol.*

ſpol. Azor. inſtitut. moral. par. 2. lib. 8. cap. 3. quæſt. 7. in fin. verſ. nec item, Bonacin. de contract. tom. 2. diſputat. 3. quæſt. altim. part. 2. § 3. num. 3. Carolus Marant in tract. ſur. par. 2. reſponſ. 15. per tot. Ric. in prax. reſol. 425. num. 5. par. 3. Jo. Bapt. Scort. de Secret. Jeſu in ſolch. ſumm. Pontiſ. Conſtit. Epit. 93. theor. 242. in ſi. verſ. licet neque. Ad hunc enim eſſectum debet attendi, ad quod res principaliter fuit parata, non ad quod ſecundum, & ex eventu conſequitur, ut reſpondit J. C. in l. ex facto 35. § ſcr. de ſin. de hered. inſtit. Bart. in lege quæſiti 28. num. 1. ff. de aur. & argent. legat. Roman. conſ. 5. num. 3. nec factum ipſum,

7 ſed cauſa facti inſpicitur, quæ ſunt res ipſæ in uſus profitos, non in divinos extant. l. unum 40. ff. de furt. Gloſ. in cap. & § Chriſtus verb. ex cauſa de jur. ſur. in c. univerſitatum 24. in verb. ſubeſſet de ſtatu. tis immunitat. & in cap. intelligentia verb. ex cauſa de verb. ſignific. Cravett. conſ. 201. num. 25. conſ. 253. num. 2. & conſ. 319. num. 7. Marant. d. reſponſ. 15. num. 7. & ſeq.

8 Neque adverſatur text. in l. ſin. § acceſſ. ff. de aur. & argent. legat. ubi dictum in legato vetere, & balteamen eſſe in argentum in feſtivis diebus uſitatum continert, quia in eo textu ſupponitur argentum eſſe lineare, & ita dubitandi fuit, quia duplicis erat ſpeciei aliud quotidianum, ibi, & ſi lcet in ad et id argentum, quo diebus feſtivis in baltea conſecuit uti legare

credam, & hinc vero anganu bona eſſe ad cultum divinum deſtinata.

Gentiſque aſſeveratur, quod fuerint generaliter parata ad uſum Divinum, ſecundum autem ad uſum profanum, tum quia jam ad cultum Divinum deſtinatæ non poſſunt in profanos uſus converti, & in ſpecie advertit Scort. in ſolch. ſumm. Pontiſ. conſtit. de Epiſt. 93. theorem. 242. poſt med. verſ. illum, cit. ſ. alſi.

10 Tum quia continuus ex frequentiori uſu in profanis, & ex qualitate loci, in quo ſervabantur, ac perſona cuſtodis prorſus diſtincta, ac ſeparata a loco, & cuſtode rerum deſtinatarum ad cultum Divinum, d. Summaria num. 15. Hinc enim apparet quo animo fuerint principaliter parata, qui in deſtinatione potiſſimum eſt attendendum ad Text. in d. l. ex facto 35. § in iure ſubeatum ff. de hered. inſtit. Rota coram Card. Seraph. dec. 594. num. 23. Manent. d. reſponſ. 25. num. 9. part. 2.

Ceſſatque deſtinatio, quia ex Teſtibus in eodem Summ. relatis ſub num. 6. conſtat, bona prædicta potius fuiſſe oppignorata pro indigentiis Domus Archiepiſcopi, ob

11 quam ſine cauſam obſiquum non potuiſſent, ſi ad cultum divinum fuiſſent deſtinata &c. juxta Text. in cap. ca quæ ſi e in concordatum inter per. Rodom. de reb. Eccl. non alien. in ſubnot. de conſ. plurib. fol. mihi 137.

Atque ita fuit reſolutum, utraque parte informante, &c.

R. P. D. PRIOLO.

VALENTINA PONTIFICALIUM.

Lunæ 17. Martii 1659.

ARGUMENTUM PATET EX SUMMARIO

SUMMARIUM.

1 Argenta, & Ornamenta, quæ erant principaliter deſtinata in uſus profanos, quamvis ex accidenti fuerint converſa in uſus pios, non veniunt appellatione Pontificalium, quæ poſt mortem Epiſcopi debentur illius Eccleſiæ, ut num. 4.

2 Uſus ad Cultum divinum, vel uſum profanum convincatur etiam ex diverſitate Perſonarum, quæ argenta, & ornamenta conſervabant.

3 Vaſa, & argentea deſtinata ad uſum Divinum oppignorari non poſſunt, & in iis non fuiſſe cenſentur, dum fuerunt oppignorata.

5 Uſus accidentalis non attendatur.

DECISIO XXII.

Omnes perſtiterunt in reſolutis, quod Capitulo Valentino per obitum Archiepiſcopi Aloyſii deberentur tantummodo Vaſa, aliaque Bona deſtinata ad uſum Pontificalem, quæ retinebantur ſub cuſtodia Veſtiarii majoris, non autem, illa, quæ obſervabantur penes Abacarium, vulgo Credenzere, & ex deductis *in dec. die 25. Junii 1657 coram Me.*

Nec obſtare cenſuerunt, quod Archiepiſcopus ultra Argentea, & cætera ornamenta exiſtentia penes Veſtiarium majorem, uteretur etiam illis, quæ erant ſub Cuſtodia Abacarii, & conſequenter non ſit facienda diſtinctio inter utramque Cuſto-
1 diam. Placuit etiam reſponſio primæ Deciſionis, quod hæc erant principaliter deſtinata ad uſus profanos, propterea, licet quandoque pro majori pompa, & ornatu ponerentur in Abaco rerum Pontificalium, tamen earum ſignificatione contineri non poſſunt, cum ad hunc effectum debeat attendi locus, ubi res principaliter habetur, non quo reperiuntur caſu tranſlata, & conſiderari uſus gratia cujus primario eligitur, non id quem ex accedenti convertitur, juxta reſponſum Ulpiani in *L. Ex facto 35. §. Rerum Dalmatiarum, ff. de hared. inſtit.*, quod ſequitur Card. Mantica *de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 5. num. 9.*, & per tot., cum aliis allegatis in d. *Dec. §. Item uſus, verſ. ad hunc enim effectum.*

Nec ſubſiſtit, quod Archiepiſcopus haberet illa principaliter ad cultum Divinum, contrarium namque convincunt rationes ponderatæ in eadem Deciſione *§. Gratiſ*
2 *que aſſeritur.* Et præſertim, quod dum deſtinata ad cultum Divinum conſervabantur apud Perſonam Eccleſiaſticam, ea vero, quibus Epiſcopus utebatur in conviviis, & aliis uſibus profanis exiſtebant penes Abacarium, evidens eſt Archiepiſcopum voluiſſe Bona tradita Veſtiario pro Divino cultu conſtituere, tradita vero Abacario pro uſu profano, cum in deſtinatione inſpiciendus ſit animus deſtinantis, *L. ex facto, §. cæterum, ff. de hared. inſtit.*

Cui etiam plurimum confert, quod Vaſa, &
3 Argenta tradita Cuſtodiæ Abacarii pluries fuerunt oppignorata pro rebus domeſticis Archiepiſcopi, quæ cauſa non fuiſſet rationalis ut ad iſtarum oppignorationem deveniri poſſet, ſi fuiſſent deſtinata ad miniſterium Spiritualium, & uſum Divinorum, juxta diſpoſitionem Sacrorum Canonum, *can. 12. q. 4.* fuerunt primo Deciſ. *§. final.*

Et clara ſunt verba Conſtitutionis S. Pii V.
4 in ordine 42. *ſub §. primo*, quæ ſtatuens deberi quæcumque Bona ad uſum, & cultum Divinum deſtinata, proculdubio non poteſt Bona controverſa complecti, utpote ad uſum profanum deſtinata, quamvis ſolemnioribus diebus Feſtivis Archiepiſcopus illis uteretur, cum uſus hujuſmo-
5 di, velut accidentalis, eorum comprehenſionem operari non valeat, quemadmodum tradunt Navar. *de Spol. Clericor. § 8. ſub num. 5.*, cum aliis, quos refert d. *Deciſ. § non obſtat quod Archiepiſcopus.*

Et ita deciſum, altera tantum Parte informante, diu tamen Capitulo expectato.

R. P. D. CARPINEO POSTEA S. R. E. CARDINALI

SIGNINA PECUNIARIA.

Lunæ 20. Febr. 1668.

ARGUMENTUM.

Prohibentur Communitates Status Eccleſiaſtici a CONSTITUTIONIBUS SUMMORUM PONTIFICUM SUPER BONO REGIMINE EARUM, *ne abſque expreſſa licentia Cameræ Apoſtolicæ, vel Sacræ Congregationis contrahant quaſcumque obligationes, ſeu promiſſiones. Qua ratione denegatur executio contractus ab Officialibus ejuſdem Communitatis ſine ſupradicta licentia initi, quantumvis ageretur de frumento pro ſervitio ejuſdem Communitatis recepto.*

ſum

Digitized by Google

S U M M A R I U M.

1 Obligationes quæcumque contractæ a Communitatibus Status Eccleſiaſtici ſine conſenſu Cameræ Apoſtolicæ, vel Congregationis boni Regiminis ſunt nullæ, irritæ, & inanes, *& num. ſeqq. ac per totam.*

2 Bulla boni Regiminis non ſolum annullat, ſed etiam inexequibiles reddit obligationes Communitatum Status Eccleſiæ ſine licentia ejuſdem Sacræ Congregationis, & ſupra *num. 1. ac per totam.*

3 Egeſtas maxima, & indigentia rei frumentariæ fuit de Anno 1648 in toto Statu Eccleſiaſtico.

4 Bulla boni Regiminis annullat obligationes Communitatum, quamvis ex cauſa neceſſaria, & urgentiſſima contractas.

5 Neceſſitas inſervit quidem pro cauſa obligationis, non autem ſupplet defectum Solemnitatum, *num. 4. & 5.*

Factum aliquod recte fuiſſe non ſufficit, niſi etiam rite etiam geſtum ſit.

Obligationes Communitatum Status Eccleſiaſtici requirunt ſimul cauſam, & licentiam Sacræ Congregationis boni Regiminis, *num. 4. & 5.*

6 Neceſſitas, ut in obligatione Communitatis non requiratur licentia Sacræ Congregationis boni Regiminis, debet eſſe adeo urgens, ut aliter illi ſuccurri non poſſit.

7 Neceſſitas quæ excuſet a nullitate contractuum ſine ſolemnitatibus eas habeat.

8 Obligatio, & hypotheca generalis non comprehenditur ſub Conſtitutionibus Apoſtolicis prohibentibus alienare bona Eccleſiæ.

9 Hypotheca generalis, nec minus ſimplex obligatio fieri poteſt a Communitatibus Status Eccleſiaſtici abſque conſenſu Congregationis boni Regiminis.

Verba univerſalia, & effrenata quamcumque etiam obligationem, & hypothecam includunt, *num. 9.*

10 Civitas tenetur ad ſolutionem frumenti a ſuis Officialibus empti, ſi illud in utilitatem ejuſdem Civitatis verſum eſt, *& num. ſeq. ubi declarat.*

11 Communitates Status Eccleſiaſtici non obligantur ſine licentia Congregationis Boni Regiminis, etiam probata verſione.

12 Verſione pro ſola parte probata, pro eadem ſola portione conceditur actio.

13 Verſa in utilitatem alicujus dicitur res pro ea empta.

14 Actione de in rem verſo non tenetur, niſi quis effectus fuiſſet locupletior, & in hujuſmodi caſu cedendo actiones liberatur.

DECISIO XXIII.

AD inſtantiam Domini Principis Prænestinorum relaxaverat Auditor Cameræ mandatum executivum adverſus Communitatem Vallis Montonæ in ſcutis 414. pro reſiduo pretii frumenti anno 1648. ab Agentibus Domini Principis venditi Officialibus ejuſdem Communitatis; ſed cauſa appellationis commiſſa cum clauſula, *ſi quid attentatum*, Coram ita hodie mandati injuſtitia Rota cenſuit, non eſſe exequendum.

Fundamentum reſolutionis viſum fuit Dominationibus Conſtitutionibus Apoſtolicis Summorum Pontificum irritantibus quaſcumque

1 que obligationes contractas a Communitatibus Sedi Apoſtolicæ tam mediate, quam immediate ſubjectis, ſine Cameræ Apoſtolicæ, vel Sacræ Congregationis ſuper boni Regiminis expreſſa licentia ut cavetur in *Conſtitutione 42. Sixti V. § 5. & ſeq. Bullar. tom. 1. confirmata in Conſtitut. 20. Clementis VIII. Bullar. tom. 3.* cum clauſula ſublata, & decreto irritanti, quæ in propoſito obligationem ſupradictæ Communitatis ſine hac licentia ad

2 favorem D. Principis contractam penitus infringunt, & inefficacem reddunt, & inexequibilem, ut alias reſpondit Rota *coram Buratto deciſ. 751. num. 9. & in Recaneten. deciſ. 45. num. 1. & dec. 271. eodem num. 2. parte 5. & deciſ. 48. num. 1. parte 8.*

Neque hujuſmodi defectus ſanari valet ex eo, quod emptio frumenti facta fuerit ex cauſa extremæ neceſſitatis alendi illum

3 Populum anno 1648 quo gravis & notoria rei frumentariæ egeſtas omnia fere loca Status Eccleſiaſtici vexabat. Tum quia illi repugnant verba earumdem Conſtitutionum annullantium obligationes, quantumvis ex cauſa neceſſaria, & urgentiſſima contractas, tum etiam quia neceſſitas inſervit quidem pro cauſa con-

4 tractus faciendi, ſed non ſupplet defectum formæ Non enim ſufficit aliquid

5 recte fieri, verum etiam rite fieri oportet, ut ſuper his Conſtitutionibus firmat Cobellus *cap. 31. num. 75. & ſeq. & tradit* Simoncell *de decretis in præfatione num. 67. verſic. mihi [illegible] non dictum* Redoan *de rebus Eccleſ. non alienan. quæſt. 19. num. 59. & ſeqq.* Clarlin. *controver. 25. num. 54.* Rota *deciſ. num. 6. parte 1. recentior.*

Maxime cum non conſtet, neceſſitatem fuiſſe adeo

adeo præciſam, ut expectari non potuerit licentia Superioris, in quibus terminis procedunt Auctoritates contra Com-
6 munitatem allegatæ, ſed potius apparet de contrario. Nam emptio ab initio contracta fuit in Urbe ab Officialibus Communitatis die 11 Septembris 1648. ubi facultas impetrandi licentiam in promptu erat, ac a dicta die poſt biduum ratificata fuit in pleno Conſilio in Terra Vallis Montoneæ, quæ non niſi per modicum itineris ſpatium diſtat ab Urbe. Frumentum vero ad uſum Populi explanari non potuit, niſi poſt diem primam Octobris ſequentis, qua die Communitas ſtipulata fuit aſſiſam cum Andrea de Philippis, qui frumentum hoc explanare promiſit. Patet igitur, quod ab hac die uſque qua cæptum fuit explanari, intercesſerunt ad minus viginti dies, quod temporis ſpatium pluſquam ſufficiens ad licentiam impetrandam excludit celerem illam ſuppoſitam neceſſitatem, quæ poteſt contractum excuſare a nullitate reſultante ob defectum ſolemnitatum, prout di-
7 ſtinguendo probat Rodoan. *dicta quæſt. 19. num. 58. & 59. & quæſt. 31. num. 30. & 31. de rebus Eccleſiæ non alienan.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 35. num. 38. Cardin. *controverſ.* 105. num. 6. [illegible] num. 84.

Non obſtat, quod Conſtitutiones Apoſtolicæ prohibentes alienare, & ſe obligare intelligendæ ſint de contractibus, ex quibus reſultat vel effectiva bonorum diſtractio, vel ſaltem ſpecialis hypotheca, non au-
8 tem de hypotheca, & obligatione generali, ut de prohibitione Extravagantis *Ambitioſæ* dictum fuit in celebri illa *Antrina bonorum* 283. *nuper* [illegible] *coram Refiſſo Rogas*, repetita poſt Merlin. *de pignor. lib.* [illegible] 37. *per totam*, quorum hunc intellectum repugnant manifeſte verba utriuſque Conſtitutionis, & ſignanter Sixti V. §. 5. ibi „ *quovis modo alienet, hypotecet &c.* „ *nuſquam ſe obliget, nec quovis modo alieno ſe obſtringat*, & in § 7. alias „ *quaſcumque obligationes, & aſſenſum* [illegible] quæ verba repetita etiam in Conſtitutione
9 Clementis VIII. in §. 12. tamquam effrenata, & univerſalis hypothecam, & obligationem etiam generalem includunt, ut de ſimilibus verbis probat Merlin. *de pignor. quæſt. 42. num. 33. lib. 1.* Ceneda *de Cenſibus quæſt. 22. num. 8.* Rota *coram Seraphin. deciſ. 744. in princip. & num. 9. & 10. & in recentior. deciſ. 105. in fine part. 4. tom. 2.*

Excluſa itaque validitate obligationis mutui privari valet D Princeps [illegible] de in rem
10 verſo, ex quo frumentum in beneficium Incolarum fuerit erogatum ad text. in l. *Civitas 27. ff. certum petatur* [illegible], quæ tradit Bald. *in authent. hoc jus porrectum num. 32. verſic.* [illegible] *Diſpoſitio, C. de Sacroſ. Eccleſiis.* Nam quidquid ſit, in probata verſione actio poſſit etiam exerceri contra Communitatem, reſiſtente dicta *Conſtitutione* Sixti V. *in citato §. 7. expreſſe*, ſanciente Univerſitates ipſas, & Communitates etiam ſuper eo, quod geſtum eſt in earum utilitatem verſum eſſe
11 conſtiterit, nullo modo obligationis, aut juramenti vinculo teneri.

Ceſſat inſuper objectum in præſenti facti ſpecie, ex quo pro rata rubrorum 30. quorum valor ad conventam rationem ſcutorum tredecim pro quolibet rubro longe ſuperat ſummam in mandato contentam, vel non ſubſiſtit verſio, dum dicta rubra triginta non fuerunt ab Incolis conſumpta, ſed vendita Communitatibus Hera-
12 ni, & Anas Canderoni ad text. literalem in l. *ſi pro parte* [illegible] *§. in rem autem* [illegible] *ſi pars verſa eſt, pro parte* [illegible], *& in l. ſi ſervus in principio*, ubi Bald. *in §. in rem autem verſo ſecundo non obſtat, ff. de in rem verſo.*

Vel quatenus dictum frumentum verſum dici
13 poteſt in utilitatem Communitatis tamquam ab initio emptum pro illius ſubventione, juxta alium text. in l. *ſi res Domini* [illegible] *eodem titulo*, tamen cum de hac rata rubrorum triginta Communitas non ſit effecta locupletior, niſi in quantum ſibi competat actio ad illorum pretium adverſus Communitates prædictas emptrices, adhuc actione de in rem verſo pulſari non debet, dum parata eſt cedere actionem,
14 quibus ceſſis liberabitur, juxta ſententiam *Pomponii relatam in dicta l. quod ſi ſervus, §. in rem autem in fine, verſic. quam ſententiam, & ſequitur ibi* Baldus *in fine*, Caſtrenſ. *num. 1. verſic. & alii* [illegible] Et ita concluſum utrique &c.

R. P. D.

R. P. D. CALATAIU.

VALENTINA ANNATARUM

Mercurii 19. Junii 1669.

ARGUMENTUM.

Cauſa reparationis Eccleſiæ, prout & alia qualibet, quæ non tangat titulum Beneficii, dicitur eſſe prophana; Ideoque in illa etiam ſine ſumo remiſſoria conceditur, quoties adeſt relevantia materiæ Articulatæ, quæ in præſenti deducitur ex perfecta conſtructione ejuſdem Eccleſiæ, ob quam certa Annata fuerat impoſita, ſicque illam amplius non deberi prætendebatur.

SUMMARIUM.

1 Cauſa reputatur prophana quoties non agitur de titulo beneficii.

2 Remiſſoria in prophanis etiam ſine ſumo conceditur data relevantia articulorum.

3 Calumniæ ſuſpicio ceſſat ſi pars eſt in poſſeſſione, & remiſſoriam petens ſit actor.

4 Cauſa ceſſante quod ceſſet effectus, hujuſmodi regula habet locum in quibuſcumque legibus, aliiſque etiam Conſtitutionibus.

5 Beneficia omnia ſine aliqua diminutione debentur.

6 Conſenſus datus ob certam cauſam, ea ceſſante, & ipſe quoque evaneſcere debet.

Diſpoſitionis cauſa ceſſante, vel caducata, ceſſat, & caducatur etiam diſpoſitio num. 6.

7 Cauſa Legis, vel Conſtitutionis ceſſante, eo magis ceſſare debet ipſa Lex, vel Conſtitutio, ſi ea non ceſſaret, tertius damnum inde pateretur.

8 Fabrica Eccleſiæ certos habens redditus pro ſui reparatione, aliis prius utendum eſt, quam exactione Clericorum, vel Eccleſiaſticos.

9 Clerici non rite in ſubſidium contribuere tenentur pro reparatione Eccleſiæ.

10 Remiſſoria ſemper conceditur quoties illius relevantia probata eſt.

11 Remiſſoriæ ad conceſſionem ſufficit relevantia etiam unius tantum Articuli, ut illa ſuper omnibus concedatur.

DECISIO XXIV.

Pro facilitori expeditione fabricæ inſignis Eccleſiæ Metropolitanæ Valentinæ uſque de anno 1358. emanavit Conſtitutio a Sa. Me. Benedicto XIII. deinde confirmata, in qua Reverendus Epiſcopus tunc temporis de conſenſu totius Capituli decrevit, ut proviſi de Dignitatibus, aliiſque Beneficiis non tamen ſimplicibus, tam in Civitate, quam in Diœceſi vacatis, tenerentur ſolvere dictæ fabricæ Annatam integram, ſi Beneficia non eſſent in Decima taxata, & mediam Annatam reſpective, ſi taliter eſſent taxata.

Ulterius quia multum temporis fluit ibidem præſcriptum, quo durante deberet iſta Conſtitutio remanentibus Parochis prædictis eas amplius perſolvere per tres ſententias conformes, canonizatas etiam per Signaturam, mediante reſcripto ſine præjudicio telum conformium tam in Partibus, quam in Rota coram Reverendiſ. D. meo Cerro Decano, ſuccubuerunt. Commiſſa autem mihi cauſa petierunt hodie remiſſoriam ad probandam dictæ fabricæ terminationem, & cum verſamur in prophanis, prout ad hunc effectum reputatur quælibet cauſa, quæ non eſt ſuper titulo Beneficii, Adden. *ad Gregor. deciſ. 174. num. 7. verſic. & generaliter & deciſ. 413. num. 3. & deciſ. 32. num. 2. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Celſi*, ideo Dominis concedendam eſſe reſponderunt, quando etiam in cauſa eſt prophana, & articuli ſunt relevantes, etiam ſine ſumo veritatis rei articulatæ remiſſoria conceditur, *ad text. in l. Indict. 18. C. de fid. inſtrum. Rota dec. 270. num. 8. coram Rño Domino meo Royas Epiſcopo Abulen. & dicta deciſ. 32. n. 1. ... Emo Domino Cardinali Celſo*,

ſo, & in Valentina Praeſpoſiturae *5. Februarii 1658 coram R. P. D. meo Priolo, & in* Taurinen. *Decimarum 17 Aprilis 1658. §. materia coram me*, præſertim quia ceſſit omnium calumnia, dum v gore commiſſionis Signaturæ cum clauſula = *ſive praeſentia* = Capitulum eſt in poſſeſſione, & Parochi ſunt actores. *Rota deciſ. 316. num. 5. coram Buratto, & Deciſ. 303 num. 10. part. 9. recent. & in Bononien. ſtil. commiſſi 10. Maii 1659. §. licet eiſm, coram bo. me. Leone Verojpio.*

Relevantia autem potiſſimam deducitur ex ſecundo, & tertio articulo, in quibus probari intenditur, quod fabrica hujus Templi eſt perfecta, & expedita, ac ſolidiſſimis conſtructa lapidibus, ita ut per ſæcula reparatione non egeat, cumque memorata Conſtitutio data in ſubſidium Parochorum num. 1 controverſia tantas reſervet pro faciliori expeditione fabricæ, probato quod ea jam eſt perfecta, ceſſet vallo amplius debit non videtur Regale enim ceſſante cauſa &c. cum ſit generalis, locum ſibi vindicat in legibus, ac quibuſcumque aliis diſpoſitionibus, *§. ſed*

4 *hallenus ſuſſit. tit. de milit. non. Anatum prima quaeſt. 7.* Anchar. *conſ. 47. num. 3.* Angel *conſ. 346 num. 1. poſt Princip.* Tiraquell *tract. ceſſante cauſa n. 145.* Bellamer *deciſ. 621.* & in proximis terminis firmatum fuit in Melevitana *contributionis 21. Aprilis 1660 coram num. uuſa, & §. atque clare coram Rmo D. Cerro Decano.* Quod eo magis venit dicendum, quia ſi cibus expeditio fabricæ ſint cauſſ finalis prædictæ Conſtitutionis, & proviſio determinato ſine conſenſus Capituli, & totius

5 Cleri acceſſit, cum illas de jure ſit, quod beneficia omnia ſine aliqua diminutione debeantur *cap. eiulo circa medium de Eccleſiaſt. benef. ſine dimin. cuiuſe* ideoque cadacate illa præcipua cauſa, deficit conſenſus Capituli, & totius Cleri,

6 & tota diſpoſitio inde cadacatur, *l. cum te ſundum C. de pactis inter empt. & vend. l. ſinal §. de aceptulat. l. enim 29. §. ex cauſa in ſin §. de minor.* Euratt *deciſ. 8. num. 5. & deciſ. 106. num. 5. & in Romana contordia 25. Junii 1658. §. Ratio vero non obſtat. coram m*, Tiraq. late mox allatam num. 452 verſic. *ſi vero ubi referendo textus in l. adigere ti. §. quamquam, ff. de jure patronatus* & Corn. *conſ. 133 in prin. verſ. & ideo lib. 1.* inquit, quod concluſio hæc procedit, ſignanter ubi lex, vel conſtitutio, ſi non ceſſaret pro deficientia rationis, & cauſæ finalis, aliquis, prout hic, damnum indebite pateretur.

7 Nec poteſt obeſſe, quod in eodem tertio articulo dicatur remanere ornandum portam majorem, & minorem ejuſdem Eccleſiæ, quia quidquid ſit de eo, prædicta Eccleſia habet annuos redditus ad iſtum generoſum effectum deſtinatos, ipſi enim ſunt potius in iſtam cauſam erogandi non

8 ſtante Conſtitutione præfata, antequam devenitur ad exactionem Cleri, quem tantum in ſubſidium teneri pro fabrica docent,

9 Bero. *conſ. 3. num. 41 & ſequent. lib. 1.* Sordus *conſ. Ca. num. 1.* Gioraguen *reſponſ. 34 num. 3 & 27. lib. 1* Lotter. *de re benef. lib. 1. quaeſt. 21. num. 79. &* Rota *deciſ. 617 num. 3. part. 4. recent.* cum in ſequentibus quarto, & octavo articulo proponatur probandum, quod enarrata Eccleſia habet annuum redditum ſcutorum 300. ad hunc præciſum effectum deſtinatos, qui ſunt ſufficientia pro dictarum portarum ornatione; Vel inde redditum dubium, ad quem tale onus pertinet, vel potius in dicta contributio Annatarum debeat in partes, vel in totum ceſſare. & hac dubietate admiſſa

10 conſuevit hoc ſacrum Tribunal pro conceſſione remiſſionis indulgere, *Rot. coram Buratto dec. 656. n. 5. & cor Emo D. Cardinali Ottobono deciſ. 82. n. 1.* & in noſtris fere terminis in alia Melevitana *Contributionis 10. Martio 1664. §. relevante. in fine coram Rmo D. Cerro Decano*, & in omnem eventum

11 ſufficere relevantiam ſecundi, & tertii Articuli, ut ſuper aliis omnibus remiſſio eſſet concedenda Rota coram eodem Emo D. Cardinali Ottobono *deciſ. 31. num. 3* & in Bituntien. Decimarum 28. *Maii 1663 §. ſinali, coram R. P. D. meo Tiro*, & in proxime relata Melevitana Contributionis, *§. ſinali* = Et ita Parochis tantum informantibus reſolutum fuit &c.

R. P. D.

R. P. D. CALATAIU.

VALENTINA ANNATARUM.

Veneris 17. Junii 1671.

ARGUMENTUM.

Remiſſoria dupliciter diſputata ſuper probatione terminationis Fabricæ, ob quam certa Annata fuerat impoſita, hic denuo conceditur, ex eo quod dubitatum non eſt, quin probatione facta, vel eadem Annata ceſſatura ſit, vel ſaltem negari non poſſit, hoc ad minus ſub dubio remanere, quod ſemper ad conceſſionem ejuſdem Remiſſoriæ dicitur eſſe ſufficiens. Dubietas vero reſultabat ex eo, quod Annata fuerat inſimul impoſita pro perfectione ejuſdem Fabricæ, ac etiam pro honore Dei, ſicque dicebatur, quod ceſſante adhuc conſtructione Fabricæ, non ideo ceſſare dici poterat honor Dei, quem numquam deficit. Sed hoc, poſt factas probationes diſcutiendum eſſe concluditur.

SUMMARIUM.

1 Articuli continentes terminationem Fabricæ dicuntur relevantes, ad hoc ut per probationem ſuper illis faciendam ceſſare debeat contributio impoſita pro eadem fabrica.

2 Ceſſante cauſa, & ratione, propter quam emanavit Conſtitutio, & ipſa Conſtitutio ceſſare debet.

3 Remiſſoria non denegatur data relevantia Materiæ Articulatæ.

4 Cauſa honoris Dei inſimul cum alia cauſa conjuncta, numquam ceſſat, quamvis etiam alia cauſa ceſſaverit, & vide n. 6.

5 Cauſæ duæ ſi fuerint conjunctæ, & inſeparabiliter ſub una eademque ratione expreſſæ, quoties earum unica deficit, utriuſque etiam diſpoſitio ceſſare debet.

6 Honor Dei ubi inſimul fuerit expreſſus cum alia cauſa, inſpiciendum eſt, an fuerit primario, vel potius conſecutive ad eamdem cauſam expreſſus.

7 Remiſſoria non denegatur ſub dubietate relevantiæ probationis.

8 Calumniæ ſuſpicio quatenus reſultet, ſi in partibus materia noviter articulata, nec nominata quidem fuerit. *E n. 9. cum ſeq.*

9 Remiſſoria ſuper nova, & differenti probatione non denegatur, ſi quis prius illam non eſſe faciendam, probabiliter credere potuit.

10 Suſpicio calumniæ ſemper ceſſit, quotieſcumque per probationes faciendas non impeditur poſſeſſio alterius partis.

11 Fabricæ nomine an veniat ſola Eccleſia materialis, vel comprehendatur etiam ornatus, aliaque ad manutentionem neceſſaria, diſputandum eſt poſt factas probationes, non autem ante conceſſionem Remiſſoriæ.

DECISIO XXV.

Cenſuerunt Domini die 19. Junii proxime præteriti = *concedendam eſſe Parochis Civitatis, & Diœceſis Valentiæ Remiſſoriam ad probandum terminationem Fabricæ Eccleſiæ Metropolitanæ* = Cui reſolutioni cum Capitulum non acquieſceret, iterum Cauſa propoſita = *DOMINI STETERUNT IN DECISIS*.

Certum eſt enim, quod ſolutio Annatarum, debita ex Conſtitutione emanata uſque de Anno 1358., deſtinata fuit pro faciliori expeditione Fabricæ, unde dum fuit articulata terminatio Fabricæ, relevans eſt probatio, quæ facienda proponitur: quoniam ceſſante cauſa, & ratione, propter quam emanavit Conſtitutio, ceſſare debet etiam effectus illius. *Capitulo cum ceſſante, de appellationibus*. Panſius *de inſtigatione Bruſiſcorum libro 3. quæſt. 6. n. 16.*

tum aliſt adducta in Deciſione, quæ relevare
3 videtur. Data autem irrelevantia denegari non debet Remiſſoria, ut ſolutis per *Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D. Cardinalem Criſpum deciſ. 32. num. 2.*

Non obſtat, quod Conſtitutio duas cauſas expreſſerit, nempe honorem Dei, & extram Fabricæ materialis, dicendo *Ad honorem Dei, & pro faciliori fabricæ expeditione*, ac proinde quatenus perſeveraret in perfectio Fabricæ, remaneret alia cauſa
4 honoris Dei, quæ nunquam ceſſare debet; quoniam dicta verba unicam conſtituunt Orationem, & quando duæ cauſæ con-
5 junctim, & inſeparabiliter ſub unica Oratione expreſſæ fuerunt, tunc etiam una ceſſante ceſſat effectus *Pyrrus deciſione 246. num. 1. lib. 1.* Ultra quod dubitari poteſt, an honor Dei conſideratus fuerit omnino, an potius conſecutive ad ipſam
6 Fabricam, ita ut ea dicta tam ratione re-
7 ſpicet honor Dei, & in hac dubietate non ſunt denegandæ probationes, ut fuit reſponſum in Melevitana *Contributionis 20. Martii 1664. §. relevantia, & in Firmana Teſtamentorum prima Martii 1666. §.* *parum obſtante, coram Illmo, & Rmo Illo Cardinali Cerro.*

Minus relevat, quod Parochi in partibus nunquam reſtituerint terminationem dictæ Fabricæ, in qua hodie ſe fundant non
8 ſine ſuſpicione calumniæ; quia in partibus fuit ſolum controverſia exiſtentia ſupradictæ Conſtitutionis, ex qua ratione
9 Parochi crediderunt obtinere. Quapropter non ſunt repellendi ab alia diſſerenti probatione, quam facere intendunt ſuper relevanti motivo noviter excitato. *Rota deciſ. 188. num. 13. parte 12. recent.* Suſpicio autem Calumniæ ceſſit eo ipſo, quod Capitulum reperitur in quaſi poſ-
9 ſeſſione exigendi dictas Annatas, cum per dictas probationes faciendas non impeditur exactio. *Reverendiſſimus Dominus meus Rojas deciſ. 405. num. 5.*

Cæterum an nomine Fabricæ veniat ſolum corpus Eccleſiæ Materialis, an etiam com-
11 prehendantur omnia ad ornatum, manutententionem, & reſtaurationem neceſſaria, diſputandum erit poſt factas probationes = Et ita utraque parte informante reſolutum fuit &c.

R. P. D. VICECOMITE.

LEODIEN. REPARATIONIS ECCLESIÆ

Lunæ 22. Junii 1671.

ARGUMENTUM.

Extat Statutum, ſeu conſuetudo univerſalis in tota Diœceſi Leodienſi, quod Eccleſiæ reparatio non ad Rectorem ſpectat, ſed ad percipientem Decimam majorem, quam cum poſſiderent Moniales Loci Solderen. Ipſas ad reparationem teneri deciditur, non obſtante quod illæ prætenderent, earum obligationem fore ſubſidiariam, quia contrarium erat in viridi obſervantia, quod proinde eſt omnino attendendum, etiam ſi adeſſet pecunia deſtinata pro fabrica, quæ tamen in alios uſus neceſſarios implicata fuiſſet.

SUMMARIUM.

1 Reſtitutio in integrum adverſus omiſſam & non proſecutam appellationem conceditur ſtante injuſtitia ſententiæ.
Læſio eſt fundamentum reſtitutionis in integrum, & hæc ex injuſtitia reſultat. numero 2.
2 Eccleſiam reparare tenetur Rector ex illius fructibus, quos percipit, dummodo tamen pro ſua congrua ſubſtentatione ſufficiant. num. 3. & ſeqq. ubi vide.
4 Eccleſiæ in reparatione attenditur ſtatutum, ſeu conſuetudo, & numero 8 & 10.
Eccleſiæ reparatio in Diœceſi Leodienſi ſpectat ad percipientem Decimam majorem. Ampliu, hoc eſſe etiam jure communi conforme. num 4.
5 Obſervantia præbet robur ſtatuto.
6 Obſervantiæ requiſita ſunt actuum frequentia, diuturnitas temporis, & conſenſus illorum, quorum intereſt.
7 Conſuetudo, quæ non ſit contra jus, ſo-

ſit decem annis probatur, & ita cenſetur eſt tempus annorum 40.

8 Conſuetudo, & obſervantia æquiparatur Legi, ſtatuto, & conventioni.

9 Statutum, quod percipiens Decimam tenetur reædificare Eccleſiam, paſſivam recipit interpretationem a jure.

Decimarum poſſeſſor licet a ſtatuto cogatur reædificare Eccleſiam, intelligitur tamen quod prius conveniatur fabrica, & in ſubſidium decima. num. 9. & 20. ubi vide.

10 Obſervantia eſt optima legum interpres in omni materia.

11 Conſuetudo Eccleſiæ nulla, & laudabilis eſt omnino ſervanda.

12 Proteſtatio admiſſa ſine præjudicio jurium ambarum Partium non relevat, nec præjudicat.

13 A proteſtatione cenſetur receſſum per actus poſtea libere, & ſine ulla contradictione factos.

Obligationi ſuæ quis dicitur acquieviſſe, ſi cum proteſtatione primum, poſtea vero libera illam adimplevit. num. 13.

14 Liberalitas, & pietas in agente excluditur ex titulo obligationis præambulo. & num. ſeq.

15 Neceſſitatem importans titulus voluntatem excludit. & num. 14.

16 Reædificationis Eccleſiæ onus realiter infixum Decimis, ad illarum poſſeſſorem pertranſit.

17 Poſſidens partem rei habentis aliquod onus reale, in ſolidum tenetur ad totum, quamvis habeat actionem contra alios pro eorum rata.

18 Poſſidens partem rei realiter oneratæ non eſt dubium quod teneatur pro rata.

19 Sententia abſolvens in totum quem ſaltem pro medietate condemnare debuiſſet, eſt evidenter injuſta.

Sententia injuſta in parte, ratione individuitatis vitiatur, & annullatur in totum. num. 19.

20 Fabrica Eccleſiæ ad alios uſus neceſſarios deſtinata non tollit obligationem reædificandi, quam habent decimæ ex ſtatuto vel conſuetudine.

Ad reædificationem Eccleſiæ ſi quis primo loco tenetur, non recurritur ad alios, niſi in ſubſidium. num. 20.

21 Actus reædificationis Eccleſiæ facti ex mera devotione, & liberalitate nec jus, nec poſſeſſionem tribuunt.

Et quando tales non fuiſſe dicantur. ſup. n. 14. & 15.

22 Actus facultatis, & voluntatis non interrumpunt conſuetudinem, vel obſervantiam contrariam.

DECISIO XXVI.

ADverſus ſententiam Rotalem per contradictas latam contra Communitatem & homines de Solderen, abſolventem Abbatiſſam, & Moniales Monaſterii de Herkenrode a reparatione Navis, & Campanæ Bannalis Parochialis Eccleſiæ dicti loci de Solderen. Leodien. Diœceſis, ad quam reparationem per duas ſententias in partibus latas prænominatum præcedenter fuerat, Monaſterium prædictum = TANDEM = dictum fuit hodie = DICTOS HOMINES ET COMMUNITATEM IN INTEGRUM ESSE RESTITUENDOS, QUAMVIS OB NON INTERPOSITAM, NEC PROSECUTAM IN TEMPORE APPELLATIONEM TRANSITUM FECERIT IN JUDICATUM = conſtitutum de læſione ex dictæ ſententiæ

1 injuſtitia reſultante, quæ reſtitutioni in integrum eſt cauſa potiſſima. l. quod ſi minor §. 1. ff. d. minor. l. non ſolum §. ſi minor ff. de min. per Rot. deciſ. 22. num. 1. & dec. 189. n. 3. part 18. recent. cum ſeq.

Injuſtitia enim viſa eſt reſultare ex eo, quod quamvis de jure reparatio Eccleſiæ ſpectet

2 ad Rectorem percipientem emolumentum ex ejuſdem Eccleſiæ fructibus, ut in cap. de cætero. 10. quæſt. 1. & aliis in contraria præcedentis inſtantiæ deciſione allegatis, ſi dicti fructus pro illius congrua

3 ſuſtentatione ſufficiant, cap. 1. et cap. 4.

Tom. Secundus.

illique Abb. & Canoniſtæ omnes de Eccleſ.

4 ædific., tamen jus etiam exigit, ut ſi adſit particulare ſtatutum, ſeu conſuetudo contraria, illa potiſſimum attendatur. Beta in pract. cap. 1. de Eccleſ. ædific. ibique egregie Boch. in ſub diviſ. B. 10. conſ. 3. num. 1. & 2. vol. 1. Surd. conſ. 62. num. 16. Barbaſ. de Paroch. part. 1. cap. 13. ſub num. 2. Valaſc. conſult. 179. num. 11. Franc. de Eccleſ. cap. 13. num. 9. Salgad. de Reg. protec. part. 3. cap. 5. num. 13. Rota coram Manili deciſ. 484. num. 2. in recent. dec. 627. num. 2. par. 3. recent.

In loco autem Solderen., & in tota Diœceſi Leodienſi oſtenſum fuit adeſſe Statutum antiquum diſponens, quod qui recipit Decimam majorem, teneatur ad reparationem navis Eccleſiæ a fundamentis uſque ad tecta, & ad manutentionem di-

5 ctæ Campanæ Bannalis, quod ſtatutum eſt etiam juri conſonum ad tradita per Gloſſ. num. in d. c. 1. de Eccleſ. ædif. cum aliis per Rot. dec. 545. num. 4. in fin. par. 3. recent. Nec fuit in facto controverſum quin Monaſterium perciperet, & ſit in quieta, quaſi poſſeſſione dictam Decimam majorem percipiendi, ſaltem quoad medietatem.

Accedit conſuetudo, & obſervantia dicto Statuto conformis probata per teſtes, & per actus uniformes cum tribus requiſitis neceſſariis, nempe actuum frequentia, tem-

 poris

6 peris dimminutate, & conſenſus illorum, quorum intereſt. Dec. conſ. 215. num. 2. verſ. 3. quia late Maſcſc. vel reſol. lib. 2. cap. 100. num. 1. & per tot. Add. ad Borat. deciſ. 497. littera R. Rota deciſ. 156. num. 31. per to. Item Juſtificatum enim ſunt, ab anno 1611. uſque ad 1650., & ſic per annos fere quadraginta, cum tamen
7 dicem in hoc caſu conſuetudinis, quæ non eſt contra jus, ſufficiant. Gloſſ. in cap. fin. verb. conſuetudo de conſuet. in 6. Auchuan. conſ. 191. in fin. Rot. deciſ. 375. num. 8. par. 2. recent., Moniales, ſeu pro tempore Abbatiſſas ſtetiſſe, & quandocumque neceſſitat exegit a Rectore, & ab Editius Eccleſiæ, nec non a Parochiæ communitatem repræſentantibus interpellatas pro dictæ Eccleſiæ reparationibus juxta indigentiam, abſque ulla contradictione illas ordinaſſe, & de facto ſumptibus Monaſterii factas fuiſſe, quæ ſiue conſuetudo, & obſervantia ſola ſuf
8 ficeret cum lege, ſtatuto & conventione æquiparatur. Herm. d. conſ. 3. num. 4. Francen. qui ſupra d. cap. 13. num. 9. Rota deciſ. 607. num. 2. par. 1. recent.

Qua conſuetudine, & obſervantia attenta removetur etiam objectum fundatum in interpretatione pariat, quam alias poſſet dictum Statutum a jure recipere exigen-
9 te, ut ordine ſucceſſivo procedatur ad ſtringendum, nempe prius Fabricam, & poſtea in ſubſidium Decimam, ut per Francen. d. cap. 13. num. 42. & alios ſupra al-
10 legatos, quia obſervantia eſt optima legum interpres in omni materia. L. ſi de interpretatione ff. de leg. Joſeph. Ludov. conclſ. 38. illat. 56. Rot. deciſ. 59. num. 10. par. 10. att. & ut hæc præcipue ubi Eccleſiæ unius, & laudabilis eſt omnino
11 ſervanda. Bero. conſil. 3. num. 1. & 2. lib. 1. Sard. pervaſi prati. conſ. 64. num. 16. verſ. ubi ait, cum aliis late congeſtis per Sperell. d. deciſ. 67. num. 2.

Nil relevante, quod de anno 1450. Abbatiſſa proteſtata fuerit ſe velle Eccleſiæ reparationem pro illa vice tantum contribuere, quia præter quam quod proteſtatio hæc admiſſa fuit cum præſervatione jurium am-
12 barum partium. Rota coram Dunoz. par. deciſ. 504. num. 20. ulterius ſucceſſivis temporibus per Monaſterium fuit Eccle-
13 ſia abſque ulla contradictione reparata, quæ propter cenſetur a quacumque proteſtatione receſſiſſe, & voluntarie acquieviſſe. Roman. conſ. 179. num. 21. verſ. ſecundo ſerviet, & ibi Mandoſ. Ant. C. Grat. diſc. 825. num. 16. Rota deciſ. 27. num. 5. per tres ſequentes par. 10. & deciſ. 323. num. 13. par. 11. recent.

Quod autem Moniales contribuerint ex propria Pietate, & liberalitate poſſet relevare, ſi
14 non adeſſet titulus præmiſſi Statuti, & conſuetudinis prædictæ, quæ volun-
15 tatem excludunt, & neceſſitatem imponunt. Adden. ad Gregor. deciſ. 162. num. 15. verſu plane fatendum eſt, Poſth. de manut. obſerv. 53. numer. 18. Sperell. d. dec. 67. num. 49. & 50. Rota dec. 400. ta. 4. part. 4. tom. 1. recent.

Nec relevit, quod hæc Decima pro alia medietate percipiatur ab ipſo Rectore, quia cum iſtis aliis reſponſionibus dictis huic objecto, placuit illa, quod nempe cum illud
15 ſit onus reale Decimæ inſitum, & ſic transiens ad alios Poſſeſſorem. cap. ſi Monachos in ſin. 16. quæſt. 1. Vlaſic. d. conſult. 179. num. 10. Rota in prim. it dec. 545. num. 4. verſ. quia omnis fabrica per 3. recent. vel Moniales in ſolidum tenerentur
17 ad totum, quamvis poſſent habere actionem contra Parochum non ſolventem pro ſua rata. Lotter. de re beneſ. lib. 1. cap. 13. nu. 54. Francen. d. cap. 13. num. 28. cum ſeqq. Cenc. de cenſib. quæſt. 17. num. 4. verſ. attamen, vel ſaltem contribuere
18 deberent pro ſua rata, & ſic pro medietate, ut admittit deciſ. contrariis ff. fin. at per Barboſ. qui ſupra dicta cap. 13. num. 2. & per Rotam in more citata deciſ. 545. num. 4. par. 3. recent.; & ideo cum ſententia abſolvat in totum motivum, ex hoc evidentialibus injuſtitia reſultat, ſaltem quo-
19 ad medietatem, quæ propterea ratione iniquitatis tota vitiatur, & annullatur. Late Scace. de ſententia. 1111. judic. gloſ. 14. quæſt. 13. num. 5. per plures ſeqq. Rota deciſ. 283. num. 20. & 21. par. 9. recent. cum aliis in Taurinen. præteſæ nullitatis profeſſionis primo Julii 1669. ſemel igitur in ſin. coram me, cum vale.

Prout neque alicujus momenti eſſe poteſt, quod Eccleſia hæc parochialis habeat propriam Fabricam, quæ redditus ſuaque ſtabiliae particulariter erditaſi ſunt pro aliis expenſis neceſſariis appendicem, & cum omnis reparationes navis Eccleſiæ, & Campanæ injunctum fuerit Decimæ emjori, &
20 alius poſſeſſori, non eſt recurrendum ad alia, niſi in ſubſidium. Valaſc. dicta conſult. 179. num. 1. Barboſ. qui ſupra d. cap. 13. num. 2. ibique ſ. injuſtitia ſupra allegat.

Tandem contributio facta una vice per Parochianos pro refectione ſunis dictæ Campanæ, ex quo non conſtat de aliqua præcedenti illorum obligatione, & eſt una cui rebus, dici poteſt facta ex mera devotione, & liberalitate, & ſic facultativa,
21 nec jus, nec poſſeſſionem ſtabiliunt. Sard. dicto conſ. 62. num. 26. Francen. qui ſupra de Eccleſ. Paroch. caput. 23. num. 11. Rota dicta deciſ. 545. num. 3. par. 3. recent.

22 Nec conſuetudinem contrariam interrumpere valet. Abb. in cap. ex parte nu. 7. in ultimo notab. de conceſſ. prabend. late Gabr. de præſcript. concluſ. 10. Grat. diſcept. 88. num. 825. cum aliis pluribus per Sperell. dicta deciſ. 67. num. 45.

R. P. D.

Digitized by Google

R. P. D. VICECOMITE.

CALAGURITANA PREÆMINENTIARUM

Veneris 23. Junii 1673.

ARGUMENTUM.

Juſpatronatus ſine conſenſu Patroni nec vendi, nec alienari poſſe planum eſt; cumque ex reædificatione Eccleſiæ facta a Populo, illud prætenderetur amiſſum, hoc eo minus ſibi præjudicaſſe deciditur, quia nec fuerat probatum Eccleſiam fuiſſe omnino dirutam, nec quod Patronus requiſitus illam reædificare noluerit, quæ ad amiſſionem Jurispatronatus erant omnino neceſſaria.

SUMMARIUM.

1 Validitas ſententiæ reſolvit ex revolutione actorum, & juſtitia probatur ex deciſionibus in cauſa factis.

2 Cappella eſt de Jurepatronatus illius, cujus eſt Eccleſia.

3 Cappella de Jurepatronatus non poteſt vendi, nec alienari ſine conſenſu Patroni, & Beneplacito Apoſtolico.

4 Juſpatronatus non poteſt auferri Patrono, niſi eo requiſito.

5 Eccleſia de Jurepatronatus diruta, ſi iterum olim ab illis prætendatur conſtructa, non inde excluditur illius pertinentia, ſi ipſe poteſt habere cauſam a conſequentibus.

6 Juſpatronatus pertinentia etiam ex ſi... ma reſultat.

7 Teſtium dicta ſimul concludenda ſunt, & ad concordiam reducenda.

8 Eccleſia præſumitur reſtaurata ex redditibus deſtinatis pro fabrica.

9 Juſpatronatus non acquiritur ex reſtauratione Eccleſiæ facta, vel de pecuniis eleemoſynæ, vel etiam ipſius principalis fundatoris.

10 Juſpatronatus, ut acquiratur ex reædificatione Eccleſiæ, probari debet quod fuerit funditus noviter conſtructa.

11 Patronus Eccleſiæ non privatur jure ſuo propter reædificationem illius, niſi Eccleſia fit omnino diruta, & ipſe requiſitus reædificare noluerit.

12 Eccleſia, vel Cappella de Jurepatronatus non poteſt conmutari, vel alterari ſine conſenſu Patroni.

13 Patrono omnimoda Præeminentia in Eccleſia Patronali debetur.

DECISIO XXVII.

LATA ſententia in partibus ſuper nullitate venditionis Cappellæ ſitæ in Cappella Parochiali S. Vincentii Oppidi de Barcaldo, & ſuper amotione Tumbæ in ea elevatæ, & Scamni, cauſa ad Rotam devoluta, prodiit alia ſententia coram R. P. D. meo Bouliemont, in qua prævia dubiis diebus 15. Junii 1671. & 11. Januarii 1672. idem fuit judicatum, & interpoſita rurſus appellatione, mihique in tertia inſtantia cauſa commiſſa, dubitato = *An ſententia Rotalis eſſet confirmanda*, = & Domini = *CONFIRMANDAM ESSE* = reſponderunt.

1 Siquidem conſtat de ejus validitate ex revolutione proceſſus: *vulgata deciſ.* Caputaq. 250. *part.* 3, & juſtitia liquet ex dictis Deciſionibus, præcedenter editis. 2 Fuit enim concludenter probatum ex depoſitionibus Teſtium, & poſſeſſione centenaria, immo immemorabili circa ſerga, quod dicta Eccleſia S. Vincentii, in qua reperitur conſtructa Cappella, de qua agitur, eſt de Jurepatronatus Domus de Irazegui, ex qua probatione in conſequentiam venit, quod conſtet etiam de Jurepatronatus ejuſdem Cappellæ, tanquam in dicta Eccleſia conſtructæ, ut plene firmatum in utraque prædicta Deciſione R. P. D. mei Bouliemont, & pariter ibi relatos tradunt Fel. in cap. *cum venerabilis* n. 37. *verſ. tu vide de except.* Rot. *coram* Coccin. *deciſ.* 393. *num.* 1. *&* de

ciſ. 472. num. 1. verſ. & propterea.

Poſito autem Iuſpatronatus, ſequitur alia
3 inevitabilis Concluſio, quod Cappelle non potuit vendi, nec eligi, per Text. *in cap. de jurepatronat.*, non ſervatis Solemnitatibus *extravag. ambitioſe de reb. Eccleſ. non alienan.*, & irrequiſito Patrono, illud
4 non poteſt ſibi auferri *Cap. Monaſterium c6. quaſt. 7* Lambertin *de jurepatr. lib. 3. quaſt. 2. principali art. 7. num. 3. verſ. cum ſi tamen erectio dicitur.* Rotæ *d. deciſ. 550. n. 1. par. 1. diverſ. coram Bich. dec. 160. c. 24. cum aliis in præſat. cauſa deciſionibus.*

Quibus non adverſatur prætenſa probatio, quod Cappellæ fuerint conſtructæ a quibuſdem Nautis, & deinde ab Incolis loci re-
5 ſtauratæ, quoniam reſpectu conſtructionis placuit reſponſio, quod Teſtes de illa deponentes non excludunt, quin hæc pręs habuerit eraſam e dictis Nautis, ut poſſibile eſt, & credi debet ſtante fama,
6 quod ſpectet hujuſmodi Patronatus ad hanc familiam, de qua deponunt ei teſ-
7 tes, quorum dicta debent ſimul conciliari, & ad concordiam reduci Alex. *conſ. 185. num. 4. lib. 7.* Petr. *de Fid. tecum, quaſt. 1. n. 1017. & coram 1185.* Rot. *coram Buratt. dec. 843. num. 25. coram Bichio dec. 618. num. 7.* Reſpectu vero reſtaurationis, optime pariter reſpondent deciſiones, eam ſcilicet fuiſſe factam non
8 de pecuniis Incolarum, ſed ex redditibus deſtinatis pro Fabrica a Patronis, qui pro ſe habent præſumptionem fundationis, & dotationis, & ſi facta fuiſſet ex eleemoſynis Incolarum, vel etiam ipſius pro-
9 prius fundatoris non fuiſſet acquiſitum Juſpatronatus. Lotes *de bene. lib. 2. quaſt. 7. num. 12.* Rot. *coram Creſcent. dec. 1. de jurepatr. ic recent. dec. 93. num. 10. par. 19.*

Et in omnem caſum data etiam hac reparatione, non potuit Incolis acquiri Juſpa-
10 tronatus dictæ Cappellæ, cum non probetur talis, ut fuerit neceſſaria nova conſtructio. Gloſ. *in cap. quoniam verb. fundatores de jurepatr.* Rocc. *eod. tract. verb. conſtruxit num. 11.* Rot. *coram Seraph. dec. 555. num. 1. & 2. coram Coccin. deciſ. 1065. num. 7.* Buratt. *dec. 931. num. 7. coram Celſo deciſ. 273. num. 6. coram Bich. dec. 512. num. 8.* Præſertim in præjudicium antiqui Patroni, qui ſuo jure privari non poteſt, niſi copulative doceatur,
11 quod Eccleſia eſſet in totum diruta, quodque ipſe requiſitus noluerit reædificare. Joan. Andr. *in dicto cap. quoniam de jurepatr.* Lambertin. *eodem tract. lib. primo, per prima quaſt. 6. art. 3. num. 29.* cum aliis *in deciſ. 12. Januarii 1672. § non ſubſiſtente coram R. P. D. meo* Bonaſtrumont.

Atque ex his clara remanet juſtitia ſententiæ Rotalis in ea parte, in qua *demandatur remotio Tumbæ Sepulchralis, & Scamni*,
12 cum Cappellæ non poſſint immutari, vel alterari ſine conſenſu Patroni. Rota *penes cit. dec. 550. num. 1. part. 1. diverſ.* Et præſertim in his, quæ concernunt Præe-
13 minentiam ſuper omnes Patrono debitam. *cap. nobis in fine de jurepatr.* Rot. *coram Mantic. dec. 244. in principio coram Cavalier. dec. 321. num. 2.* Et ita altera tantum &c.

R. P. D. EMERIX.

VALLISOLETANA CONGRUÆ

Lunæ 11. Januarii 1677.

ARGUMENTUM.

Parochiales Decimas poſſidebant Capitulum, & Canonici, & tamen Congruam ſolvere recuſabant Parochis, aliiſque Perſonis Curam animarum exercentibus, ad cujus ideo traditionem condemnantur, quia quocumque titulo illas poſſideant, cum hoc onere eas habere intelliguntur; quæ proinde taxata in ſcutis centum auri, non ſubjacere imputationi incertorum deciditur, quia hæc erant omnino incerta, neque ad aliquam certitudinem reduci poterant.

S U M M A R I U M.

1 Congrua ſeque debetur Parochis, ſicuti & cæteris aliis curam Animarum exercentibus.

2 Congrua debita Parocho debetur ab illis, qui omnes Decimas, & Primitias Parochiales exigunt.

3 De-

3 Decimarum translatio quocumque titulo facta ſit, cenſetur facta cum onere præſtandi congruam exercentibus curam animarum.

4 Parochorum curæ eſt commiſſa adminiſtratio Sacramentorum, aliaque opera ab eis exercenda.

5 Congruæ taxatio remittitur Arbitrio Judicis.

6 Parochis ideo debetur Congrua, ut in adminiſtratione Spiritualium ſint ſolliciti, nec debeant habere curam unde ſibi victum quærere debeant.

7 Parochis providendum eſt, ne propter inopiam ſuum officium negligant, nec populo, quem debent regere ſint ludibrio, aut indigna committant.

8 Congrua Parochi fuit taxata in ſcutis 100. aur., & quandoque etiam in plus.

9 Incerta dicuntur funeralia, oblationes, nuptialia, eleemoſynæ, & alia hujuſmodi.

10 Incerta non imputantur in congruam. Limita, ut num. ſeq.

11 Incerta aliqua ſunt, quæ tamen habent aliquam certitudinem, puta ratione ſummæ, vel ſimilis.

12 Incerta, quæ tamen locari ſolent imputantur in congruam.

13 Beneficium tenue ſi quis acceptavit, an poſſit petere congruam, & num. ſeq.

14 Præjudicium ſi non eſt ſolius Beneficiati, ſed etiam Ordinis, & Eccleſiarum, non intrat Regula, quod qui illud acceptaverit quamvis tenue.

15 Conſtitutio B. Pii V. ſuper taxatione Congruæ declaratur.

16 Ex Diverſis non fit illatio.

DECISIO XXVIII.

Introducto Judicio per Parochos Civitatis Valliſoletanæ coram Rmo Nuntio Hiſpaniarum ſuper aſſignatione Congruæ eis debitæ ratione Curæ Animarum, quam exercent, contra Decanum, & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ ejuſdem Civitatis poſſeſſores Primitiarum, & Decimarum ad Parochiales pertinentium, emanavit Decretum, in quo aſſignata fuerunt iiſdem Parochis pro tunc ſcuta 70. pro quolibet, ut ſumm. num. 1. a quo Decreto cum omnes appellaverint, Capitulum ſcilicet a condemnatione, & Parochi a modicitate Summæ, Cauſa ad Curiam devoluta, & mihi commiſſa, dedi dubium hujuſmodi = *An Congrua debeatur & ad quam ſummam*, = quo hodie propoſito reſponſum fuit = *CONGRUAM DEBERI IN SCUTIS AURI CENTUM COMPUTATIS OMNIBUS COMPUTANDIS SECUNDUM CONSUETUDINEM LOCI*.

1 Quo enim ad Congruam, indubitati Juris eſt, illam deberi Parochis, ſicut omnibus aliis curam animarum exercentibus, ex regula, de qua *cap. de Monachis, & cap. extirpanda de præb.* & pluries dixit Rota, ut *coram Mantic. dec. 267. num. 3. decis. 420. par. prima decis. 230. par. 6. & decis. 391. par. 23.* in omnibus *nu. 1.* & alibi paſſim, & quidem in præſenti a Decano, & Capitulo prædictis uti percipientibus omnes Decimas, & Primitias ad

2 Eccleſias Parochiales pertinentes, ut deponunt teſtes Summario num. 5. juxta diſpoſitionem *Text. in cap. 2. §. ult. autem de Orationi num.* 8. & notant Rebuff. *de decim. par. 7. num. 4.* Tondut. *reſol. benef. cap. 58. num. 16.* Rota *coram Seraph. decif. 839. num. 5. & 2. coram Melius decif. 24. num. 1. & in rec. d. decif. 392. num. 6. par. 13.* Translatio enim Decimarum in eaſdem facta quocumque Titulo, præſumitur facta cum tali onere præſtandi

3 Congruam exercentibus Curam animarum. Rebuff. *de Congr. portion. n. 48. & ſeqq.* Gratian. *diſc. 365. num. 20. & Rot. d. decif. 420. num. 7. par. 2. recent.*

Quo vero ad quantitatem ejuſdem Congruæ, cum illa debeatur habita ratione ad qua-

4 litatem loci, numerum Perſonarum, quibus ſubminiſtranda ſunt Sacramenta, & redditus Parochiarum, quarum cura eſt commiſſa Parochis, aliaque opera ab his ſubeunda. Gloſſ. *in d. cap. extirpanda verb. ſufficiens de præbend.* Rebuff. *de Congr. portion. num. 61. & ſeq.* Tondut. *quæſt. benef. d. cap. 58. n. 13. & 14. & Rot. cor. Dunozet. jun. dec. 310. n. 18. & dec. 631. n. 6.* & Civitas Valliſoletana ſit una ex nobilioribus Hiſpaniarum, in qua propterea Rectores, non ut in Pagis, ſed decentius vivere debent, Eccleſiæque Parochiales, de quibus agitur, tam ob eorum circuitum, quam ob numerum Perſonarum in eis degentium ſint de majoribus, itaut Parochi in adminiſtratione Sacramentorum utantur opera coadjutorum, ut deponunt teſtes *Summ. num. 3. et 4.* ac Decimæ, quæ percipiuntur a dd. Decano, & Capitulo ſunt magnæ, ut ex Calculo ad partes dato.

Domini pro eorum prudenti Arbitrio, cui remiſſa eſt determinatio hujuſmodi quanti-

5 tatis, ex tradit. per Rebuff. *de Congr. portion. num. 80. et Rot. coram Ubaldo decif. 27. num. 6.* bene perpendentes eamdem congruam debere eſſe talem, ut Parochi, qui laborant in agro Domini ſpiritualia Parochiarum miniſtrando, abſque ſollicitu-

6 dine aliunde quærendi ſibi victum, commode vivere poſſint ut not. Rebuff. *ead. tract. de congr. portion. num. 78.* & firmavit Rot. *coram Millino decif. 84. num. 4. et in rec. decif. 347. num. 7. part. 13.* ne alias propter

ptas eorum inopiam proprium officium negligant, populoque ſibi credito, quem coercere, a quo revereri debent, fiant lu-
7 dibrio, ac indigna animi gradui cognatum committere Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 12. num.* 25. & ponderavit Rota *d. deciſ.* 428. *num.* 5. *part* 1. *&* *deciſ.* 392. *num.* 4. *et* 5 *part* 13 *recent.* *ac* *cor.* *Dunozet. d. deciſ.* 631. *num.* 5. ex ſuſtentatum deductis arbitrati ſunt *illam eſſe aſſignandam*, *ut ſupra in ſecunda cautum eſt*,
8 ut prædictis conſideratis alias reſpondit Rota *d. deciſ.* 87. *coram Dunozetto*, & in valde majori ſumma *deciſ.* 420. *num.* 5. *part.* 1. *rec.*

Non obſtat, quod Parochi habeant plures reddituus conſiſtentes in funeralibus, oblationibus, nuptialibus, eleemoſynis, aliiſ-
9 que ſimilibus; quia cum iſta ſint mere incerti, niſi de conſuetudine loci aliter
10 introductum doceatur non veniant imputanda in congruam. Rebuff. *de Congr. portion. num.* 33 *&* 87. Graton. *diſcept.* 399. *num.* 16 *& ſeqq.* Tondut. *d. quæſt.* 58. *num.* 4. *&* 5. & plenius firmavit Rota *in deciſ.* 5. *nu.* 4. *part.* 2. *diver. in rec. deciſ.* 230. *num.* 4. *part.* 6. *&* *deciſ.* 187. *num.* 27. *& ſeqq. par.* 11. *ac coram Bichio deciſ.* 255. *num.* 14. in quibus concordantur, & contrario tantum procedunt in incertis, quæ habent aliquam certitudi-
11 nem, ut ſunt Decimæ frumenti, & vini, aliaque ſolum incerta ratione ſummæ, ut declaravit Rota *d. deciſ.* 230. *num.* 3. *&* 4. *part* 6. *rec.* *&* *coram Bichio d. deciſ.* 255. *num.* 16, vel quando illa ſolent ex conſuetudine annuatim, vel alias
12 pro certa ſumma locari, ut notarunt Felin. *in cap. ad aures ſub n.* 14. *de reſcript.* Rebuff. *d. tract. de Congr. portion. n.* 37. & in ſpecie dixit Rota *d. deciſ.* 255. *num.* 14. *coram Bichio*.
13 Levioris ponderis eſt, quod ſaltem Parochi ſibi imputare debeant, quod beneficium tam tenue acceptarunt, ex Rot. *deciſ.* 429. *num.* 4. *cor. Greg.*, quia conclusio non procedit, dum non conſtat alias illis, ſeu illorum Antecesſoribus aſſignatam fuiſſe congruam, & agitur non
14 ſolum de præjudicio perſonarum, ſed etiam Ordinis, & ipſarummet Eccleſiarum, ut declarando *d. deciſ.* explicant Adden. *ad illam nu.* 8 *verſ. finali*, Graton. *d. diſcept.* 399. *num.* 11 *& ſeq.* Rot. *d. deciſ.* 420. *num.* 4. *part.* 1. *deciſ.* 230. *num.* 6. *& ſeqq. part.* 6., & in fortioribus *deciſ.* 347. *num.* 1. *&* 2. *&* *deciſ.* 392. *num.* 14. *& ſeq. part.* 13. *recent.*
15 Demum nihil facit, quod Conſtitutio B. Pii V taxet congruam in ſcutis 50.; quia illa loquitur de congrua Vicarii, non autem Parochorum pro cujus taxatione ponderanda ſunt præmiſſa in *§. quo vero ad quantitatem tum ſeq.*, & ex diverſis non ſit illatio Vulgata *l. Papinianus ff. de minor.* Et ita, Parochis tantum informantibus, deciſum fuit &c.

R. P. D. PAULUCCIO.

LUCANA PRÆTENSÆ UNIONIS.

Martcurii 27. *Aprilis* 1678.

ARGUMENTUM.

Bona patrimonialia Eccleſiæ, & pro illius fabrica deſtinata, prætendebantur eidem Eccleſiæ unita, & proinde adminiſtrari non potuiſſe per Laicos; ſed contra unionem eſt deciſum, quia concludenter probata non erat, prout requiritur: Laicos vero eadem bona gubernare potuiſſe reſolvitur, tum quia illa erant a cæteris aliis ejuſdem Eccleſiæ diſtincta, tum etiam quia conſuetudo immemorabilis concurrebat, tum, & tertio, quia ſub hac conditione fuerant relicta.

SUMMARIUM.

1 Unionem ad probandam requiritur inſtrumentum, aut immemorialis, vel quadragenaria cum titulo.
2 Bona Patrimonialia fabricæ Eccleſiarum Parochialium maxime ſtante conſuetudine poſſunt per Communitatem, ſeu Laicos adminiſtrari.
3 Conſuetudo adminiſtrandi bona Patrimonialia Eccleſiarum a quibus Doctoribus refertur.

4 Ob-

4 Obſervantia probatur ex inſtrumentis publicis, ac etiam ex teſtibus.
5 Obſervantia contraria tollit non ſolum quadragenariam, ſed etiam immemorialem.
6 Unionem ad probandum plures conjecturæ, & argumenta referuntur, & remittuntur num. ſeqq.
7 Inſtrumentum, quod non eſt in forma probanti, & caret omni Signo Notarii, & legalitate non probat.
8 Enunciativæ inſtrumenti, quod non eſt in forma probanti, attendendæ non ſunt.
9 Enunciativæ, ut probent Unionem, debent eſſe plures, & emiſſæ a perſona non ſuſpecta, vel a tertiis.
10 Enunciativæ emiſſæ a Perſona intereſſata, & unionem affectante hos illam non probant.
11 Bona patrimonialia Eccleſiæ non poſſunt dici unita cum aliis Bonis ejuſdem Eccleſiæ, ſi illa a Laicis, hæc autem ab ipſa Eccleſia adminiſtrata ſunt.
12 Electus ad aliquod Officium, nullam jus ſibi quærere poteſt contra eligentem ipſum.
13 Rector de jure, ipſe eſt adminiſtrator bonorum ſuæ Eccleſiæ.
14 Bona Eccleſiæ, quod ab Eccleſia adminiſtrari debeant, intelligitur de bonis propriis ejuſdem Eccleſiæ, non autem de aliis.
15 Seculares, & Laici poſſunt adminiſtrare Bona Patrimonialia Eccleſiæ, deſtinata pro illius fabrica.
16 Legatum relictum Eccleſiæ cum conditione, quod debeat adminiſtrari per Laicos, ab ipſis ſolum adminiſtrari debet.
17 Bona Eccleſiæ, quod poſſint adminiſtrari per Laicos conſuetudo Immemorabilis plurimum operatur, imo totum facit.

DECISIO XXIX.

IN DECISIS in coram me 3 Decembris anni præteriti in hac eadem causa DD. in STANDUM conſuerunt. Probata etiam ipſis denuo fuerunt fundamenta Deciſionis, eo quia Rector Eccleſiæ SS Stephani & Caſſiani de Montane Unionem Operæ, ſeu fabricæ, & ejus redditum
1 non probat, cum nec diploma Unionis exhibeat, nec immemorabilem, aut quadragenariam cum titulo producat, aut firmet, prout neceſſitatum, juxta celebre conſilium Fulgoſ. 2. num. 2, 3. cum 12. Garz. de benef. par. 12. cap. 2 num. 126. & 132. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 28 num. 115. Rot. deciſ. 337. num. 2. & 704. num. 7. & ſeqq. coram Pin. & firmatum fuit in deciſione, quæ reſidet in §. ſequentia, & §. ſeq., Cum è contra Communitas intentionem ſuam fundet,
2 quæ & eo firmior redditur, quo conſona eſt immemorabili conſuetudini illius Dioceſis, ut ſcilicet bona Patrimonialia Operæ, ſeu fabricæ Eccleſiarum Parochialium
3 per Communitates ipſas, ſeu Parochianos, qui & Operarii dicuntur, adminiſtrentur, cujus conſuetudinis meminere Merlin. dec. 473. & 709. Pen. deciſ. 905. & 1123. & San. Mem. Gregor. deciſ. 113, & de ejus
4 obſervantia in hac ipſa Terra Montani conſtare fuerunt inſtrumentes pro Communitate ex inſtrumentis, & publicis actis ab anno 1481. uſque ad annum 1658. nec non ex teſtium depoſitionibus de publica voce, & fama, de propria ſcientia, & viſu
5 ſu atteſtantibus, imo & de immemorabili, quæ ſane omnia prætenſam immemorabilem contrariam, & ipſam quadragenariam excludunt, juxta Text. in l. cum, ubi Gloſſ. in ver. ii verbo temperabit, in fin. ff. de reg. jur. Abb. in cap. ultim. num. Tenent Scrinder. 29. de conſuetud. Add. ad Gregor. deciſ. 298 num. 13. deciſ. 154. num. 3. deciſ. 324. num. 13. par. 4. divers. Rot. deciſ. 115. num. 8. par. 14. rec.

Afferebantur ad oſtendendam prætenſam Unionem Inſtrumentum de Anno 1546 factum per Rectorem Eccleſiæ cum ea aſſertione, quod hujuſmodi bona Operæ erant in perpetuum incorporata, & unita ſupradictæ Eccleſiæ, nec non libel
6 los porrectus in judicio anno 1590. coram Vicario Lucenſi pro obſervantia inſtrumenti conceſſionis in Emphyteuſim quorundam bonorum Operæ, & in eo enunciatum Operam, de qua agitur eſſe unitam ſuæ Eccleſiæ, & demum anno 1621. Inſtrumentum, quo Rector ejus temporis conceſſit in Emphyteuſim partem aliquam bonorum hujus Operæ.

Verum hæc non proficere ad intentionem Rectoris DD. ſunt viſa. Inſtrumentum
7 enim de Anno 1546 non eſt in forma probanti, & caret omni Signo Notarii,
8 & legalitatis, nec enunciativæ in eo inſertæ ullo modo eſt fidendum. Add. ad Buratt. deciſ. 667 num. 18. Rot. deciſ. 308. num. 4. & deciſ. 323 num. 17. part. 16. & recent.

9 Nec minus dubius illis enunciativis, quæ ut Unionem probent debent eſſe multo plures, & emiſſæ a perſona non ſuſpecta, ut a Summo Pontifice in Bullis Apoſtolicis, vel ab Epiſcopis, vel ſaltem a Teſtis nullum intereſſe habentibus, non autem a Rectore Unionem affectante, cu-
10 jus aſſertio ſuſpecta omnino redditur. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 254. & 257. Achill. de Graſſ. deciſ. 8. de præpar. Caputaq. deciſ. 237. Rot. dec. 223. num. 24. coram Eminentiſſimo Ottobono.

Et an magis in hoc caſu, quo de aliſdem Annis 1546, & 1621. tam ante, quam poſt dantur plura Inſtrumenta, ex quibus conſtat bona Operæ fuiſſe ſeparata a bonis
11 Eccleſiæ, eaque adminiſtrata ab operarijs pro tempore electis a Communitate, & ab Ordinario confirmatis, ut in *Summar. Operæ num. 7. & 8.*

Accedunt & Confeſſiones aliorum Rectorum tam ante, quam poſt dictas enunciativas. Electi autem in Operarios, non ſoli, tamen nonnunquam cum alijs ſecularibus in varijs Inſtrumentis locationum bonorum eiuſdem Operæ, expreſſe declararunt, ſe contraheré uti Operarios, & diſponere de bonis ad eandem Operam ſpectantibus. *dicto Summario num. 8.* & quod magis eſt, moderni Recto ſub hac diſtinctione, & nota Operarij fuerunt antea electi, & de bonis Operæ diſpoſuit de Anno 1651. & 1653. ut *eodem Summ.*
12 *num. 8.*, nec ex ea electione poterunt ius acquirere contra Communitatem. *l. 3. 2. & l. & habeat ff. de precar. l. ejus ff. de reg. jur.*

Nec ſuffragatur generalis Doctrina, quod Rectori de jure competat adminiſtratio bo-
13 norum Eccleſiæ, nec in ea poſſint Laici ſe immiſcere *Canon judicatum 89. diſtinct.* Quia cum hæc bona Operæ ſint ſeparata a Patrimonialibus Eccleſiæ, de qui-
14 bus loquitur *dictum Canon judicatum*, jam
15 nullum eſt convenientia, ut a Secularibus tractentur, maxime cum ea Lege fuerunt
16 ab Inſtitutoribus relicta. *Barbat. dec. 224. num. 2.* Adſtipulante præſertim immemorabili conſuetudine, quæ inducta plu-
17 *rium*, imo omnia in hujuſmodi materia operatur, *cap. duo ſimul. de offic. ordin. cap cum contingat, de for. compet. l. ſi de ea, juncta l. ſequenti ff. de Legib.* = Et ita utraque parte informante reſolutum fuit.

REMO DNO ALBERGATO

ELNEN. COMMUTATIONIS LEGATI

Mercurii 22. Junii 1678.

ARGUMENTUM.

Solam materiam commutationis voluntatis Defuncti continet hæc deciſio, ad eum caſum, quo illa nedum in aliud opus pium facta erat, ſed etiam extra Civitatem a moriente declaratam, quia illa impleri non poterat juxta modum a Teſtatore demandatum, ac etiam quia aderat juſta cauſa bellorum, quibus ſubjacebat Civitas Legataria; in nihilo relevante altero defectu omiſſæ citationis communitatis, & Clericorum ejuſdem Civitatis, quia aderat conſenſus Executorum, iidemque principale intereſſe non habebant.

SUMMARIUM.

1 Commutatio ultimarum voluntatum fit a Papa cum conſenſu intereſſe habentium, & qui tales eſſe dicantur. num. 12. cum ſeq.
2 Commutatio voluntatis Defuncti fieri poteſt, ſi ex teſtibus, & peritis conſtat, illam adimpleri non poſſe. Et num. ſeq.
3 Architectis, & peritis in arte ſtandum eſt.
4 Commutatio voluntatis Defuncti fieri poteſt, ſi conſtet de impoſſibilitate illius adimplementi.
5 Ad commutandam voluntatem Defuncti ſufficit non ſolum impoſſibilitas phyſica, ſed etiam moralis.
6 Commutatio voluntatis Defuncti fieri debet in rem magis commodam, utilem, & ſalutarem. & num. 8.
7 Commutatio voluntatis Defuncti fit etiam in aliena Civitate, ſtante periculo ruinæ bellorum Civitatis Legatariæ.
8 Commutatio voluntatis Defuncti remittitur arbitrio Epiſcopi.
9 Epiſcopus habet notitiam indigentiæ ſuæ Diœceſis.
10 Commutatio voluntatis Defuncti narrata Pontifici ſubſiſtentia.
11 Papa habet omnem Poteſtatem commutandi voluntates Defunctorum.
12 In commutatione voluntatis Defuncti ſufficit conſenſus Executorum.
13 Adminiſtratores Fabricæ Eccleſiæ dicuntur

tes ſuperintendentes dumtaxat materialitatis ejuſdem Fabricæ.

14 Clericorum Univerſitas non habet particulare intereſſe in commutatione voluntatis Defuncti, & quando.

15 Intereſſe ut quis habere dicatur, & ubi ad vocari debuiſſet, requiritur, quod ſi fuiſſet vocatus, actum impedire potuiſſet.

DECISIO XXX.

Ucati 300, una cum annuo reditu ſcutorum 30. duarum Domorum legavit Benedictus Fabricæ Cathedralis Elnen. ad effectum erogandi in abſolutionem inceptæ Presbyterii, quo perfecto, annuum redditum prædictum celebrationibus Miſſarum perpetuo attribuit: ſed animadvertens Capitulum dictæ Eccleſiæ, tunc reſidens in Collegiata Sancti Joannis Oppidi Perpiniani, hoc Legatum eſſe inſufficiens, & ſacrum opus, & impenſam poſſe deperdi propter periculum Demolitionis imminens cauſa bellorum, ibidem flagrantium, preces porrexit Summo Pontifici, a quo impetravit commutationem hujuſmodi voluntatem Defuncti in Erectionem Altaris in dicta Eccleſia S. Joannis in honorem Sanctarum Eulaliæ, & Julittæ Protectricum illius Diœceſis, accedente

1 etiam conſenſu intereſſe habentium; unde cum Univerſitas Clericorum Civitatis appellaſſet a Sententia lata pro executione Litterarum Apoſtolicarum ſuper hujuſmodi Gratia expeditarum, commiſſa fuit cauſa R. P. D. meo Ubago, qui prævia duabus deciſionibus ſub diebus 19. Junii 1676. & 21. Junii 1677. ſubſcripſit ſententiam Rotalem = *pro validitate commutationis* = quæ hodie coram me in gradu appellationis iterum interpoſitæ, ad tritinam revocata = *CONFIRMATIONIS* robur obtinuit.

Incontroverſabiliſ eſt illius validitas, & juſtitia liquet ex eo, quod plene probatum fuit coram Executore in litteris Apoſtolicis deputato, Summam reſiduam nullo modo ſatis eſſe ad complendum modum a Defuncto pie demandatum, cum vix ad id tria, aut quatuor millia Duplarum

2 ſufficerent, ut affirmant Teſtes, & teſtantur Architecti, quibus tamquam in arte

3 peritis ſtandum eſſe monet Text. in l. *inter Artifices ff. de ſolut.* Propterea data impoſſibilitate adimplendi præciſam voluntatem

4 Defuncti, recte fuit commutatum Legatum in alterum Opus pium, cum ad effectum commutandi voluntatem non ſolum ſufficiat impoſſibilitas phyſica adimplendi id præciſe volitum a Defuncto, verum etiam moralis, ut tradunt Abbas in *cap.*

6 *cum quidam de Teſtam.* Genuen *practicab.* *ab Eccleſiaſt.* 214. *ſub num.* 1. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.* 83. *num.* 3. & alii in ſecunda Deciſione hujus cauſæ §. *adimplementum*, coram R. P. D. meo Ubago.

Nec dicatur, commutationem eſſe faciendam in alium uſum quam magis commodum in ipſa Civitate Elnen. quia licet commutanda ſit voluntas in alium uſum magis uti-

6 lem, & rationabilem, Ric. *colle. deciſ. part.* 4. *deciſ.* 2170. Grat. *diſcept.* 458. *numero* 30., & firmat prima Deciſio §. *poſito autem*, tamen quia Civitas ſubjacet ruinæ, recte fuit id adimpletum per ere-

7 ctionem dicti Altaris demandata ab hoc

8 ſcopo, cujus arbitrio id a jure remittitur, cum ipſi innoteſcant indigentiæ ſuæ

9 Diœceſis, ut poſt Ugolin. *de off. et poteſt. Epiſc. cap.* 63. *num.* 1. §. *quare* tradit eadem prima Deciſ. hujus cauſæ §. *hujuſmodi* & ſecunda §. *objicitur vero*, & cum omnia narrata fuerint Sanctiſſimo, qui gratiam conceſſit non eſt ultra quærendum, cum Papa habeat ampliſſimam po-

10 teſtatem derogandi, & commutandi has

11 ſupremas voluntates defunctorum. Clement. *quia contingit de relig. domibus*, plene Moneta *de commutat. ultim. volunt. cap.* 1. *num.* 218.

Omiſſa demum a tabo Adminiſtratorum Fabricæ Eccleſiæ, & Univerſitatis Clericorum non cauſavit nullitatem, quia ultra quod acceſſit

12 conſenſus Executorum teſtamentariorum, quem ſufficere probat utraque Deciſio edita cor. R. P. D. meo Ubago, Adminiſtratores tamquam ſuperintendentes dumtaxat

13 materialitati fabricæ non erant citandi,

14 prout nec Univerſitas Clericorum, quæ ipſa non habet particulare intereſſe, ratione cujus citanda eſſet. Ad hoc enim

15 ut quis dare poſſit de nullitate actus, ex eo quod non fuerit citatus, in illa debet aliquid adducere, unde appareat, quod ſi fuiſſet citatus potuiſſet actum impedire. Vant. *de nullit. tit. quib. modis ſententia nulla deſendi poſſit num.* 18. Sand. *deciſ.* 181. num. 28. Ubert. *de citat. cap.* 14. n. 100. *tom.* 3. & probant Deciſiones antecedentis inſtantiæ, cum quibus Domini quoque tranſierunt in hac reſolutione, quæ capta fuit Capitulo tantum informante, Procuratore tamen alterius partis plures informato.

R. P. D. EMERIX.

MOGUNTINA REÆDIFICATIONIS CHORI

Veneris 17. Martii 1679.

ARGUMENTUM.

Onus reædificandi Eccleſiam, & Ædes Parochiales ſpectat ad illos, qui Decimas Eccleſiæ percipiunt, etiamſi Eccleſia ſit Juriſpatronatus.

SUMMARIUM.

1 Ædes Parochiales ſunt acceſſoriæ Eccleſiæ, & in iis militat eadem ratio.
2 Onus reædificandi Eccleſiam pertinet ad illos, qui fructus, Decimas, vel alios redditus Eccleſiæ percipiunt.
3 Patronus non tenetur, niſi in ſubſidium.
4 Decimæ tranſeunt ad quoſcumque cum ſuo onere.
5 Decimæ novalium non comprehenduntur ſub generali venditione, vel conceſſione.
6 Conſuetudo non extenditur de re ad rem, neque de loco ad locum.
7 Obligatio non oritur ex actu facto ex mera liberalitate.

DECISIO XXXI.

PRoſequendo diſputationem in negotio principali inter Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ S. Victoris generalem Decimatorem totius Diſtrictus Parochialis Eccleſiæ Loci Winckel. & D. Federicum Baronem de Greiffenklaum ejuſdem Parochialis eccleſiæ Patronum, diſceptandum hodie propoſitum fuit: *An teneatur ad reædificationem Chori et Ædium Parochialium, et Trallationem ſuſtentationis competentis Parocho? & ſi ita à quo in caſu &c.* & Domini reſponderunt *TENERI CAPITULUM AD REÆDIFICATIONEM*, reſiſſo indeciſo articulo ſufficientiæ Competentiæ, attento quod Parochus non eſt in cauſa, nec pro eadem inſtat.

Fundamentum reſolutionis fuit, quia Capitulum percipit omnes Decimas intra Diſtrictum ejuſdem Parochialis Eccleſiæ, ut in *Summario Patroni num. 6.* De jure autem onus reædificationis Eccleſiæ, ac Ædium
1 Parochialium, de quibus tanquam acceſſoriis Eccleſiæ, militat eadem ratio. Barbos. *de offic. & Poteſtat. Paroch. cap. 13. num. 12.*, ſpectat ad illos, qui Deci-
2 mas, ſeu alios redditus, vel fructus Eccleſiæ percipiunt, juxta *Text. in cap. 1. & 4. de Eccleſ. ædific.* ubi omnes Canoniſtæ, & notata per Hoſtien. *in ſumma eodem tit. Can. de redditibus, & Can. Mos eſt 10. quæſt. 1.* Concil. Trident. *Seſſ. 21. cap. 7.* & ibi Barboſ. *in annot. ſub n. 9. verſ. Verum, & de Offic. & Poteſt. Parochi part. 1. cap. 13. num. 1.* Sard. *conſil. 61. per tot. lib. 1.* Rot. *deciſ. 545. part. 3. rec. & coram Dib. deciſ. 48. num. 22.* ubi in ſpecie, quod debet reparari ex Decimis.

Unde cum in præſenti, Parocho vix ſuperſit Congrua ut deponunt Teſtes *Summarii Patroni num. 5.*, & idcirco ad illius ſupplementum Ordinarius condemnaverit etiam idem Capitulum, conſequens eſt, onus reædificationis ad illud principaliter ſpectare.

Non ſuffragante, quod *Sacrum Concilium* in mox allegato *cap. 7.* diſponat, etiam Patronos ad hoc opportunis remediis eſſe compel-
3 lendos; quia hoc intelligitur in ſubſidium, quatenus fructus, redditus, & Decimæ, quæ de jure ſpectant ad Parochiales Eccleſias. *Cap. Cum contingat, & cap. cum*
4 *in tua, de Decimis*, quæque tranſeunt cum ſuo onere in quemcumque Poſſeſſorem, ut inquit Gloſſ. *in Can. ſi Monachus 16. quæſt. 1.* Lotther. *de Benefic. quæſt. 33. n. 54. lib. 1.* Rota *dicta deciſ. 545. num. 4. non ſufficientes* Card. *de Luca ſubſid. 106. num. 1.* Barboſ. *de offic. Parochi dict. cap. 13. num. 3. part. 1.* Bellet. *disquiſ. Cleric. de Clerici §. 14. num. 11.*

Nil igitur relevat, quod Capitulum acquiſiverit partem Decimarum a quadam nobili Familia titulo oneroſo, tum quia illud non ſolum poſſidet illas, quæ tempore acquiſitionis erant modici valoris, & quantitatis, ut conſtat ex Inſtrumentis, & Teſtibus datis in *ſupradicto Summario num. 2. & 3.*, ſed omnes alias etiam novalium,
5 quæ de jure ſub venditione, aut conceſſione Decimarum non comprehenduntur, ut ex *Text. expreſſo in cap. Tua, §. Nos occaſione, & cap. cum contingat, de Decimis*,

Digitized by Google

dem; tum etiam, quia onus reparatio- nis eſt reale infixum Decimis, & tranſit ad quemcumque Poſſeſſorem ex ſupra firmatis.

Minus facit aſſerta contraria conſuetudo, quia
6 illa reſpicit alias Eccleſias habentes particulares redditus deſtinatos pro fabrica, ideoque non eſt trahenda ad hunc noſtram, juxta generalem regulam, quod conſuetudo non extenditur de re ad rem, neque de loco ad locum, ut in his terminis firmat Rota *deciſ.* 278. *num.* 7. *cum ſeqq.* & *deciſ.* 324. *numer.* 9. *part.* 12. *recent.*

Denique non urget, quod Patronus, ſeu illius Anteceſſor alias contribuerit ad reparationem Ædium Parochialium, quia cum declaraverit id facere ex mera liberalitate, & non ex debito, ut conſtat ex eodem
7 actis *Summario num.* 1., nulla inde oritur obligatio idem faciendi in poſterum, ut in ſpecie reſpondit Rota *deciſ.* 545. *n.* 3. *part.* 3. *recent.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. M O L I N E S.

CAMERINEN. JURISPATRONATUS

Lunæ 10. Maii 1694.

A R G U M E N T U M.

In hac Deciſione late examinatur, an Reædificatori Eccleſiæ acquiratur Juſpatronatus, & quæ ad hunc effectum requirantur.

S V M M A R I V M.

1 Juſpatronatus acquiritur ab eo, qui Eccleſiam totaliter reædificat.
2 Sententia lata pro adjudicatione juſpatronatus, facta eſt ad illud comprobandum.
3 Magis, ſi adeſt alia ſententia concedens inſtitutionem præſentato.
4 Amplius, ſi ſententiæ in judicatum tranſierunt.
5 Item, ſi Epiſcopi concurrit acquieſcentia.
6 Juſpatronatus honorificum in quo conſiſtit.
7 Jus præſentandi Rectorem, ſeu Beneficiatum eſt effectus, vel fructus juſpatronatus.
8 Qui de novo Eccleſiam conſtruit dicitur Reædificator.
9 Conſtructori competit Jus nominandi.
10 Juſpatronatus Laicalis expreſſe apponitur ad eximendum Patronatum in futuris vacationibus a regulis cancellariæ.

Obſervantia omnes removet dubietates.
11 Juſpatronatus ex reædificatione, ut acquiratur, neceſſe eſt, quod Eccleſia ca- ſu deſolata ſit, non vero ſi deſtruatur animo illam reædificandi.
12 Sed ſi in totum minuetur, adhuc Reædificans acquirit juſpatronatum, præſertim accedente conſenſu Epiſcopi Civitatis &c.
13 Idem quoque dicendum, etiamſi reædificatio fiat eum uſdem cæmentis.
14 Deficientibus ſinctibus parochialibus, & eleemoſynis pro reparatione Eccleſiæ juſpatronatus ab eiſdem Reædificatore acquiritur.
15 Voluntas reſervandi juſpatronatus in Reædificatore præſumitur, ubi aliter conſtet.
16 Manutentio in poſſeſſione præſentandi acquiritur ex unica præſentatione, etiam contra Ordinarium, maxime ſi conſtet de titulo.

D E C I S I O   XXXII.

PArochialis Eccleſia S. Mariæ in Via, parvæ, & indecentis figuræ, in pluribus partibus ruinoſa, exigui valoris, & non capax recipere Populi concurſum, ob magnam Devotionem erga Imaginem miraculoſam S. Mariæ in dicta Eccleſia exiſtentem, cum non poſſet de facili reparari, ſed neceſſaria fuiſſet nova reædificatio, & conſtructio, a bon. mem. CARDINALI GEORIO, una cum domibus ei connexis ſolo æquata fuit, & nova Eccleſia una cum Domibus a fundamentis reædificata, & conſtructa propriis ſumptibus, & expenſis; quo peracto, inſtitit idem Cardinalis coram SAN. MEM. CLEMENTE X TUNC EPI.

EPISCOPO CAMERINENSI declarari ſibi, ſuiſque Hæredibus, & Succeſſoribus competere Juſpatronatus Laicale, & præſentandi, a quo obtinuit favorabilem ſententiam de anno 1643., citato Procuratore Fiſcali adjudicari Juſpatronatus Laicale pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, quæ tranſivit ſecit in judicatum, & ejus vigore, occurrente de anno 1657 vacatione dictæ Eccleſiæ per mortem Prioris, ſeu Parochi, ad eam præſentatus fuit per dictum Cardinalem Bernardinus Ceccarellus, eique conceſſa inſtitutio per Ordinarium. Cum autem nuper vacaſſet eadem Eccleſia Parochialis per mortem dicti Bernardini, Venantius Georius dicti Cardinalis Nepos, & hæres, præſentavit Antonium Franciſcum ejus Germanum Fratrem, qui a Vicario Generali inſtitutionem obtinere non valuit, quinimo ac ſi Parochialis eſſet liberæ collationis indixit concurſum, ad formam Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. *de reform.*, & deinde per ſententiam declaravit, non conſtare de jurepatronatus favore dicti Venantii, & ideo magis idoneum ex approbatis in eodem concurſu inſtituendum eſſe ad dictam Parochialem; a qua ſententia appellatione interpoſita, & cauſa nobis commiſſa, exhibito die 29. Junii proxime elapſi diſceptandum dubium = *An conſtet de Jurepatronatu, ita ut præſentatus ſit inſtituendus* = quod cum non fuerit reſolutum, hodie iterum re propoſita cauſa, DD. exiſtimarunt = *CONSTARE DE JUREPATRONATUS, ET PRÆSENTATUM ESSE INSTITUENDUM* = .

Deſumentes decidendi rationem, quod ex ſententiam Juſpatronatus, ex quo ex Teſtibus ſummariter examinatis anno 1643. conſtit, dictum Cardinalem non reſtauraſſe, ſeu reparaſſe aliquam partem præfatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Via, ſed eam utique ruinam minantem, & ignobilis ſtructuræ, de conſenſu Epiſcopi fundatam deſtruxiſſe, & a fundamentis de novo conſtruxiſſe, ac in totum reædificaſſe, eamque novam, ampliorem, & elegantiorem formam magna impenſa reducendo, quo ſtante, juspatronatus acquiſitum fuit præfato Cardinali, uti totali Reædificatori. Gloſſ. in

1 *cap. quoniam 3. verb. Fundatores de Jurepatronatu*, ubi Pign. num. 54. Lambertin. *de Juspatron. part. 1. lib. 2. quæſt. 6. art. 6. num. 27., & 28.* Vivian. *in prax. juspatron. lib. 2. cap. 5. num. 5.* Barboſ. *de ĭſ. & pot. Ep. alleg. 70. num. 6.* Rot. *in* 1557. *num. 16 cor. Coccino, dec. 39. num. 15. cor. Nuut dec. 514. num. 9. & 10. par. 13. & dec. 163. num. 9. part. 17.*

Abſque dubio in caſu præſenti, quo vigore præfatorum Teſtium, audito Procuratore Fiſcali, prolata fuit ſententia ab Ordinario de anno 1643. declarans, competere dictum Juſpatronatus uti Laicale præfato Cardinali, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, quæ ſententia ſatis deſervit

2 pro juſtificatione juriſpatronatus. Rot. *dec. 220. num. 15. cor. Cerro, & dec. 445. n. 6., & dec. 258. num. 3. part. 9., & dec. 25. num. 7. part. 12.* juncta altera ſententia de anno 1657., qua conceſſa fuit Bernardino Ceccarello inſtitutio, uti præſen-

3 tato a dicto Cardinali. Rot. *dec. 165. n. 8. cor. Tritio. dec. 245. num. 21., & 84. part. 9. Et dec. 333. num. 5. part. 17.* Quæ ſententiæ magnitudinem ſumunt, eiſque omnino deferendum venit, dum in auctoritatem rei judicatæ tranſitum fecerunt.

4 Rot. *deciſ. 328. num. 38., & dec. 337. n. 1., cor. Tritio. Et in Nulana Beneficii 4. Julii 1675. §. Illarum, verſ. cum ex antiqua ſententia cet. hac num. Reatinen.* Tantoque certius, quia præfatus Ceccarellus præſentatus, pacifice poſſedit præfatam Eccleſiam per quadraginta fere annos abſque

5 ulla moleſtia Epiſcoporum pro tempore, neque in viſitationibus, neque extra. Si enim præfata Eccleſia non eſſet de jurepatronatus, non permiſiſſent Epiſcopi pro tempore eam obtinere a Bernardino præſentato, ſed Eccleſiæ libertatem vindicaſſent.

Neque adduci valet, quod per dictam ſententiam anno 1643. reſervatum fuerit tantum juſpatronatus honorificum, conſiſtens

6 in Inſcriptionibus, Armis, Imaginibus, Sedilium appoſitione, Paramentis, & Præcedentia in Proceſſionibus, de quibus Rot. *in dec. 62. & 82. in ſecunda cor. Cavalle*, ubi enim reſeruntur prærogativæ Patronatus honorifici, non autem jus præſentandi Rectorem; quia obſervarunt DD. quod in dicta ſententia præfatus Cardinalis appellatur Reædificator Eccleſiæ in totum, cum omnibus requiſitis neceſſariis pro acquirendo jurepatronatus Reædificatori, de quibus ſuperius §. *Deſumentes*, unde ſequitur, quod dum eadem ſententia reſervat juſpatronatus, in-

7 telligenda venit, etiam quoad jus præſentandi Rectorem, quod eſt Præeminentia, & fructus juriſpatronatus. Lambertin. *de Jurepatron. lib. 1. part. 1. art. 9. quæſt. 8. princ. num. 12.* Leo *Theſ. for. Eccleſ. par. 2. cap. 16. num. 71.* Rot. *deciſ. 455. num. 21. part. 10., & deciſ. 2. num. 5. part. 13.* De

8 jure autem, conſtructori Eccleſiæ (qualis etiam dicitur Reædificator. Gloſſ. *in c. cap. 3. de jurepatronat. verb. Fundatores, ubi Pignat. num. 54.*) competit etiam jus præſentandi, ſeu nominandi Rectorem Can.

9 *Monaſterium 16. quæſt. 7.*

Eoque fortius reflectendo, quod Ordinarius in eadem ſententia reſervavit juſpatronatus Cardinali ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, cum expreſſione quod eſſet Laicale; quæ declaratio neceſſario ſupponit jus præſentandi Rectorem, cum alias in jurepatronatus honorifico eſſet ſuperflua,

ſitu; ſolumque appoſi ſolet hujuſmodi expreſſio qualitatis Laicalis ad finem ex
10 mendi patronatum in futuris vacationibus a Regulis Cancellariæ, & ut Patronus in omnibus menſibus poſſit habere præſentationem Beneficii. Gonzal. *ad regul 8. Cancell gloſ 18 ſub num 2. verſ. aut etiam*, Corrad. *in prax. Benef. lib. 4. cap. 2. ſub num 60. verſ prater.* Card. de Luc. *de juspatron. diſc. 65. num 24.* Rot. *dec. 371. num. 19 cor. Cerro.*

Et ſi quod dubietas caderet ſuper interpretatione præfatæ ſententiæ, circa reſervationem juris præſentandi, ea penitus re-
11 movetur ex ſubſequuta obſervantia, vacatione nempe, quæ poſtea evenit de anno 1657 in qua, ut dictum eſt, præſentatus a Cardinali, inſtitutus ſuit per Ordinarium, & paſſifice poſſedit per 40 ferè annos, & uſque ad obitum.

Parum reſtagante, quod ad acquirendum juſpatronatus ex reædificatione requiratur, quod Eccleſia caſu deſolata ſit, non ve-
12 ro, ubi deſtruitur animo illam reædificandi ad tradita per *Petr. in d. cap. quoniam de jur. patron.* Catena *reſp. 28. num 1.* Gonzal. *ad reg. 8 gloſ 18. num 53* Card. de Luc. *de juspatron diſc 55 num 16.* Rot. *deciſ 514. num 7 part. 13*, quoniam in præſenti verſamur in caſu, quo Ec-
13 cleſia minabatur ruinam, & Cardinalis illam funditus deſtruxit, & novam conſtruxit, ac reædificavit a fundamentis, de expreſſo conſenſu Epiſcopi, & Rectoris dictæ Eccleſiæ, ac Civitatis Camerini, quibus concurrentibus acquiritur Reædificanti juſpatronatus licet Eccleſiam non caſu deſolatam, ſed adhuc ſtantem deſtruat, & novam reædificet § 1 *verſ. Si autem non ſuſſitat auth. ut nullus fabri. en Oratorii Domu. tollat* § *tit 17* & tenent Angelus Aretinus in *d. § 1.* Paul. de Citadin *de juspatron. part. 3. num. 41 verſ. & per iſtam.*

Quod procedit etiamſi reædificatio fiat ex eiſdem cæmentis, ſeu materia, quia adhuc
14 hoc caſu reædificans de Ordinarii conſenſu Eccleſiam per eum deſtructam, acquirit juſpatronatus, & deſinit eſſe Patronus, qui illam prius conſtruxit. Gloſ. in *d. cap. 3. de juspatron verb. Fundatoris, & ibid.* Fagnan. *num 58.*

Prout non urget, quod reparatio Eccleſiæ debuiſſet fieri ex eleemoſynis, & contributione Parochi, ac Populi. Concil. Trid. *Seſſ 21 de reform. cap. 7*, Card. de Luc. *in adnot. ad idem Concilium diſc 17 num. 8., & in Miſcellan. Eccleſ. diſc. 19.* Rot. *dec. 63. num 1, & a cor. Nunez*, quæ in ſuperdicta ſententia Ordinarii anni 1653.
15 in judicatum tranſacta, expreſſe dicitur, ſufficientes Eccleſiæ Parochialis fructus non adfuiſſe, & Parochianos tot ſumptus ferre non valuiſſe.

De voluntate autem præfati Cardinalis acquirendi dictum juſpatronatus, & jus præſentandi Rectorem, ſatis conſtare viſum eſt ex ipſa, quod in reædificatione, ac in
16 petitione facta coram Ordinario ad reædificandum, illud expreſſe non remiſit. *Cap. ſignificavit 41. de Teſtibus cap. nobis 25 de juspatron. lib. 1. quæſt 1. art 4. num 12 verſ tenendo.* Corrad. *in prax. benef. lib. 4. cap. 4. num 29.* Lotter *de re benef lib. 2. quæſ. 7 num 4.* Card de Luc. *de juspatron. diſc. 55 num 3.* Adden. ad Buratt *dec 1 num 14.* Rot *deciſ 147. n 1. dec. 135 num. 5. cor. Durano, dec 693. num. 8 cor. Millo., & deciſ 249 n 7. part. 9.* Præterea quia ſtatim ſe reædificationem complevit, petiit coram Ordinario, citato Procuratore Fiſcali, declarari ſibi competere juſpatronatus, quod obtinuit, cum poſſeſſione inde ſecuta præſentandi Rectorem.

Quæ omnia eo facilius procedere viſa ſunt, attento quod verſamur in judicio ſummariiſſimo poſſeſſorio, & ſuſpenſo petitorio: quo caſu ad effectum manutentionis in poſſeſſione præſentandi, ſufficit unica præſentatio effectum ſortita, etiam contra Ordinarium prætendentem liberta-
17 tem Beneficii, & ſignanter quæ ex ſupradeductis docetur de titulo legitimo adacquirendum juſpatronatus. Rot. *dec. 370. num 1, cor. Greg XV. dec 23. num 9. tu. Ducant dec 270. num. 10. cor Cerro, & in Olomucen. Juriſdictionis 19. Jan., & 15 Jun. ſuperioris anni* R. P. D. *meo* Muto, *confirmata die 5. currentis menſis cor. me.*

Ex quibus de plano ſequitur reſolutio quoad ſecundam partem dubii, circa inſtitutionem Antonii Franciſci præſentati, cujus idoneitas non controvertitur.

Et ita alterā tantum &c.

R. P. D.

R. P. D. MOLINES.

OLOMUCEN. JURISDICTIONIS.

Mercurii 5. Maii 1695.

ARGUMENTUM.

In hac Deciſione late explicatur, quando pro obtinenda manutentione contra Epiſcopum in poſſeſſione præſentandi, requiratur, quod Patronus doceat de Titulo.

SUMMARIUM.

1 Epiſcopo vigore aſſiſtentiæ Juris, etiam non probato actu poſſeſſorio, competit manutentio in Jure conferendi.

2 Contra Ordinarium non ſufficit quaſi poſſeſſio præſentandi, ſed requiritur juſtificatio tituli etiam in poſſeſſorio.

Declara. ut in num. 11. 12 13 14, & 15.

3 Idem procedit in Jure viſitandi.

Declara. ut in num. 11. 13. 14.

4 Atque etiam in viſitatione quoad ſimplex gubernium temporale.

Declara. ut in num. 15.

5 Idemque etiam procedit quoad Jus deſcribendi, obſignandi, & diſtribuendi Bona relicta a Sacerdotibus Secularibus.

6., & 7. Dicto de poſſeſſione debetur Patroni manutentio, etiam contra Ordinarium.

8 Citatio non requiritur, ſi citandus ſe habuit pro certiorato.

9 Dicta Teſtium in poſſeſſorio non ſunt ita cribranda.

10 Præſertim ſi ſunt adminiculati Teſtes.

16 Equites Religionis Hieroſolymitanæ ſunt Perſonæ vere Religioſæ, & Regulares.

17 Uſurpatio Patronatus non præſumitur in Regularibus.

18 Quamvis habeant dominium temporale.

19 Et habeant cauſam a Laicis.

20. & 21 Præſumptio uſurpationis ceſſat inter Perſonas æque potentes

DECISIO XXXIII.

Defenſores Rmi Principis Olomucen., cum non acquieſcerent reſolutionibus captis ſub diebus 19 Januarii, & 5 Junii ſuperioris Anni coram R. P. D. meo Molines ubi dictum fuit, non eſſe exequendum mandatum de manutenendo eumdem Epiſcopo conceſſum libere conferendi controverſas Parochias, nec non viſitandi, & quamdam Juriſdictionem exercendi in duabus Commendis, ſeu Dynaſtiis Freudenthen, & Bulbergen, ſed manutentionem concedendam eſſe Inclito Ordini Theutonico in quaſi poſſeſſione præſentandi Sacerdotes ad dictas Parochias, & eas viſitandi in temporalibus, & deſcribendi, & obſignandi Bona Parochorum Defunctorum, cum aſſiſtentia Miniſtri deputandi ab Epiſcopo, obtinuerunt nuper Signaturam Juſtitiæ a qua impetrarunt novam commiſſionem appellationis cum clauſula = *Alteri cum facultate Manutenendi, quem de jure* =, ad cujus commiſſionis tenorem præſcriptum, dedi Dubium = *An, & cui ſit dicenda manutentio* = quam deberi præfato Rmo Epiſcopo adducebant ſcribentes pro illo.

Primo reſpectu juris conferendi dictas Parochias propter aſſiſtentiam Juris, quam 1 habet Epiſcopus in tota ſua Diœceſi (in qua hæ ſunt poſitæ Commendæ, ut non controvertitur), cujus vigore, etiam non probato aliquo actu poſſeſſorio per ipſum exercito competit, illi manutentio, ex firmatis per *Barboſ. de off. & pot. Epiſc. part. 3., alleg. 117 num. 13., & 14.*, *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 1. num. 18.*, *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 21. num. 4.* *Rota Deciſ. 140., & 416 num. 3., coram Buratt.*, *& Deciſ. 983. num. 1., & 2. p. 14., cum aliis late deductis in Gerunden. Juriſdictionis ſuper manutentione §. Et ex hac, coram me, & in Salisburgen. Juris Metropolitici 16. Novemb. 1691. §. quæ optime cor. R. P. D. meo Priolo.*

Præſertim quia de poſſeſſione dicti Ordinis legitime non conſtare dicebatur, cum ſcripturæ non fuerint legitime compulſatæ, & Teſtes patiantur plures exceptiones, tum quia ſunt Ruſtici, ac Vaſſalli, ſeu Famuli dicti Ordinis, tum quia non reddunt cauſam ſcientiæ.

Et quamvis decerneretur pro parte dicti Ordinis de poſſeſſione præſentandi, id tamen non relevaret, ut obtinere valeat manutentionem

tionem in tali poſſeſſione, dum in præſenti controvertitur exiſtentia Juriſpatronatus cum Ordinario exiſtente in lite, & contendente libertatem beneficiorum, quo caſu ſola quaſi poſſeſſio præſentandi non docto de titulo fundationis, ſeu dotationis, non tribuat manutentionem, cum hoc caſu Concil. Trid. *Seſſ. 25. de Ref. 14. pit. 9* irritaverit modum poſſeſſionem, adeout eædem juſtificationes, quæ exiguntur in petitorio circa probationem Juriſpatronatus, requirantur etiam in poſſeſ-
2 ſione pro obtinenda manutentione in poſſeſſione præſentandi contra Ordinarium. Fagnan. *in cap. conſultationibus de Jurepatronatu e num. 8 ad num. 15., ubi hoc confirmat ad d. Concil. Trid. sod. cap. 9. verb. accedatur* Pax Jordan. *Lucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 7. de Jurepatronat. num. 68.* Garz. *de benef. part. 5. cap. 5. e num. 137 ad num. 143.* Tondut. *quaſt. benef. par. 1. cap. 87. num. 6., & part. 2. cap. 4. §. 9. num. 9., & 10.* Poſth. *de manut. obſerv. 31. n. 26., & 27.* Gonzal. *ad regul. 8. cancellar. gloſſ. 18. n. 23.* Vivian. *de Jurepat. part. 2. lib. 5. cap. 4. num. 38. verſ. hodie certum, & lib. 12. cap. 5. num. 16.* Salgad. *de liberat. benef. art. 4. per tot., & præſertim num. 4., & 5. prope fin., & art. 14. e num. 3 ad num. 15.* Gratian. *contr. 107. num. 74.* Ricc. *in prax. Juriſpr. eccl. deciſ. 153. num. 47 part. 1., & collect. 3998. verſ. Et primo quid.* Rotæ *dec. 40. num. 3. coram Millin. dec. 461. num. 1., & 464. n. 1. cor. Cerro. dec. 1377. num. 3. tor. Pana, ubi in addit. litt. B., & F. dec. 125. n. 1. part. 4. recent. dec. 131. num. 6. part. 3. recent. deciſ. 197. e num. 41. ad num. 48. part. 5. deciſ. 1395. num. 5. cor. Strozz., & apud Merlin. de commiſſ. part. 1. fol. 1054. n. 1.* Pignatel. *tom. 9 conſul. 81 num. 10. et 18. et. & 30*

Secundo, reſpectu juris viſitandi, tum quia Ordo non docet de poſſeſſione, ex Teſtibus vigore remiſſoriæ Rotalis examinatis, cum patiantur plures exceptiones ſupra deductas in § præcedent., tum etiam quia non docetur de legitimo titulo,
3 cujus exhibitio neceſſaria dicebatur, etenim, quod jus aſſiſtit, nempe Concil. Trid. *Seſſ. 24. de Ref. cap. 3. ibi = Patroni vero ſe ibi quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, nullatenus ſe præſumant ingerere, neque viſitationi ornamentorum Eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium, ſeu Fabricarum proventibus imdiſcant = Poſſ. ſentia de offic. et fact. homin. tom. 2. quæſtion. 187. art. 4 num. 182.* Franc. *cer. c. 16. num. 31.* Rot. *deciſ. 370., & deciſ. 404. etrobique cum. 1. tor. Greg. XV. & deciſ. 187. cem. 8. poſt Trid. de manut. quamvis Patronus intendat viſitare quoad ſimplex gubernium temporale, non vero in Spiritualibus. Fettin ad d. Concil. cap. 3 vec. Et Fabricarum redditus, et orib. Prout ſi-* Tamus Seneclas

bi magis expedire, et ibi etiam Barboſ. *verb. Fabricarum redditus num. 45.* Nicol. *miſc. tom. 2. lib. 3. tit. 39. num. 9., et in Flaſcul. verb. viſitatio ordinaria n. 8.* Ricc. *deciſ. 163. e num. 84. part. 1.*

Tertio, quoad jus deſcribendi, obſignandi, & diſtribuendi Bona relicta a Sacerdotibus Sæcularibus, manutentionem non eſſe concedendam Ordini, quia in hoc pariter jus
5 aſſiſtit Epiſcopo. *Cap. cum dilectus 3. de ſucceſſione ab inteſt. cap. ult. de pecul. Clericor. cap. cum olim, de verbor. ſignific.* Gemmin. *in prax. Cur. Archiep. Neapol. cap. 79.*, præſertim in Terris Germaniæ ubi Epiſcopi dant Clericis facultatem teſtandi, & quando decedunt inteſtati ipſi Epiſcopi ſuccedunt. Menſ. *de Teſtam. cl. 13. quæſt. 8 num. 30.* Quod etiam confirmatur ex reſolutionibus Cleri Leodienſis anni 1446, ex quibus deducebatur Epiſcoporum Olomucen. debere diſtribuere, ac deſcribere Bona Parochorum Defunctorum, non autem Miniſtros præfati Ordinis.

Verum, his minime refragantibus, Domini iterum cenſuerunt = *MANUTENENDUM ESSE ORDINEM TAM IN POSSESSIONE PRÆSENTANDI PAROCHOS AD CONTROVERSAS PAROCHIAS, QUAM VISITANDI IN TEMPORALIBUS ISTARUM ECCLESIAS, ET DEMUM DESCRIBENDI, OBLIGANDI, ET DISTRIBUENDI BONA PAROCHORUM DEFUNCTORUM, UT DISTRIBUANTUR INTER EORUM HÆREDES VEL IN PIAS CAUSAS EROGENTUR, ASSISTENTE TAMEN OFFICIALI AB EPISCOPO DEPUTANDO.*

Quatenus enim pertinet ad manutentionem in poſſeſſione præſentandi ad controverſas Parochias, tunc Ordini debere Domini exiſtimarunt, eo quia juſtificat ſuam poſſeſſionem præſentandi ab anno 1629 uſque ad tempus motæ litis, ut patet ex quamplurimis præſentationibus continuatis, & effectum ſortitis, nec non ex Teſtibus id affirmantibus, ac etiam ex pluribus confeſſionibus Epiſcoporum Olomucen., abſque eo quod pro parte Epiſcopi ulla afferatur libera collatio, quibus concurrentibus, manutentio debetur Patro-
6 no in poſſeſſione præſentandi. Poſth. *de manut. obſerv. 18. num. 26 iem ſeq.* Vivian. *de Jurepatron. part. 2. lib. 5 cap. 2. num. 11.* Barboſ. *ad cap. conſultationibus de Jurepatr.* Rot. *dec. 117. num. 3. rec. Cavrier. deciſ. 174. n. 2. part. 2. recen. ubi in Deciſ. & P. D. meo Meil elegante in prima ſ. conſtat, et in ſecunda § ſic quoque.*

Quibus poſitis, non refragatur aſſiſtentia juris militans favore Epiſcopi pro libertate beneficiorum, ut ei tribuatur manutentio; quia quando Patronus reperitur in poſſeſſione præſentandi, præſertim ex pluribus præſentationibus effectuatis cum ſucceſſiva inſtitutione, tunc debetur manutentio præſentanti, & ſola aſſiſtentia juris

 viti

mi attenuata ex prædicta præſentationibus nihil operatur. Garz. de benef. par. 5. cap 5. num 59. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 45. §. Secunda num 2. Gratian. diſcept. 113. num. 31. Rota penes Garz. de benef. d. cap 5. num. 60., & apud Poſth. de manut. deciſ. 400. num. 21., & ſeq., & deciſ. 657. num 3., & 9. & 10. Duran. deciſ. 23. num. 7., & cor. Cerro deciſ. 270. num. 1, & ſeq.

Perperam autem impugnati viſa ſunt documenta præſentationum, & inſinuationum adducti pro parte Ordinis, cum illa extracta fuerint prævia compulſoria noſtri Tribunalis, ſervatis ſervandis, & defectus citationis nihil operari valet, quia Ordinarius pro certiorato ſe habere debet, 8 eo merito, ſuper quo citari debuerat, quod ſufficit, ut ex Deciſioni 94. num 6. cor. Gregor. & dec. 414. num. 12 par. 5. dictum fuit in ſecunda dec. R. P. D. mei Maiſ. §. De aliis vero. Exceptiones vero contra Teſtes, ultra quod non probantur in facto, non videbantur relevare, cum non ſint 9 ideo rigoroſe attendendæ probationes inductæ pro parte Ordinis, dum agitur in ſummariiſſimo poſſeſſorio, ut habetur in Sotima Manutentionis 27. Junii 1692. §. Neque cum Rdi tributura Decreto Tantomagis quia dicta Teſtium ſunt adminiculata ex tot inſtitutionibus & generatis 10 conceſſionibus Epiſcoporum pro tempore, ut in prima Deciſione R. P. D. mei Maiſ. §. & quod Cr.

Neque in præſenti caſu ad obtinendam manutentionem in poſſeſſione præſentandi neceſſe eſt, quod Ordo ultra poſſeſſionem exhibeat etiam titulum Iuſpatronatus ex cauſa dotationis, vel fundationis, ut deducebant ſcribentes pro Epiſcopo ex Iuribus ſupra allegatis in §. Et quamvis, quia verba Concilii in d. Cap. 9. ibi = Iiſi tam quaſi poſſeſſionem inde ſecuta ec. =, intelligenda ſunt dum-11 taxat, quando verſamur inter Potentes ob præſumptionem uſurpationis, vel quando ſumus in Iuſpatronatum acquiſito ex privilegio, vel alio titulo ibi per Concilium reprobato, non autem ex titulis dotationis, ſeu fundationis a Concilio approbatis, ut patet ex illis verbis ibi = Reliqua Patronatus omnia ii, ſeu facultates, ut privilegia conceſſa tam in Iurepatronatus, quam alio quocumque pro nominandi, eligendi, et præſentandi ad ea, cum vacant, &c., in totum penitus abrogata, et irrita cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta intelligantur = Ex quibus verbis reſultat, Concilium non ſanctiſſe quaſi poſſeſſionem in titulis dotationis, & fundationis, quos antea in initio capitis adprobaverat ad probandum Iuſpatronatus, ſed ſolum, quando in Patronatu audit præſumptio uſurpationis vel deducitur ex privilegio, vel aliis titulis, quos Concilium reprobavit. Vivian. prat. 2. lib. 3. cap. 4. num 40. Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 18. num. 23. Garz. part. 5. cap. 9. num. 113., 11 116. Barboſ. ad d. cap. 9. Conc. num. 68, Rot. dec. 300. num. 1. Rot. Dec. 287. n. 3. cor. Coccin. Deciſ. 1395. num. 4. cor. Seraph. deciſ. 197. a num. 42. ad num. 49., et deciſ. 505. num. 7., et 8. part. 5., & in hoc ſenſu procedunt Doctores in objecto allegati, quod nempe poſſeſſio præſentandi non ſuffragatur pro manutentione, quando 12 allegatur a Perſona potenti, vel pendet a privilegio, ſeu alio titulo per Concilium reprobato non autem ex titulis dotationis, vel fundationis per Concilium admiſſis. Rot. d. deciſion. 197. num. 41. et 42. & dicta deciſ. 505. num. 7. et 8. part. 5. et latè in Secunda dec. R. P. D. mei Maiſ. §. Hinc ſtatim, cum ſeq.

Præterea, ubi, ut in caſu, poſſeſſio præſentandi non deducitur ex titulo reprobato per Concilium, neque illegitur contra Ordinarium pro confirmando titulo Iuſpatronatus in petitorio, vel poſſeſſorio plenario, ſed ſolum in iudicio mero ſummariiſſimo poſſeſſorio, imo etiam poſt Concilium, poſſeſſio ſuffragatur ad obtinendam manutentionem contra Ordinarium, etiam abſque juſtificatione tituli, 13 ut diſtinguendo dixit Rot. dec. 505. n. 7. et 8. et dec. 509. num. 5. part. 5. tom. 2. Et in his præciſis terminis ſummariiſſimæ poſſeſſionis inter Ordinarium, & Patronum, noſtrum Tribunal paſſim conſuevit concedere manutentionem Patrono in poſſeſſione præſentandi etiam poſt Concilium, & non docto de Titulo, ut habetur in Deciſioni 499. num. 3. deciſ. 575. num. 1. et 10. cor. Seraph. deciſ. 656. cor. Cavalier. dec. 657. præſertim num. 9. apud Poſth. de manut. deciſ. 645. cor. Merlin. deciſ. 270. num. 2. cor. Cerro, deciſ. 23. num. 7. coram Duran. Deciſ. 251. num. 4. ad 8. part. 10. et in Dec., quam refert Garz. de Benef. part. 5. cap. 5. num. 60., cum aliis allegatis per Poſth. de manut. obſerv. 16. numer. 17.

Quæ eo magis procedere viſa ſunt, ſtantibus reiteratis confeſſionibus Epiſcoporum Olomucen., & ſignanter moderni, de hoc Patronatu favore Ordinis, cum proinde 14 tunc certius manutenendus eſt poſſeſſor. Rot. dec. 649. num. 11. verſ. præſertim vero, et ſeqq., et deciſ. 74. num. 10. cor. Duran., et deciſ. 234. numero 4. et ſeq. cor. Cerro, dec. 138. num. 2. et ſeq. cor. Molin. et deciſ. 8. num. 7. verſ. apparuero, et deciſ. 136. num. 24. et ſeq. part. 19.

Rurſus ceſſit in præſenti caſu ſuſpicio uſurpationis, cum non agatur de Perſona potentibus ſuſpecta de uſurpatione, in quibus, ut diximus ante, requiritur rigoroſa probatio Juriſpatronatus, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, itaut non ſufficiat docere de quaſi poſſeſſione præſen-

15 ſentandi ad effectum manutentionis, quia Concilium in hac parte ſubſolit omnem poſſeſſionem non docto de titulo. *Deciſion.* 756. num. 3. *verſ. unde ſequitur par* 1. *recent.*, dec. 197. a num. 41. ad 47., *et dec.* 505. *num.* 7. *part.* 5., dec. 242. num. 2. *verſ. quæ probatio* tom. Orig. XV., dec. 1395. num. 4. cor. *Seraph.* Barboſ. *de offic.*, & *pot. Ep. part.* 3. *alleg.* 72. *num.* 54., *verſ. probatio*, ſed agitur inter Eccleſiaſticos, & Regulares, quales ſunt procul dubio Equites dicti Ordinis Theutonici, ut ſupponitur in Decisionibus in hac cauſa emanatis favore Ordinum, & probatur in ſecunda Deciſ. § 2. o. *mel Atril.* 5. *Non* non *videtur* & clarius reſultat ex confeſſione ipſius Ordinarii, qui ſemper inficit, non poſſe deputari Sacerdotes hujus Ordinis uti Regulares, idque etiam reſultat, ex quo eidem Ordini communicata fuerunt omnia privilegia Sacræ Religionis Jeroſolymitanæ conſtitutæ ex

16 Perſonis vere Religioſis, & Regularibus. Rot. *deciſ.* 194. num. 1. *cor. Merlino*, & *dec.* 306. num. 7. *cor. Durano*, qua concurrente qualitate Regularitatis, excludi-

17 tur præſumptio uſurpationis. Barboſ. *ad d. alleg.* 9. *Conſilii num.* 46. *ac mod.*, *in de aliis*, *in pot. Ep. part.* 3. *alleg.* 72. n. 64. *la fer.* Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 9. *n.* 5. Rot. *dec.* 34. *apud Mohedan.*, *in dec.* 413. *n.* 5.

Abſque eo quod vim fieri poſſit in jurisdictione Sæculari, & dominio temporali reſidenti penes dictum Ordinem in loca commendæ, quodque iſte cauſæ habeat a prima ipſius Lucia, itaut ſuſpicio quæ contra illos urgebat, continuet etiam contra dictum Ordinem, qui proinde arcetur probare titulum Patronatus non reprobatum a Concilio, ultra poſſeſſionem præſentandi. Etenim prima pars objecti removetur, reflectendo, quod in Perſonis Eccleſiaſticis habentibus etiam dominium temporale in Locis, ubi ſita

18 ſunt beneficia non cadit præſumptio uſurpationis. Barboſ. *ubi ſupra num.* 46., & De Luc. *d. diſc.* 5. *num.* 5., & *dec.* 322. num. 18. *part.* 10. Quo vero ad ſecundam partem patet reſponſio, ex quo poſtquam Dominium devenit ad Perſonas Eccleſiaſticas, & Regulares, iſtæ per plures annos continuarunt præſentare, abſque eo quod Epiſcopi pro tempore aſſertam libertatem Eccleſiarum vindicare curaverint, quo fit, non eſſe habendam in conſideratione, quod Eccleſiaſticæ cauſam ha-

19 beant a Perſonis Laicis, & Potentibus, ut advertit Rot. *dec.* 401. *num.* 12. *par.* 5. & *dec.* 321. *num.* 11. *part.* 10. Et deciſio Toletana Juriſpatronatus 8. *Junii* 1663. *cor. bon. mem.* Albergato, non applicatur, quia loquitur in caſu contrario, quando nempe Princeps Laicus prætendit evitare uſurpationem, ex qua ſucceſſerat Ordinis Regulam.

Tantoque certius hæc procedere viſa ſunt, quia Epiſcopi Olomucenſes ſunt Principes majoris, vel æqualis potentiæ, quam ſit

20 Ordo Theutonicus, quo caſu locum ſibi non vindicat præſumpta uſurpatio contra Ordinum. Fagnan. *in Cap. Quæ clam a numero* 14. *uſque ad fin. de electione.* Spada *conſ.* 10. *per tot. lib.* 3. Card. de Luca *de Jurepatron. diſc.* 18. *num.* 30. *verſ. quia ſine dec.* 413. *num.* 5. *tit. Duran.*, & *d. dec.* 321. *a num.* 18. *ad* 21. *par.* 10., & *in Tolitana Decimarum de Capilla* 9. *Julii* 1692. § *nihil aſſiſt. cor. bon. mem. Ansbaldo.* Nec hit contrariatur *dec.* 199. *num.* 2. *part.* 2. *diverſor.*, ubi non obſtante, quod

21 Epiſcopus Sabinen. eſſet Potens, quia Cardinalis, adhuc in principe Laico de familia Urſina dictum fuit intrare timorem uſurpationis, quia reſolutio proceſſit, ex quo Cardinalis Epiſcopus Sabinen. non reſidebat in Epiſcopatu, ob abſentiam Summi Pontificis ab Urbe, ejuſque reſidentiam Avenione, ubi Cardinales cum Pontifice morabantur.

Quo vero ad jus viſitandi controverſas Parochiales in temporalibus, moti ſunt DD. concedere manutentionem præfato Ordini, quia conſtitit ex Teſtibus vigore Remiſſoriæ Rotalis examinatis, eum reperiri in tali antiquiſſima poſſeſſione; qua

22 poſita, procul dubio eſt manutenendus. Rot. *dec.* 74. *num.* 6. *cor. Duran.*, & *dec.* 731. *num.* 6. *part.* 19. & *deciſ.* 93. *num.* 11. *tit. Ubald.*; & exceptiones contra præfatos Teſtes oppoſitas non eſſe attendendas, ex rationibus ſupra deductis in § *Perpetuam* 11.

Nec auſtant debet dictus Ordo ad exhibitionem Tituli, quia viſitatio ab eo prætenſa non habet contra ſe reſiſtentiam juris, cum non tangat Sacramentalia, quod proprie prohibetur, & irritatur a Concilio *Seſſ.* 24. *de ref. cap.* 3., ſed ſolum prætenditur quoad temporalem adminiſtrationem. Et licet in *d. cap.* 3. *in fine* ſubdatur, quod Patroni non ſe immiſceant provantibus Bonorum ſtabilium, ſeu Fabricarum Eccleſiæ, non inde ſequitur, quod in hoc caſu non poſſit manuteneri Ordo in dicta poſſeſſione; quia non intendit ſe immiſceare in figura viſitationis authoritativæ, & ad excluſionem Epiſcopi, ſed cum aſſiſtentia officialis ab ipſo Epiſcopo deputandi, & tantum pro ſimplici perquiſitione pro Ordinis indemnitate in temporalibus, ratione ipſius intereſſe, quæ vi-

23 ſitatio non videtur a Concilio prohibita; quemadmodum, licet in *Seſſ.* 12. *de ref. cap.* 9. mandet, redditionem rationis a fabrica ſupereſſitatis pendentem, ſoli Epiſcopo eſſe faciendam, non inde tamen cenſetur prohibita redditio rationis, quæ ſecundario fit aliis intereſſe habentibus pro eorum indemnitate. Rot. *dec.* 214. *n.* 8. & 9. *cum ibi allegatis part.* 17. Ulterius

Tom. Secundus.

Concilium tam *in Seſſ. 22. de reform. cap. 9.*, quam *in Seſſ. 24. de reform. cap. 3.* expreſſa excipit contrariam legem fundationis, & inſtitutionis, ac conſuetudinem, & privilegium, injungens, quod his exiſtat ratio reddi poſſit aliis cum interventu Ordinarii, & tandem in omni caſu, negari non poteſt, quin dubium
24 ſit, an jus reſiſtit, necne, quo ſtante, donec Titulus diſcutiatur in petitorio, Ordo, qui in poſſeſſione reperitur, manutenendus venit. *dec. 424. num. 3. cor. Gregor. 11 dec. 74. num. 8. cor. Duran. , 12 deciſ. 493. num. 10. par. Ibid.*
Eiſdemque rationibus DD exiſtimarunt, dandam eſſe manutentionem prædicto Ordini cir-
25 ca jus obſignandi, ac diſtribuendi Bona Parochorum Defunctorum hæreditat, vel ad Pios cauſas.

Et ita utraque &c.

R. P. D. URSINO
AUGUSTANA JURISPATRONATUS

Lunæ 6. Februarii 1696.

ARGUMENTUM.

Patronus poteſt prætendere jus retinendi nedum Claves Eccleſiæ patronatæ, ſed etiam Sacrarum Supellectilium, ac etiam adminiſtrandi redditus Eccleſiæ, dummodo petatur per viam Cuſtodiæ, *non vero per modum* ſpiritualis dominii.

SUMMARIUM.

1 Spoliatus ſuccurritur remedio reintegrationis.
2 Et reintegratio ejus favore decernitur ad omnia jura, quæ habebat, quacumque exceptione rejecta, benè illa conſiſtent in renunciatione juris pro ſpolio competentis.
3 Spoliatus reintegratur abſque ulla tituli probatione.
4 Etiamſi ſpoliatus injuſte poſſediſſet.
5 Clavium retentio dinumeratur inter jura Patronalia.
6 Patronus Laicus non poteſt retinere Claves Eccleſiæ Patronatæ per modum ſpiritualis dominii.
7 Bene vero pro cuſtodia, defenſione & ſecuritate.
8 Acceſſorium ſequi debet naturam principalis, a quo dependit, et num. 9.
9 Hæredes ſpoliati reintegrari debent ad omnia jura defuncti.
10 Neque de titulo, aut bono jure eſt inquirendum, ſed ad judicium petitorii reſervanda.
11 Patrono Laico competit de jure adminiſtratio temporalis redditum Eccleſiæ per viam cuſtodiæ.
12 Fundator valet in traditione acquiſitionis Patronatus omnes conditiones apponere & pacta, licet juri repugnarent.
13 Ea, quæ in fundatione demandata fuere, non poſſunt per Ordinarios ſubverti, ſed ad unguem ſunt adimplenda.
14 In judicio ſpolii omnia in priſtinum reponi debent reſecatis innovationibus.
15 Epiſcopus non poteſt Eccleſiam patronatam monaſterium afficere.
16 Quod quod cum oblationibus peragitur audit ſub jure Patronorum ſi hujuſmodi oblationes in fundatione a Fundatore fuerint deſtinatæ.
17 Ignorantia in hæredibus præſumitur.
18 Renunciatio alicui non poteſt ſi non probetur ſcientia juris, quod habet ei, qui renunciationem explet.
19 Spolium violentum quomodo purgandum.

DECISIO XXXIV.

CUM diverſum fuerit ſortita judicium in binis reſolutionibus coram Me editis ſub diebus 31 Jan. & 10. Junii anni præteriti, inſtituta reintegratione promota a Barone Franciſco Antonio de Imhoff Patrono, ac jure Patronalis Capellæ Beatæ Mariæ Virginis Auxiliatricis in campo Lyco, quibus ſpoliatus Reperitur ejus antiq exiſtens uſque ab anno 1624. a Miniſtris Epiſcopalibus Auguſtanis, hodie libratis utriuſque deciſionis fundamentis, attenta ſunt minus habere illa poſteriora, quæ limitate reintegrationem concedebant ad certa deſignata jura, aliis denegatis, ac reſpective prævalentiam ea, quibus prior Deciſio indefinita reintegrationem admittere nitebatur, quibus proinde Patres ſub congruo dubio requiſiti inhærere voluerunt reſcripto = *IN PRIMO LOCO DECISIS* =.

Re namque diſtincte pertractata, ac diviſis juribus, in quibus utraque Deciſio concordat, ab aliis reſolutionem diverſificantibus,

bus, contentio ſiſtebat. *Primo* in reintegratione ad Patronatum, ac cætera quia illius conſecutiva, & acceſſoria ex juris, vel legitimæ conſuetudinis miniſterio. *Secundo* in attentione Clavium Eccleſiæ, ſeu Capellæ. *Tertio* in aſſervatione Clavium ſacrarum Supellectilium, & adminiſtratione Oblationum. Et *quarto* in expetita reintegratione ad Moniſterium prope Cappellam extructum, & inhabitatum a Patribus Minoribus de Obſervantia. Quibus omnibus inſpectionibus particulariter examinatis ſub ſacto altius repetito, ac juribus noviter hodie productis conſuto, Actor non tantum in primo ſtatu eſt victor compos, juxta ſenſum poſterioris reſolutionis, ſed in omnibus æque Reintegrationis expoſtulatum remedium ſibi decidi obtinuit, ex rationibus in ſua peculiari claſſe, & methodo inferius referendis.

Et exordiendo a Patronatu juribuſque ei legitime ſuccedaneis, res omni vacabat difficultate, quia hodie verificato ab initio primo extremo pertinentiæ controverſi juris honorifici ex reſolutione capta in hac met audientia ſuper præcedenti dubio illud concernente, confirmatum deinceps Procerum uniformium ſuper poſſeſſione Regiæ, ac ſpolio ab ea paſſo, ulterius controverſia non promovebatur, cum re vera a documentis recenſitis in prima Deciſione § *conſtitus quippe* & *ſeqq.* ubi usque ab objectis vindicatis in ſecunda § *quo* *nempe ad patronatum pariter non ſeqtuntur*, tranſiret in evidentiam quod iterum per Miniſtros Epiſcopales e legitima Cappellæ poſſeſſione violenter ejecti Patroni, quibus idcirco ope Reintegrationis

1 ſuccurrendum eſſe, clamat *Textus in cap. 1. & tot. tit. de reſtitut. Spoliat.* & Innocent. *in cap. cum olim num 3. de elect. & Rota coram Priolo dec 49 num 12. 43. & alibi ſæpe obvia.*

In conſequentiam autem Reintegrationis ad jura patronalia conſurgit reſtitutio Clavium Eccleſiæ, ſeu Capellæ, tam inſpecta privilegiata natura judicii, quam bono jure Patroni aſſiſtente pro illorum conſecutione. Et quidem penſata judicii reintegrativi qualitate, cum plenaſſime verificatum fuerit, claves Cappellæ ante ſpolium paſſum extitiſſe penes Regiam ſuam dapiferum, imo & de tempore præteriti ſpolii ex reiteratis confeſſionibus tam Vicarii Epiſcopalis, qui in actu judicialis præſentationis ſaſſus fuit Regem expoſtulaſſe claves Cappellæ & *Æſtum*. *Summ Summarii illorum de turbat. num 8.* quam ipſiumet Epiſcopi, qui ſtetia ſpecialibus eas expetiit, & ſuo Suffraganeo tradi poſtulavit ſeptem diebus ante ſpolii conſumationem, *Transitus ſumm. Epiſcopi n. 5.* Unde initiat notoria propoſitio, ad reintegrationem aſſequendam ſpoliatos in omnibus, & per omnia priori jure reſtituendos eſſe, quibuſcumque exceptionibus ad petitorium rejectis, ut

2 ex littera *Text. in cap. ſæpe de Reſtitut. ſpoliat.* tradunt Bald. *eodem tit. cap. 1. in princip.* Peregrin. *conſ 133. n. 1. & ſeqq. tom. 5.* Cyriac. *controv. 389. n. 32.* ubi ampliatur propoſitio, etiamſi exceptio eſſet renunciationis ſpolii. Et ratio eſt, quia in odium ſpoliantis in hoc judicio reintegrandæ ſufficit tantum probare ſpoliata extrema ut reintegratio ſit concedenda ad ſtatum, abſque ulteriori inda-

3 gine tituli, poſſeſſionis, vel ſpolii, ut bene firmat *Addan. ad Ludovic. dec. 541. num 12. ubi alleg.* ac etiam in terminis injuſtæ poſſeſſionis ſpoliati Craveti.

4 *conſ 140. n. 2* Peregr. *d. conſ. 133 n. 1. & ſeqq. &* Bolt. *de plurib. ultim. t. n. 43.*

Idem autem emicat ex juris diſpoſitione, quia retentio Clavium enumeratur inter jura

5 patronalia, ex deducto a Rota in *Fanen Eccleſiæ, ſeu clavium 5. Junii 1688 § Fortaſſis autem non Reverendiſſimo Domini*, quæ præeminentia licet ex diſpoſitione Sac. Canonum videatur incompetere Patronis Laicis; id tamen procedit in retentione earum per modum *ſpiritualis domini*, quod Laicis incongruit in quibus terminis loquuntur ſibi vindicant dicta Innoc. Faguan. aliorumque ſcribentium in *cap. cum non de*

6 *Offic. Ordinar.* & loquitur Lambertin. *de Jurepatr. part. 2. lib. 2. quæſt. 1. art. 19. verſ ſed Eccleſia præmiſſa & num 10. & ſeqq.* Vivian. *eod. tract. part. 12. lib. 7. cap. 8. num 1. & a* Tondut. *Reſol. benef. part. 1. cap. 63. a num. 12. ad 16.* ſecus

7 tamen eſt, quando expoſtulatur uti quid temporale, & honorificum omnino diſtinctum a Dominio & per *modum miſeri cuſtodis, defenſionis, ac ſecuritatis propriarum Eccleſiarum*, nam eo caſu, excluſo titulo domini, quem in rebus ſacris Laici ſortiri non valent, retentio Clavium *ad cuſtodiam* Patronis etiam Laicis conceditur, ut de communi Orbis conſuetudine teſtatur Fort. *de pall. Futur. ſacerd. lib. 3. cap. 1. n. 310. & ſeqq.* Card. de Luca *de Præminent. diſc. 40. in princip. & num 8.* nisi obſtet decretum Sacræ Congregationis Rituum, et in *Miſcell. Eccl. diſc. 35. n. 10.* Andreol. *controv. 321 num. 1. num. ſeqq.* ubi ita altero decreto ſac. Rituum Congregationem definiſſe demonſtrat, & in ſortioribus terminis innuit Rota *coram Merlin. dec. 631. n. 2. et 3.*, ubi conceſſa fuit manutentio Laico etiam non patrono ex ſola retentione clavium Eccleſiæ.

Nec turbat, Cappellam fuiſſe in exigua forma ab initio a Regiis extructam, ac liberaliſſima Epiſcopi munificentia ampliatam extitiſſe per ſuperadditionem geminæ Capellæ, qua ſtante jura patronalia retentionis clavium vel competant ſoli Epiſcopo, aut Patronis Laicis ſpectare poſſunt pro

pro rada Capella. Quamam, præmiſſo, ampliationem appoſitam avenisſe in fundo illorum de Imhoff violenter uſurpato, ſicque conſtitutiva ad ſpolium præcedens, e quo nullum jus Ordinario occupanti animi valebit, ſatis favet Reſponſio addimentum amplificativum Capellæ demandatum præciſa ſolia a Fundatrice in ſuimet acquiſitionis Patronatus, authorizante etiam Epiſcopo *Sum. primo Barian* n. 2., qua ibi diſtincta oblationibus, quas ſupra Altare in Sacrificio Miſſæ offerre contingeret, ab aliis, quæ poſt Miſſas obvenirent, primas ſpectare Parocho ſancitur, poſteriores vero in uſum Fabricæ, & amplitionis Eccleſiæ impendi determinatur. Quamobrem cum ex dictis oblationibus Epiſcopi ſpoliatis Eccleſiam impleverit, ita adimplendo voluntatem ab ipſamet Fundatione, Fabrica ſupervenit non eſt diſtincta a Capella, ſed reputatur pars integralis illius, ſuper qua in conſequens Patronis eademmet jura competunt, cum uti acceſſorium induere debeat naturam principalis, a quo de-

8 pendat. *Ex Text. apertis in cap. & ſuper Gratia 9. de Offic. ac poteſt. Jud. deleg. in 6.* Menoch. *conſ.* 58 *n.* 13 *& ſeqq.* Staibl *de alienat.* 1ic. 9 *quæſt.* 31 *n.* 8 Gratian. *diſcept. for. cap.* 917 *n.* 22 Rot. *coram Dunoz. Jun. dec.* 551 *&* 623 *aliisque num.* 6.

Et optima eſt illatio, quod ſicuti Regina ex oblationibus ſuper ædificata Eccleſia ſpolio ſecluſo, jure Patronalia integraliter conſervaſſet, ita ejus hæredes in ſequelam reintegrationis obtinere debent omnia ea jura, quæ alias eis competiiſſent in ſequelam, & adimplementum fundationis,

9 quæ jus metiantur, ut obſervat Lambertin. *de Jurepatr. part.* 2. *lib.* 1. *quæſt.* 4. *art.* 7. *in princip.* Barboſ. *ad concil. ſeſſ.* 14. *de Reform. cap.* 13 *n.* 7 Rota *dec.* 105 *n.* 5. *&* 6 *part.* 2. *divers.*, *& in Rec. dec.* 758. *n.* 2. *part.* 2. *et addit. ad Barbat. dec.* 21 *num.* 26.

Poſt hæc, ſuccedit in claſſe jurium petronatium, juxta methodum ab initio deſignatum, Cuſtodia Supellectilium, & adminiſtratio Oblationum, ad quas fuit ut prætenſa Detiſiona denegata Reintegratio, tam præſuppoſito deficientiæ poſſeſſionis in Regina, præmiſſo principio incapacitata Laicorum quoad adminiſtrationem rerum ſpiritualium, & Eccleſiaſticarum, quam ex fundamento reſiſtentiæ legis fundationis: quæ tamen cum ea hodie noviter animadverſis inſubſiſterent in facto, Domini non hæſitarunt mutare conſilium.

Probata namque fuit concludenter poſſeſſio Reginæ ante ſpolium, tam ex proteſtationa judiciali, quam ex litteris ſpiritualibus Epiſcopi, & poſtulationibus Vicarii, quæ omnia conveniunt quoad claves Gazophilacium a Regina detentas. Unde

intrant ad propoſitum omnes ſuperius explanatæ regulæ pro reintegratione ſpoliati ad ſtatum abſque alia diſcuſſione Tituli, vel boni juris, quæ petitorio judicio reſervatur ex natura remedii reintegra-

10 tionis, juxta auctoritates in ſuperiori § *in conſequentiam* ubere laudatas.

Et ſub hoc themate inquirendum non eſt, an qualitas Laicalitatis obſiſtat, quoad intentum ſufficit nuda poſſeſſio, & ſpolium, quæ ſunt externa in hoc judicio verificanda. Cum tamen ad propoſitum

11 ſatis dubium remaneret, an Patronis Laicis jura competat ſolum adminiſtratio temporalis per viam cuſtodiæ, & oeconomicæ ſuperintendentiæ quoad redditum Eccleſiæ Patronatæ, cum hoc jus ſubſiſtentium in ſolo facto, ad differentiam juris ſpiritualis regiminis Eccleſiæ reſpicientis videretur eis permiſſum ex auctoritatibus. Farin. *conſ.* 141 *num.* 11 *ſub. num.* 7. Dec. *conſ.* 148 *ſub. num.* 3 Card. de Luc. *miſcell. Eccl. diſc.* 35 *num.* 9. et 10. Franc. *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 15 *n.* 342. *et ſeqq.* Tott. *de pall. Patron. ſuo conſ. l.* 3. *cap.* 1. *num.* 316. et 317. Andreol. *controv.* 381. *num.* 17. *et ſeqq.*

Potiſſime attenta conſuetudine regionis, quæ probari prætendebatur a Barone ex documentis in *hodierno Summario num.* 1. *et ſeqq.* Quamobrem eo ſortius non dici clamitata male jura poſſidentia, Reintegratio venit impertienda.

Lex vero fundationis non tantum minime reſiſtit, quinimo ab ea optimum argumentum deſumitur pro pertinentia Cuſtodiæ Supellectilium, & adminiſtrationis Oblationum favore Reginæ, & ſucceſſorum in Patronatu, quia admiſſa regula Fundatorem valere in limine acquiſitionis omnes conditiones apponere, &

12 pacta, etſi jure communi repugnarent ad Text. in *cap. dilectus, et ibi Gloſſ. verb. conſtitutiones verſ. ſecus tamen de conſuetud.*, ubi Jo. de Anan. *n.* 9. et 5 10 Abb. *poſſeſſ. n.* 5. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 20. *n.* 16 *et diſc.* 63 *num.* 9., et Rot. *par. Merlin. dec.* 518 *n.* 3. Regina expreſſe ſtipulata fuit in inſtrumento fundationis, adminiſtrationem Oblationum fieri debere vel per Plebanum, vel per Curatores Eccleſiæ Parochialis, juxta verba per extenſum recenſita in præſenti Deciſione § *et licet in ſuidem* Ideoque ab ipſomet Fundatione deſtruitur quodcumque jus Epiſcopi, dum eſt deſignata perſona particularis pro adminiſtratione. Et cum è converſo demonſtratum fuerit, Reginam fuiſſe curatricem Eccleſiæ Parochialis ſub ejus Jurepatronatu exiſtentis. *Tretum ſum. Imhoff num.* 1., & illos de Imhoff hac etiam prærogativa gaudere, cum pro oeconomica adminiſtratione poſſint facere ab Epiſcopo pro redditione rationis, *Rodiera. Summar. n.* 3

inficiari non valet, quin ſuſpecta etiam ſola lege fundationis Reintegratio non competat Reginæ poſſidenti anno titulo volito in Fundatione, vel ejus hæredibus, citra controverſiam hac prærogativa in Eccleſia Parochiali gaudentibus, cum demandata in Fundatione, nec etiam ab Epiſcopo immutari valeant, ſed
13 ad unguem ſervanda ſint. *Cap. dilecti* [illegible] *16 quæſt. 7. C. illud ubi Gl. & DD. de Juſpatronat Vivian. de Juſpatronat p. 1, lib. 2, cap. 8. num. 1. & Lottar. de Re be. nef. lib. 1. quæſt. 31. num. 8.*

His itaque prælibatis, pro ex applicatione facti ſui natte motivum præſentiæ Deciſionis fundatum in eo, quod poſſeſſio Reginæ, uti exhibens jam, & fundamentum, minime ſolum poſſit permiſſum, & conſenſu Epiſcopi, a quo non emanavit actus reintegrativa; quia ab hodie expoſitis liquet, Reginam poſſediſſe titulo proprio connexo cum lege fundationis, & tamquam adminiſtratricem Eccleſiæ Parochialis; adeoque ejus poſſeſſionem, uti diſſimptam a conditionibus expreſſe in fundatione volitis, nullimo ab Epiſcopali conſenſu fortius dependentium, & reintegrabilem eſſe dato ſpolio privata auctoritate patrato.

Remanet demum firmanda reſolutio quoad Reintegrationem ad Monaſterium inhibitatum a PP. Minoritis. Et in hoc puncta diſtincta duabus Ædiculis, ſeu areis cum conſenſu illorum de Imhoff aliigata, de anno 1668, ad quas iterum hodie Baro Franciſcus Antonius Actor pœnta ſibi iter actionem non dirigit, volens illæſum ſervare votum ſui Auctoris, quoad cæteras habitationis partes, ſive dictum Monaſterium a PP. Franciſcanis de anno 1624. evidenter uſurpatum, juridica reintegratio competebat, quia cum illi fuerunt poſt ſpolium intreſi ad inhabitandum Monaſterium, & adminiſtrandum Eccleſiam, & præciſe contra legem fundationis Parocho Undermettingen adjudicato. Eccleſiæ deſerviturum, & Capellanum, ex utroque capite debent omnia in priſtinum reponi relevatis anniverſariis,
14 quæ cadunt ſub ipſamet natura ſpolii, eundemque purgationem expoſcunt. Ex theoria Bal in c. 1. num. . *ut te med. de Reſtitut. ſpol. num. alii* in prima cauſæ Deciſione *§. ſin.*, cum permitti non debeat Epiſcopo de Eccleſiis patronatis ſacere Monaſterium in præjudicium Patroni, qui per indirectum privaretur Jure præſentandi, & aliis prærogativis patronalibus. *Card. Conſtitutione 16. quæſt. 7. Lambertin. de Juſpatr. quæſt. 6. num. 3. cum ſeq. lib. 3. & in ſimilibus Rot. coram Duran. deciſ. 7. num. 1.*

Non urgente reſponſione, Monaſterium uti conſtructum ex piorum eleemoſynis non cadere ſub Patronatu ad ſenſum poſterioris talelituris *§. ſin.* Nam ultra quod adhuc admiſſa propoſitione non potuiſſet Epiſcopus, ſraudata lege fundationis, Ma-
15 noritas intrudere ad Monaſterium in præjudicium Parochi, cui commiſſa fuit in fundatione cura Eccleſiæ, tales piorum oblationes, uti provenientes ab ipſa Ec-
16 cleſia Patronata, & a Fundatrice deſignatæ cum auctoritate Epiſcopi pro amplatione Eccleſiæ, & Fabricæ, eorumque fundi, & connexitatis cadant ſub eadem cenſura, ut ad rem ponderatum fuit in ſuperiori *§. ore* [illegible].

Nec a donatione facta a Dominis de Imhoff dictarum duarum Ædicularum PP. Franciſcanis ſub die 23. Aprilis 1668. inferri valet ad renunciationem Spolii, & approbationem erectionis formalis Monaſterii; tum quia hæc prætenſa erectio formalis emanavit ſub die 26 Julii 1668., ut ex literis Epiſcopalibus, liqueque tribus menſibus poſt donationem ædicularum, a qua in conſequens alias non valet renunciatio hujus novi actus ſubſecuti, tum quia deficit probatio, illos de Imhoff habuiſſe præciſam, & individuam ſcientiam ſpolii violenti præcedenter paſſi a 45. annis citra, cujus ignorantia cum in hæ-
17 redibus præſumatur. *ad Tex. in cap. Præſentium de Regul. jur. in 6. Rot. cor. Ottob. deciſ. 150. num. 11. 14. & 15. & deciſ. 83. num. 11. par. 18. recent.*, quæcumque conſenſus, qui allegari poſſet, renunciationem non includit, non juſtificata renun-
18 ciata vera, indubitata, & individuali notitia ſpoliationis, ad tradita *per Rot. deciſ. 139. num. 7. & 8. part. 1. Rec. & deciſ. 171. num. 4. part. 5. recent.* Panımol. dec. 10. num. 18., potiſſime quia hic non agitur de ſpolio ſimplici, ſed qualificato, commiſſo per vim expulſivam violenta manu, & mala fide, quæ cum perſeverent, donec purgentur, quæ ſunt actus permanentes in re ipſa, ejus macula de-
19 leri non poteſt; niſi ſecuta expulſione, ut per Bald. *cap. 2. num. 2. ut te med. de reſtitut. ſpolior.* firmavit prima cauſæ Deciſio 31. Januarii 1675. *§. final.*

Et ita Partibus contradicentibus concluſum fuit &c.

R. P. D.

R. P. D. MOLINES

ROMANA JURIS ADMINISTRANDI

Veneris 30. Martii 1696.

ARGUMENTUM.

Opus Pium juxta Teſtatoris voluntatem executioni demandari debet, nec poteſt in aliquo alterari per Tranſactionem, quæ nullum præbet obſtaculum ei, qui non habet cauſam à Tranſigentibus. Et an, & quando Eccleſia poſſit aliquid retinere pro conſumptione Supellectilium in Miſſis celebrandis?

SUMMARIUM.

1 Teſtatoris voluntas tamquam lex ſervari debet.
2 Verbum = *Tam* = denotat totalitatem excludentem diminutionem.
3 Fructus dicuntur illi, qui ſuperſunt deductis oneribus.
4 Verba indefinita æquipollent univerſalitati.
5 Diſpoſitio Pia ſemper pinguius interpretari debet.
6 Verbum = *ſua hæreditatis* = comprehendit omnia.
7 Dictio = *Et non aliter* = eſt taxativa, & omnia excludit præter expreſſa.
8 Conſenſus facta ab Hærede, quæ eſt contraria menti Teſtatricis, nihil operatur.
9 Hæres non poteſt immutare voluntatem Teſtatricis.
10 Tranſactio facta cum Hærede, non præjudicat venienti ex proprio jure.
11 Ex actu nullo, non inducitur obſervantia.
12 An, & quando Eccleſia poſſit aliquid retinere pro conſumptione Sacrarum Supellectilium in Miſſis celebrandis?
13 Miniſtri Eccleſiæ an poſſint cogi ad præſtandam patientiam pro celebratione Miſſarum?
14 Ordinarius ſolus poteſt concedere licentiam celebrandi Miſſas ibi, quando locus deſtinatus eſt impeditus.
15 Fructus reſtituendi ſunt a die motæ litis, cum tunc dicatur inducta malæ fides.

DECISIO XXXV.

IN ſuo ultimo, cum quo deceſſit Teſtamento quondam Jacopera Zaffira, hæredem uſufructuarium inſtituit Antonium Cortellium, poſt cujus obitum ordinavit, quod ex fructibus ſuæ hæreditatis celebrarentur in perpetuum tot Miſſæ quotidianæ in Capella S. Crucifixi, ſita in Eccleſia S. Joannis nationis Florentinæ: quam hæredem inſtituerat in proprietate. Jus autem administrandi Bona hæreditaria, ac nominandi Capellanum ad nutum amovibilem, reſervavit hæredibus & ſucceſſoribus præfati Antonii Cortellæ uſufructuarii, qui de Anno 1669 prætendens exequi voluntatem piæ Teſtatricis, præventive devenit, mediante publico Inſtrumento Conventiæ ſtipulato cum Officialibus dictæ Eccleſiæ S. Joannis, ad formalem erectionem Capellaniæ, in cujus dotem aſſignavit omnia bona hæreditaria una cum augumento Annui Cenſus ſc. 6. ad ipſummet ſingentem de proprio ſpectantis, conventione inita cum dictis Miniſtris, quod Sacrarium ejuſdem Eccleſiæ ex fructibus omnium bonorum aſſignatorum poſſet retinere Annuos ſc. 30. pro expenſis neceſſariis, reſiduum vero perſolveretur Capellano eligendo pro celebratione Miſſarum, prout per multum temporis intervallum obſervatum fuit.

Cum autem Reverendus Oldradus modernus Capellanus prætenderet ſibi reſtitui omnes fructus ab Eccleſia perceptos ex dictis Bonis, ut ſupra aſſignatis, ac ad ſe pertinere Jus adminiſtrandi omnia dicti Bona hæreditaria, judicium inſtruxit coram A. C., a quo contrarium Judicatum reportavit. Unde commiſſa mihi cauſa Appellationis, propoſitoque dubio = *An, & ad quid teneatur Eccleſia, ſeu potius obſtet Tranſactio?* prodiit reſolutio = *ECCLESIAM TENERI, NEC OBSTARE TRANSACTIONEM* = juxta modum inferius exprimendum.

Diſcuſ

Diſcuſſi namque diſtincte materia, Primo Domini conſiderant, Eccleſiam tamen conſignare Capellano omnes fructus provenientes ex bonis hæreditariis dictæ ſuperæ, ut ſupra aſſignatis pro dote Capellaniæ, excepto Annuo cenſu ſcutorum ſex da pagarſi contributo ab Hærede uſufructuario; & moti ſunt, ex Lectura Teſtamenti, in quo demandatur integra ſolutio fructuum illi = *Comanda, alli gli Eredi dell' infraſcritto ſuo Erede uſufruttuario poſſano domandare l' Eredità di eſſa Teſtatrice, e li frutti di quella ſiano tenuti pagarli all' Cappellani &c* =, unde non potuit dictus hæres uſufructuarius devenire ad ullam conventionem, per quam diminuerentur dicti fructus, contra expreſſam
1 Teſtatricis voluntatem, quæ tamquam Lex eſt ſervanda, per *Text. in §. Diſponat Auth. de Nuptiis*. Perez de Lara *de Capell., & Antwerſ lib. 1. cap. 14. num. 33, in puncto Rot. deciſ. 231. num. 3. part. 24., & deciſ. 28. num. 6. part. 19. rec.*

Non relevante, quod Teſtatrix non diſpoſuerit per verba denotantia totalem reſtitu-
2 tionem, ut ſi dixiſſet = *Tutti li frutti* =, ſed ſolum juſſerit ſimpliciter ſolvi fructus ejus hereditatis Capellanis nominatis, præſidoque non veniant niſi illi, qui ſu-
3 perſunt deductis oneribus impoſitis in erectione Capellaniæ. Nam pro removenda objectione viſum fuit ſufficere, quod dicta Teſtatrix uſa fuerit verbis indefinitis æqui-
4 pollentibus univerſali, etiam abſque dictione omnium, ad hoc ut debeant conſignari Capellanis omnes fructus, ad tradita per Covar. *variar. reſol. lib. 2. cap. 5. ſub num. 3. verſ. Ego tamen*; maxime quia agitur de diſpoſitione Pia, quæ ſemper
5 pinguius eſt interpretanda, ut aliquid ab ea adimatur, ut pluribus congeſtis reſpondit Rot. *in Carro deciſ. 397. num. 6. & 7.* attento præſertim verbo adjectivo *ſua hereditatis*; ibi = *dell' entrate, e frutti della ſua Eredità ſia celebrata tante Meſſe* =,
6 quod comprehendit omnia, & nihil excludit, per *Text. in L. moveam 91. ff. de verbor. ſignificat.*, Rot. *in Carro deciſ. 398. num. 8.* Et tanto magis, quia in themate præſenti, oculum ex prædictis conſtitit de voluntate affirmativa Teſtatricis circa integram ſolutionem fructuum favore Capellani, ſed etiam de negativa reſpectu Eccleſiæ, cui taxative relictum fuit emolumentum Sepulturæ inibi electæ, per hæc verba = *alla quale Chieſa li laſcia la ragione della Sepoltura, e non altro* =, ex quibus dignoſcitur eadem voluntas erat, quod Eccleſia conſequi deberet, ſub prohibitione aliud non petendi, ſtante illa di-
7 ctione = *e non altro* = per *Text. in L. ſi quis ita legaverit 3. §. num Titio ſcutum §. de alimen. Legat.*, Cravett *conſ. 201. num. 4.* Barboſ *tract. var. dict. 93. num. 3.* Rot. *deciſ. 256. num 2. part. 16. recent.*, *Tomus Secundus*.

Fundata igitur ex prædictis intentione Capellani pro integra perceptione fructuum hæreditatis, Domini ulterius dixerunt, minime eidem obſtare in hac parte Tranſactionem initam cum Officialibus Eccleſiæ S. Joannis ab hærede uſufructuario, ad quem non pertinebat fundatio Capellaniæ, & pro-
8 inde dicta conventio tamquam contraria voluntati expreſſæ Teſtatricis, nullum poteſt operari effectum, & reputari debet perinde, ac ſi non eſſet facta, ut in propriis terminis ratiocinatur Rot. *cor. Cerro dec. 877. num 1.*
9 = præſertim quia non erat in facultate ejuſdem Hæredis uſufructuarii immutare, neo in minimo alterare diſpoſitionem Fundatricis = per *Text. in cap. Nos Quirinalem de Jurepatronatus, & ex diſp. Sac. Concil. Trid. Seſſ. 25. c. 5. de Reform.*, ibique Barboſ. Garz. *de benef. part. 7. cap. 1. num. 111.* Card. de Luc. *de Benef. diſc. 96. num. 7.*, propterea que ex dicta conventione nullum illatum dicitur præju-
10 dicium Capellano venienti ex proprio Jure, per *Text. in L. 1. §. Si tranſegit ff. §. quid in fraud. Patronorum, & in cap. Veniens. De Tranſact.* Rot. *poſt Decreſ. 1. tract. dec. 11. num. 3.*, multoque minus ex adverſativa ob-
11 ſervantia, quia data nullitate actus, nullum exinde reſultat præjudicium ab ea, ut dixit Rota *deciſ. 305. num 16. part. 18. recent.*

Nec viſa eſt ſuſtineri poſſe dicta conventio, tamquam facta habito reſpectu ad incommendum conſumptionis ſupellectilium, quæ ad Sacrificia expenda in dicta Eccleſia
12 requiruntur; quia per Conſtitutionem 45. Urbani VIII. editam poſt Decreta S. C. C. *Bull. tom. 5.*, prohibetur Eccleſiæ, illarumque Officialibus ex Eleemoſinis pro celebratione Miſſarum aliquam retinere aliquam portionem pro manutentione Altarium, conſumptionis Paramentorum, Luminum, & ſimilium, niſi in caſu, quo Eccleſiæ non habeant ſufficientes redditus, ut poſt dicta Decreta docent Faccind. *in primum præceptum Eccleſiæ lib. 3. cap. 7. num 18.* Alph. de Leon. *de offic. Capell. quæſt. 5. ſect. 20. num. 194.* Tamburin. *in method. celebrat. Miſſ. lib. 3. cap. 5. §. 5. num. 2.*, Ricc. *in prax. tom. 4. reſolut. 125.* Henno *de Sac. Miſſ. diſp. 31. ſect. 5. num. 36.* Amoſtaz. *de Cauſ. Piis lib. 2. cap. 4. num 33.*

Minuſque merebatur attendi ponderatio, quod hujuſmodi conventio, ut ex redditibus Hæreditatis Teſtatricis, poſſet Sacrarium dictæ Eccleſiæ retinere dicta Annua ſcuta 30., fuit facta neceſſitate exigente, pro faciendo Operis Pii adimplemento, dum alias minime acceptare volebant Officiales
13 fundationem Capellaniæ. Quoniam omiſſa inſpectione an dicti Miniſtri Eccleſiæ potuiſſent cogi ad præſtandam patientiam pro celebratione Miſſarum, juxta Decretum S. C. C. cujus meminit Card. de Luc. *de Legatis diſc. 25. num. 11.*, in omnem caſum quatenus dicti Miniſtri noluiſſent, ut ibi celebrarentur Miſſæ ſine dicta aſſi-

gnatione, tunc ſtante impedimento prædicto, ob indebitas, & exceſſivas eorumdam prætenſiones, recurrendum erat ad
14 Ordinarium, cui in ſimilibus caſibus commiſſa eſt cura concedendi licentiam, ut onera Miſſarum adimpleantur in alia Eccleſia bene viſa, ut ex *Reſolut. S. C. Ep., & Reg. in una Bergo S. Sepulchri 7. Octobris 1617., & in una Balneoregien. 19. Maii 1622 tradit* Card. de Luc. *de Legat. d. diſc. 23. num. 41., & firmavit* Rot. *cor. Coccina deciſ.* 1522. *num.* 5.

His ſic firmatis, DD. ex ſimavere, dictam ſinistram intentionem ſolutionem, excepto tamen præfato Cenſu ſcutorum ſex, eſſe faciendam ab Eccleſia, a die motæ litis, non autem a die inceptæ celebrationis Miſſarum, per modernum Capellanum; quia cum ſtante dicta conventione, ac ſubſecuta obſervantia, Eccleſia fuerit in bona fide percipiendi dicta Annua ſcuta 30.
15 ex Bonis hæreditariis, utique a die motæ litis deperuenda erat reſtitutio, cum tunc dicatur de Jure inducta in poſſeſſore mala fides, ut pluribus congeſtis firmavit Rot. *cor. Dunozett. Jun. deciſ.* 363. *num.* 1., & *deciſ.* 264. *num.* 10. *part.* 19. *recent.*, *alibique paſſim*.

Prout pariter autumarunt, Administrationem dictorum Bonorum hæreditariorum nullo modo competere Capellano quia ſtante ex Lectura Teſtamenti ipſe habet intentionem fundatam pro integra perceptione dictorum fructuum provenientium ex Bonis hæreditariis, ita etiam ex Lege Teſtatricis excluditur ab illorum administratione, quæ dumtaxat reſervata fuit hæredibus, & Succeſſoribus Antonii Cortella hæredis uſufructuarii: unde cum non reclament dicti Hæredes adverſus ceſſionem ejuſdem administrationis factam dictæ Eccleſiæ, nulla Juſtitia ſuadet, ut eadem ſpolietur dicta Administratione, ut patet ad ſenſum.

Cæterum, ea, quæ dicebantur circa validitatem, vel invaliditatem remotionis dicti Olderadi moderni Capellani, ſtante nova nominatione alterius Capellani procurata per Miniſtros dictæ Eccleſiæ ab hæredibus præfati Antonii Cortella hæredis uſufructuarii, tamquam extranea, & non cohærentia dubio, ut ſupra diſputato, Domini conſulto omiſerunt.

Et ita utraque Parte &c.

Fuit confirmata 4 Julii 1696 ut ſupra Dec. xxxvi.

R. P. D. MOLINES
ROMANA JURIS ADMINISTRANDI

Mercurii 4. Julii 1696.

ARGUMENTUM.

Fructus hæreditatis a Teſtatrice relicti pro celebratione Miſſarum in certa Eccleſia, integre debentur Capellano, nec voluntas Teſtatricis poteſt alterari ab Hærede uſufructuario. An, & quando Eccleſia poſſit aliquid retinere pro conſumptione Sacrarum Supellectilium deſervientium pro dicta Miſſarum celebratione.

SUMMARIUM.

1 Voluntas Teſtatoris tamquam lex eſt ſerſervanda.
2 Voluntas Teſtatoris non poteſt in minimo alterari ab Hærede.
3 Fructus regulariter dicuntur illi, qui ſuperſunt, deductis expenſis, & oneribus. Sed declara quando regula procedat.
4 Eccleſia non poteſt aliquid retinere ex Eleemoſyna elargita pro celebratione Miſſarum, niſi conſtat de illius paupertate.
5 In fundatione Capellaniæ perpetuæ, poſſunt Officiales Eccleſiæ præſtari de aliquo emolumento pro conſumptione Sacrarum Supellectilium. Et quando hoc procedat?
6 Dictio ut & non aliter non eſt taxativa.
7 Verba indefinita æquipollent univerſalibus etiam abſque dictione ut omnium.
8 Diſpoſitio pia ſemper pinguius interpretari debet.
9 Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos, & ad hunc effectum ſufficit aliqualis occaſio poſſidendi.
10 Mala fides incipit adeſſe in Poſſeſſore à die motæ litis.
11 Hæres tenetur ſervare factum Defuncti.

DE-

DECISIO XXXVI.

CUM fuerit revocata ad novum
examen Deciſio edita ſub
die 30. Martii proxime elapſi, ſi-
cut Informantes utrinque urge-
gaverint fundamenta ejuſdem
Deciſionis in partibus ſibi contrariis, at-
tamen Domini agnoſcentes illorum ſubſi-
ſtentiam = *ADHÆSERUNT OMNIBUS
INIBI RESOLUTIS*. =

Quod enim attinet ad primam partem, con-
demnantem Eccleſiam S. Joannis natio-
nis Florentinorum ad integram reſtitu-
tionem fructuum, excepto annuo cenſu
ſcutorum ſex favore Capellani, viſa ſunt
ſubſiſtere fundamenta deſumpta, ex aper-
ta Teſtatricis voluntate, prout in parti-
cula Teſtamenti relata in *§. Diſcuſſa* præ-
dictæ Deciſionis, quæ revidetur, quæ
1 voluntas ab hærede uſufructuario erat ſer-
vanda, tamquam lex, ex doctrinis ibi al-
2 legatis, neque poterat in minimo altera-
ri per conventionem particulariter initam
inter dictum Hæredem uſufructuarium,
& Officiales præfatæ Eccleſiæ, mediante
reſervatione ſcutorum 30. facta Sacriſtiæ
ejuſdem Eccleſiæ, per *Text. in cap. Quæ-
rimonia de Jurepatronat.*, & *dixit Rot. in
Senogallien. Capellaniæ 1. Decemb.* §. *Nec
ex eo tit. &c.*, cum aliis adductis in De-
ciſione, quæ revidetur §. *Fundata*.

Abſque eo quod viſum fit obſtare repetitum
objectum, quod diſpoſitio Teſtatricis de-
mandantis conſignationem fructuum hæ-
reditatis Capellanis, interpretanda ve-
3 niat, reſpectu illorum fructuum, qui ſu-
perſint deductis expenſis & oneribus,
juxta regulam Juris, quatenus placuit
reſponſio, quod licet hujuſmodi regula
ſit vera in ſuis terminis, quando ſcilicet
agitur de illis expenſis factis in recolle-
ctione fructuum ſeu de oneribus illis inſi-
tis, ceſſit in præſenti themate, ex defe-
ctu applicationis, nam expenſæ, & one-
ra prætenſa ex cauſa conſumptionis Su-
pellectilium, Ceræ, & Vini deſervientium
pro celebratione Miſſarum, non reſpi-
ciunt fructus hæreditatis ſolvendos Ca-
pellanis juxta legem Teſtatricis.

Potiſſimum, quia hujuſmodi genera expenſa-
rum, vel compenſata dicuntur ex reſer-
vatione facta favore Sacriſtiæ ex dicta
Annua ſc. 6. de proprio contributa ab
hærede uſufructuario, vel nequeunt pe-
tendi, attenta *Conſt. 41. Urbani VIII.
Bullar. num.* 5. prohibente Eccleſiis ea-
rumque Officialibus, ex eleemoſynis elar-
4 gitis pro celebratione Miſſarum retinere
aliquam portionem pro prætenſa conſum-
ptione Paramentorum, Luminum, & ſi-
milium, niſi accedat paupertas Eccleſiæ,
per ea quæ tradit Pigna. *in primum præ-
Tom. Secundas.*
ceptum Eccleſ. lib. 3. cap. 9. num. 25.,
*Alph. de Leon. de Offic. Capell. quæſt. 5.
ſoll. 20.*, & alii allegati in Deciſ., quæ
revidetur *§. Nec valet.*

Non ſubſiſtente reſponſione, quod prohibitio
contenta in præcitata Bulla Urbani VIII.
dirigatur ad illas eleemoſynas Miſſarum,
quæ in dies præſtantur a Fidelibus, non
autem excludat aſſignationes factas in fun-
5 dationibus perpetuis Capellaniarum pro
expenſis dictarum Supellectilium, juxta De-
cretum S. C. C. datum in *Sanm. Eccleſiæ*
anno 1662. Quoniam cum ex lectura Te-
ſtamenti conſtet, Teſtatricem duntaxat
diſpoſuiſſe, ut ex fructibus ejus hæredi-
tatis celebrarentur tot Miſſæ in dicta Ec-
cleſia S. Joannis poſt mortem Antonii Car-
tella hæredis uſufructuarii, iſte nequivit
voluntarie devenire ad ullam fundationem
Capellaniæ, paciſcendo cum Officialibus
Eccleſiæ, quod Sacriſtia poſſit retinere
ex dictis fructibus hæreditatis ſc. 30.,
& proinde cum verſemur extra terminos
fundationis perpetuæ Capellaniæ ordinatæ
a Teſtatrice, dictum Decretum S. C. C.
remanet extraneum a præſenti themate,
cum loquatur de aſſignatione facta per
Patronos Capellaniarum, non vero per
alios nullum jus, nullamque facultatem
ad id habentes, adeoque remaneat in ſuo
robore Doctrinæ ſuprallegatæ, firmantes
ad tenorem Bullæ Urbani VIII., quod
Eccleſiæ, ſeu illarum Officiales nequeant
retinere aliquid pro Miſſis celebrandis.

Fortius concurrente ejuſdem Teſtatricis expli-
cita voluntate negativa, quod ſcilicet
dicta Eccleſia nil aliud poſſet prætendere,
quam ſimplex jus Sepulturæ ibi electæ,
ut colligitur ex illis verbis, ibi = *Alla
quale Chieſa ſi laſcia la ragione della Sep-
poltura, e non altro* =, ex quibus non
obſcure patet, dictum jus Sepulturæ fuiſſe
6 taxative relictum ſub prohibitione aliud
petendi ſtante dictione = *E non altro* =
per *Text. in L. ſi quis ita legatum 13. §. Cum
Titio centum ff. de adimend. L. 91.* Ceavett.
conſ. 202. *num.* 4. Barboſ. *tract. var. diſſ.* 97.
num. 3. *Rot. dec.* 156. *num.* 2. *par.* 18. *recent.*

Atque hinc etiam removetur objectum, quod
Teſtatrix ordinando conſignationem fru-
ctuum faciendam Capellanis uſa non fue-
rit verbis denotantibus totalitatem, velu-
ti ſi dixiſſet = *Tutti li frutti* =, ſed tan-
tum illo verbo = *Li frutti* =, ex quibus in-
fertur poſſe deduci dicta ſc. 30. aſſignata ab
Hærede uſufructuario Sacriſtiæ, ex cauſa
conſumptionis Supellectilium; quia ſatis
eſt dictam conſignationem fuiſſe demanda-
tam per verba indefinita æquipollentia
7 univerſali, etiam abſque dictione = *om-
nium* =, cum agatur de diſpoſitione Pia,

8 quæ ſemper pinguius eſt interpretanda, ex Doctrinis addnctis in Deciſ. quæ rev. detur in §. N. 1 relevante.

Circa vero ſecundam partem Deciſionis, in qua dictum fuit, reſtitutionem fructuum eſſe faciendam ab Eccleſia a die motæ litis Capellano, iſte non poteſt conqueri, cum denuo viſa fuerit juſta reſolutio. Nam ante motam litem cum Eccleſia haberet pro ſe Tranſactionem in ſtatu validitatis,
9 & hujus vigore eſſet bonæ fidei poſſeſſrix, conſequenter fecit fructus ſuos, cum ad hunc effectum ſufficiat aliqualis occaſio poſſidendi Surd. deciſ. 15 num. 5 Theſaur. deciſ. 29 num. 7, & in terminis Tranſactionis pluribus cumulatis firmat Rot. poſt Card. de Luca deciſ. 105. num. 5, & ſeq. Non obſtante oppoſita nullitate Tranſactionis, quia donec fuerit declarata nulla, ſicuti videtur fuiſſe in dicta Eccleſia ſufficiens titulus ad Lucrandum fructus, & proinde DD. non dubitarunt, dictam reſtitutionem fructuum eſſe faciendam a die motæ
10 litis, cum tunc Eccleſia cœperit eſſe in mala fide, per Text. in L. certum, ubi Gloſſ. in lit. ... communiter Doctores Cod. de rei vindicat. & optime proſequitur Rota poſt Card. de Luca dec. 106. num. 8., quæ mala fides dumtaxat operatur reſtitutionem fructuum, ut vulgatiſ.

Firma denique remanſit tertia pars, denegans Capellano adminiſtrationem Bonorum hæreditariorum, quæ ex dicta Teſtatoris Lege commiſſa fuit Hæredibus Hæredis uſufructuarii, et optime firmatum fuit in dicta Dec., quæ revidetur §. Tertia pariter.

Non relevante quodam mandato Procuræ facto in Perſona moderni Capellani a Petro Antonio Cortella, cum facultate adminiſtrandi controverſi bona hæreditaria; quia cum dictus Petrus Antonius ſit hæres abſque beneficio Legis, & Inventarii Ini Dominici ſui Patris, qui pariter fuit hæres ſine dicto beneficio Antonii Cortella qui in concordia inita cum Officialibus Eccleſiæ eidem ceſſit adminiſtrationem dictorum bonorum, neque eamdem adminiſtrationem non potuit dictus Petrus Antonius committere moderno Capellano, ex ratione, quod ſicuti dictus Antonius cedens, amplius non poterat auferre Eccleſiæ Jus adminiſtrandi jam ceſſum, ita neque eius habentes cauſam
11 ab eo, cum factum Auctoris ſervare teneantur, per Text. in L. 1. a Matre, Cod. de rei vindicat., Rot. coram Priolo dec. 174. num. 14. Et ita utraque parte audita, reſolutum fuit.

REVERENDISS. P. D. URSINO DECANO

CALAGURITANA PONTIFICALIUM

Lunæ 4. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

In hac Deciſione tractatur, an Abbas extra ambitum Monaſterii poſſit exercere uſum Pontificalium, & quoties id agere valeat in Monaſterio. An præſente Epiſcopo dictus uſus permitti poſſit.

SUMMARIUM.

1 Ut exerceri poſſit uſus Pontificalium, requiritur plenitudo poteſtatis, & commoda juriſdictio, quæ de jure reſidet in Epiſcopo.
2 Abbas prætendens exercere uſum Pontificalium, qualitatem commodæ Juriſdictionis debet probare.
3 Epiſcopus licet Pontificalium uſum habeat, non poteſt tamen illa exercere in aliena Diœceſi, nec in locis ubi ipſi non competit totalis juriſdictio, ſub pœna ſuſpenſionis.
4 Uſus Pontificalium in inferioribus Prælatis regulandus eſt ad tenorem Privilegiorum, quæ adſunt.
5 Privilegium utendi Pontificalibus in Eccleſiæ Monaſterialis non eſt extendendum extra illam.
6 Ut Abbas poſſit uti inſignibus Pontificalibus per Civitates, & Caſtra & Villas, debet expreſſum habere privilegium, adeout generale non ſufficiat.
7 In Eccleſiis, in quibus Abbas habet parem juriſdictionem cum Epiſcopo, poteſt, ipſo abſente, exercere Pontificalia, ſi habeat Privilegium illa utendi in Eccleſiis ſibi ſubjectis.
8 Ad dictum effectum ſufficit juriſdictio cumulativa, nec exigitur plenaria, & indepen-

pendeat quæ ſequuntur vel quatenus agitur ex ſola aſſiſtentia juris ad exercitium Pontificalium, vel quando contenditur extendi privilegium ultra expreſſa.

9 De jure prævalet qualitas Territorialis præeminentiæ cumulativæ juriſdictionis Abbatis.

Et conſequenter Abbas nequit, præſente Epiſcopo, uti Pontificalibus.

DECISIO XXXVII.

Redintegrato hodie examine ſuper reſolutis coram Me ſub die 15. Novembris proxime præteriti, iterumque diſceptato = *An conſtet de re judicata ad favorem Epiſcopi Calaguritani, & an decreta Sac. Congregationis Rituum ſuper uſu Pontificalium ſint exequenda contra Abbatem S. Mariæ de Naxera, itaut interdicendus eſſet Pontificalium uſus in omnibus publicis, & Eccleſiaſticis functionibus, quæ per illos Naxeræ extra ambitum ſeptorum Monaſterii fieri contingebat, prout decitum fuerat in unaquaque diſtincta reſolutione* = Defenſores Abbatis denuo conabantur oſtendere ex triplici titulo, juriſdictionis quaſi Epiſcopalis, Privilegii Apoſtolici, & immemorabilis conſuetudinis, liberum Pontificalium uſum Abbati competere, eumque potiſſime in Eccleſiis Parochialibus S. Crucis, & S. Michaelis ontis Eccleſiæ Monaſteriali & Abatiali Juriſdictioni ſubjectis. Sed cum PP. tres allegatos titulos, quoad generalem Pontificalium uſum minime ſubſiſtentes agnoverint ex fundamentis expanſis in prætenſa Deciſione, illi inhærendo, perſiſtere decreverunt = IN RESOLUTIS = juxta tamen modum, qui ex ſubjectis apparebit.

Quo namque ad juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, cum Abbas minime eſſet in probatis, quin potius contra eam urgerent antiquæ Deciſiones in contradictoriis concurſu verſus juriſdictionalibus, proditæ coram Ottembergo, Penia, & Ubaldo impreſſæ in *R. ecc. decis. 256. 331. & 656. par. 1. Recent. dec. 1070. par. Penia. dec. 45. 46. & 47. poſt Tamburin. de jur. Abbatum, decis. 169. poſt Poſth. de Manut. & dec. 613. cor. Ubaldo*, in quibus firmatum videtur, Abbatem non potuiſſe jure ſeparati Territorii, & è contra Civitatem Naxeræ eſſe in Diœceſi, & de Diœceſi Calaguritana, gaudente Epiſcopo quamplurimis præeminentiis Juriſdictionalibus, maxime circa ſpiritualia, ut recognoſci poteſt ex lectura Deciſionum, quas nuper allegavimus. Abbas minime contendere poteſt ex hoc titulo ſibi competiſſe pro libero Pontificalium exercitio, quia illud regulatum ad jura tramites, ac ſepoſito privilegio,

2 expoſcit in deferente plenitudinem poteſtatis, ac omnem Juriſdictionem, & omnem Imperium dependere à lege Territorii, quam non ſuſtinent inferiores, niſi potiantur juriſdictione quaſi Epiſcopali, ad inſtar magis. *Gloſ. in Clement. 1. in verb. propriis de reb. Eccleſ. non alien.*, ubi explicat ſignificatum Eccleſiarum pleno jure pertinentium, ſub his verbis = *Quod videtur ſi ita poſſe ut quo habeat Epiſcopalem Juriſdictionem, vel quaſi* = dictamque Gloſſ. ſingularem, & notabilem dicunt Cardinal. *ibid. num. 31. & Abb. in repetit. verſ. 3. de elect. Tract. Dec. in cap. 1. §. Clamans §. Additum Num. 36. verſ. 3. Abbas* dicto *loc.* & probat in ſpecie etiam altera *Gloſſ. in cap. cum plurimi in verb. plenæ jure de Privileg. ibique Butr. num. 10. &* Dec. *num.* 12. & 16. Cochier. *de Juriſdict. in exempt. par. 1. quæſt. 9. ſub num. 6.* Lotter. *de re beneſ. lib. 1. quæſt. 14. à 112. & ſeqq. & Rot. dec. 361. num. 2. coram Mattic.*

Nec urgebat oppoſitum, quod in antiquis controverſiis pertinentibus ſuper jure, & quaſi, ſtante juriſdictione inter Epiſcopum, & Abbatem, poſtquam fuit terminatum poſſeſſorium favore Epiſcopi, Rota ſub die 10. Decembris 1618. cor. Ubaldo reſerveſſet, quod videretur de bono jure, idemque denuo repetiit *de anno 1622. in decis. 612. cor. Ubaldo, & decis. 160. poſt Poſth. de manut.*, ideoque cum numquam tale dubium diſputatum fuerit, vel illud debeat in poſito in controverſia proponi, vel uſque ad illius exitum determinari minime valeat: in Abbati ex aſſiſtentia juris, & ex titulo Juriſdictionis competat Pontificalium exercitium; nam quidquid ſit de perpetua cauſæ Juriſd. & omnibus fere, cujus veritatem indagare Patres non intrarunt, hoc tamen certum reputarunt, Abbatem eſſe Actorem in ſua exceptione juriſdictioni plenariæ, & ſufficientis ad Pontificalium uſum, illi eque incumbere, talem qualitatem probare, & concludenter juſtificare, ut firmata per Sacr. *de jure*

2 *tamen Rot. in Barcin. decis. 417. n. 1. & decis. 172. num. eodem part. 4. divers. & decis. 17. num. 19. part. 5. Recent.* Quapropter cum nullam ſufficientem in hoc puncto allegaverit probationem, quinimo contra ipſum Rota commemoraverit quaſi poſſeſſionem Epiſcopi in prælaudatis Deciſionibus, Abbas deficere dicitur in fundamento, & quandoque, acceſſumpta Cauſa in puncto juriſdictionis commutari non obtineat ipſum ſua tot præeminentiis juriſdictionalibus, quæ ſufficiant ad Pontificalium deductionem, & exercitium, tenetur non valet ex hoc titulo, nec reſiſte

ſiſtere, quin et uſus interdicatur, cum in his terminis nequeat conſiderari ſtructura totalis, & commoda juriſdictione in loco, ubi Pontificalia geſtanda ſunt de jure ad aſſumptum requiſita, ut competentem habemus in ipſiſmet Epiſcopis qui
3 licet Pontificalium uſum habeant ut Epiſcopali Ordini connexum, non poſſunt tamen illa exercere in aliena Diœceſi, nec in locis, ubi ipſis non competit totalis juriſdictio Epiſcopalis, ut, ſub pœna ſuſpenſionis ab exercitio illorum, diſpoſitum legimus in Trid. Synodo *ſeſſ. 6. de Reform. cap. 5.* de quo Card. de Luca *in adnot. ad d. Concil. diſc. 6. per tot.*, & generaliter per plura exempla probant Anton. de Bott. *de cap. ex tenore ſect.*, & Bellamer *part. art. 2. ſu. 11. et ſeq.* & ipſe Toſſ. *ubique* Abbatibus *tom. 8. colum. 2.*, & ex profeſſo Pacian. *de Probat. lib. 2. cap. 19. & tom. 21. & ſeqq. tom. 40. & ſeqq.*, & plane Tamburin. *de jur. Abbat. tom. 1. diſp. 12. 2. 4. 6. & 15. & quæſt. 20. num. 5.*

Seppoſita autem eſſentia juris in puncto juriſdictionis, ſuper qua in alia diſputat one Patres ad Inſtitutum convenire xahibent, & defendendo ad Privilegia, quæ ſibi competere contendebat Abbas Naxerenſis & ad quorum tenorem uſus Pontificalium
4 in inferioribus Prælatis regulandum eſſe, eſt de mente *Text. in Cap. Abbates 3. de Privil. et 6.*, duo efferebat Privilegia, ex quibus potiſſime deſumebat ſibi elegantiam Pontificalium exercitium alterum Nicolai III Abbati Cluniacenſi conceſſum, ſecundum vero Innocent. VIII, in quo ita diſponitur = *Mitr., anulo et aliis* [illegible] *in dicto Monaſterio Naxeren. & in Eccleſiis ſibi ſubjectis, & Cappellis &c. Benedictionem ſolemnem ſupra Populum &c.*

Verum cum DD. utrum illic perlectis pervenerint, primum eſſe ſpecialiſſime reſtrictum Perſonæ Abb. Cluniacenſis, & ultra illam extenſionem non pati, juxte ſenſum propriæ Dei ſcient. *§ His prœbabitis*, & ſecundum loqui tantum de Eccleſiis Monaſterii, & Eccleſiis ei ſubjectis, merito crediderunt, neutrum illorum ſuffragari poſſe pro exercitio Pontificalium in Proceſſionibus, quæ fiunt per viam Civitatis Naxerenſis, cum primum, ut innuimus Abbati Naxerenſi applicari non valeat, ſecundum vero loquatur de ſolis Eccleſiis Monaſterii, & Eccleſiis, ac Capellis ſubjectis, ſicque extenſionem non patiatur ad ambitum vicorum, & Civitatis, de quibus privilegium non loquitur, & ad quæ amplius non valet ſine abuſiva privilegii interpretatione, quam in ſpecie tollere voluerunt Decreta Sac. Congregationis Rituum, de quibus igitur, ut ex tenore
5 illorum dicitur = *A Pontificalibus extra Eccleſias ſibi ſubjectas prorſus abſtineant, neque in Proceſſionibus, quæ ab eorum Eccleſiis per vias extra ambitum, vel Parochiam* [illegible]*entur, uſum prædictis utantur,*

Et ſub hac methodo intelligenda eſſe Decreta competentium ſuit, quia illa expreſſe loquuntur de Abbatibus habentibus Privilegia Apoſtolica, & Sanct. Mem. Alexand. VII. in illorum confirmationem mandavit, quod Abbates habentes proprium Territorium, eamque Epiſcopale, itaut nulli ſubdantur, compelli poſſint a Nuncio Sedis Apoſtolicæ ad obſervantiam Decretorum, hocque non alia ratione, niſi quia voluit limitatum uſum Pontificalium ad Eccleſias Abbatibus ſubjectas, non vero ad vias, & Civitatum plateas, de quibus vel Privilegia non loquuntur, vel in quibus naturam, & territorialem juriſdictionem non ſortiuntur.

Hocque optime conſonat juris diſpoſitioni, juxta quam oportet, ut Abbas expreſſum
6 habeat Privilegium Apoſtolicum utendi inſignibus Pontificalibus per Civitates, Caſtra, & Villas, alias hæc facultas ſub privilegio quantumvis generali comprehenſa non dicitur ad literalem *Text. in cap. Abbates de Privileg. in 6.*, ubi Gloſſ. *verbo. Expreſſe*, ita ſubdit = *quoniam ergo generaliter loquatur privilegium, hoc tamen poterit, niſi id in privilegio ſit expreſſum* = itaque Joannes Andr. *in primo* Franch. *in ſecundo notabili verſ. in Gloſſ. verb. expreſſe.* Tamburin. *de jur. Abbat. tom. 1. diſput. 21. quæſt. 8. num. 1. & 2. & quæſt. 3.*, nihi exemplificat in Privilegio conceſſo Abbati S. Pancratii extenſo ad omnes Eccleſias etiam pleno jure non ſubjectas, ut legere eſt *ſub num. 5.*

Secus, ex præmiſſis, eſſicacia Privilegiorum, fruſtra recurrebatur ad immemorabilem Conſuetudinem, quia ſeminarium perſtringendo ea, quæ fuſius enunciantur in altera Deciſione contemporanea edita ſuper Remiſſoria, illa non probatur, nec probari poteſt, non ſolum quia conſiſtit de Privilegio exhibito non per viam corroborationis, & ad majorem cautelam, ſed per modum tituli, & tituli incompatibilis proinde cum immemorabili ex ſui eſſentia principii, & tituli negativi, ſed ulterius quia ex monumentis expeditis ab Abbatibus de anno 1602, & 1603 conſtat de moleſtationibus illatis ab Epiſcopo, allegando ad deſtruſum Privilegia Apoſtolica, & ex Teſtibus examinatis coram Nuncio Hiſpaniarum de anno 1624 deprimitur, a 25 retroactis annis Abbates in Viis, & Plateis uſos fuiſſe Pontificalibus, imo unus ex Teſtibus ab Abbate inductis deponit de illius abſtentione ob illatas ab Epiſcopo moleſtationes quæ omnia cum e diametro adverſentur immemorabili, & illam deſtruant, opportune, ut illa in nullam ſit habenda conſideratione, juxta ea quæ fuſius expendit prima cauſæ Deciſio *§. ſublato autem* [illegible] *que ad fin.*

Hæc

Hæc omnia reſpiciebant cauſæ determinationem in puncto uſus Pontificalium per viæ Civitatis Naxetæ, & diſtinctum Eccleſiarum Parochialium, ex quibus illa componitur, cum quibus terminis proceſſiſſe etiam præcedens cauſæ Deciſio. Sed quia defenſores Abbatis conquerebantur, ex hac reſolutione poſſe ſibi præjudicium inferri in Pontificalium uſus intra Eccleſias S. Cruci, & S. Michaelis, in quibus prætendunt fortiri juriſdictionem, & ad quæ optime extendi privilegium Innocentii VIII. contendebant, idcirco poſtulabant ſibi præſervari exercitium Pontificalium in mox dictis Eccleſiis, & DD., contradicente etiam in hoc puncto Epiſcopo, licet in memoriali dato pro expeditione 7. Jenuarii proxime præteriti conſentire videretur, inclinarunt ſenſum favore Abbatis, ut in dictis Eccleſiis Pontificalibus uti poſſit, abſque tamen Epiſcopo, moti ex litera Indulti Innocentiani, comprehendente, juxta verba ſuperius relata, non ſolum Eccleſiam Monaſterialem, ſed etiam alias ſubjectas Eccleſias, & Capellas unde cum non ſolum Eccleſiæ S. Cruce, & S. Michaelis ſint unitæ Eccleſiæ Monaſterialis, juxta deciſa in Nullius, ſeu Calagoritana quarteſ Jurium de Naxera 21 Jan. 1692. cor. bo. me. Emerix, ſed probetur Abbati ſubjectæ ex antiqua ſubditi memoria ſententia Roberti de Mogabra anno 1412., dum in ea ſuper iſtis Eccleſiis conceditur Abbati eu oculativa jurisdictio cum Epiſcopo, ita ut in ea = *quod tamen juriſdictionem*, ſunt verba prædictæ ſententiæ, *dictarum duarum Parochiarum Capellæ S. Crucis, & S. Michaelis, præfati DD. Epiſcopus, & Prior æqualiter ſint juriſdictione, vel una ſit ſuperior alteri* = æquum proinde viſum fuit, retento etiam rigore Decretorum

7 Sac. Congr. Rituum, quod in iſtis Eccleſiis, in quibus Abbas parem cum Epiſcopo ſortitur juriſdictionem, Pontificalibus uti valeat, eo abſente, cum illorum exercitium ex tenore privilegii permiſſum dignoſcatur in Capellis ſibi ſubjectis, ut ad propoſitum monuit Andreucc. *in cap. poſtulaſti num. 43 ibi med. de for. compet. & Rotæ poſt Tamburin. de jur. Abbat. dec. 53 num. 6. & cor. Carro deciſ. 723. ſub num. 2. & deciſ. 744. in fin.*

Nec ad hunc effectum neceſſariam DD. reputarunt ſubjectionem Eccleſiarum pleno jure, & cum juriſdictione independenti to-

8 tali, ſeu quaſi Epiſcopali, quia illa ſolum requiritur, vel quoties agitur ex ſola aſſiſtentia pene ad exercitium Pontificalium, vel quando contenditur extendi privilegium ultra expreſſa, ſed in caſu quo ex litera privilegii petitur uſus Pontificalium, ſufficit verificare qualitatem ſubjectionis volitam in privilegio, quæ cum optime oritur a ſola cumulativa juriſdictione, & æquali imperio, quod unitim cum Epiſcopo fortitur, illa ſat eſt ad determinandum uſum Pontificalium in privilegio præſervatum in Eccleſiis ſubjectis, ad ſenſum Barboſ. *de offic. & Poteſtat. Epiſcop. par. 3. alleg. 8. num. 16. & par. 2. alleg. 27. num. 64. &* Antonell. *de loc legal. cap. 4. num. 11. & 12.*

Idque fit in aperto ex mente Pontificis concedentis, qui cum Innocentius VIII. expreſſerit in Indulto, Monaſterium eſſe in Diœceſi Calaguritana, & nihilominus conceſſerit Pontificalia in Eccleſiis ſubjectis, perneceſſe non intellexit de ſubjectione Territoriali, & Diœceſana, quæ ex continentia Monaſterii intra Diœceſim excludebatur, ſed de ſubjectione juriſdictionali compatibili cum natura, & Territoriali Epiſcopi, ut patet ad ſenſum.

Abſentiam vero Epiſcopi, ut Abbas poſſit uti Pontificalibus, PP. cumlaude deſiderarunt; quia cum Epiſcopus in dictis Eccleſiis quoad juriſdictionem ſit coæqualis Abbati, & quoad Legem Diœceſanam majoribus fruatur prærogativis, ut eſt in confeſſo, juri & rationi conſentaneum

9 eſt, ut eo præſente prævaleat qualitas Territorialis præeminentiæ cumulativæ juriſdictionis Abbatis: & cum ex te certius Abbas uti Pontificalium Epiſcopo inter dicere non valeat, ne uno, eodemque tempore duæ Proceſſiones cum binis Pontificibus in eodemmet loco celebrentur, quod monſtroſum eſſet, debet Abbas in hoc caſu a Pontificalibus abſtinere, & ſinere dignitatem Epiſcopalem ſibi ſuperiorem ea exercere, quæ tam titulo juriſdictionis, quam legis Diœceſanæ citra controverſiam ſui moneris propria ſunt.

Et juxta hunc modum Patres convenerunt utraque Parte agentium informante &c.

R. P. D.

R. P. D. PIO

GERUNDEN. CAPPARUM

Lunæ 27. Januarii 1698.

ARGUMENTUM.

Expenſæ pro Paramentis, Ornamentis, Luminaribus, Pluvialibus, a quo ſint ſubminiſtrandæ in Eccleſia. An Epiſcopus teneatur ad contributionem pro Fabrica Eccleſiæ, & uſque ad quam ſummam. Cappæ Canonicis a quo ſint ſubminiſtrandæ?

SUMMARIUM.

1 Expenſæ pro Paramentis, Luminaribus, ac cæteris omnibus cultui divino neceſſariis veniunt & involvuntur cum onere reparandi Eccleſiam, & ex introitu pro Fabrica deſtinato ſunt ſolvendæ, & habet locum etiam in Pluvialibus.

2 Conſuetudo, & Statuta Eccleſiæ maxime obſervata, ſunt attendenda.

3 Expenſarum ſolutionem pro Paramentis facere debent omnes, qui vigore Statuti, vel conſuetudinis ad eas concurrere debent, etiamſi fuiſſet conſtituta particularis adminiſtratio.

4 Conſuetudo de una Eccleſia ad aliam non venit extendenda, neque de loco ad locum, ſed in ſpecie probari debet.

5 Teſtes examinati, pendente lite, & abſque literis Remiſſorialibus non probant.

6 Expenſæ ubi fuiſſent factæ, in partitis biennium in ſcriptis redactæ fuiſſent.

7 Actus, qui dederunt cauſam liti, non attenduntur.

8 Dignitates dicuntur eſſe de Capitulo, imo caput ipſius Capituli.

9 Solutiones factæ per illos, qui vocem in Capitulo non habent, non præjudicant.

10 Conſuetudine ſuppoſita, ſuperfluum eſt Statutum.

11 Expenſæ pro Paramentis, & aliis ſimilibus, ſunt augendæ, quando id, quod confertur in opus ad id deſtinatum non ſufficit.

12 Epiſcopus tenetur pro Fabricæ indigentiis exponere quartam partem redditum menſæ Epiſcopalis.

13 Expenſæ pro Paramentis, & Fabrica Eccleſiæ, ſi non ſufficit id, quod debet contribuere Epiſcopus, & opus ad id deſtinatum, ſunt ſubminiſtrandæ per Canonicos, & Dignitates.

14 Promiſſio ſolvendi certam quantitatem in ingreſſu Capituli, & Præbendæ Canonicalis non tenet.

15 Statutum factum contra jus, & Sacros Canones, non valet.

16 Nuncius Hiſpaniarum non poteſt ſtatuere contra Sacros Canones.

17 Legatus a Latere non poteſt ſtatuere contra Sacros Canones.

18 Conſenſus præſtitus a duabus Dignitatibus, reliquis ſex officere non poteſt.

19 Conſenſus omnium requiritur, ubi verſatur in actu voluntario.

20 Capitulum tenetur exhibere Cappas Canonicis, ſtante conſuetudine, etiam abſque ſolutione.

21 Dignitates, quæ vocem non habent in Capitulo, non ſunt connumerandæ inter perſonas de Capitulo.

22 Indebita ſolutione probata, locus eſt reſtitutioni.

DECISIO XXXVIII.

EO ſub fundamento, quod in Eccleſia Gerunden. vigeret conſuetudo, & obſervantia, ac etiam adeſſent Statuta, quod obtinentes unam ex octo Dignitatibus tenerentur perſolvere in ingreſſu pro Cappis, ſeu Pluvialibus Duplas quindecim, Capitulum ejuſdem Eccleſiæ parem Summam indebite exegit a Procuratore in partibus conſtituto per Benedictum Vadellam pro capienda poſſeſſione Archidiaconatus Beſuldunenſis, de quo per Sanctiſſimum fuerat proviſus. Verum contendentibus Canonicis ſummam exactam reſtituere, hinc Bene-

Benedictus, ut propriæ, et aliarum Dignitatum indemnitati conſuleret, obtinuit ſubſcriptum dubium = *An Capitulum poſſit quidquam exigere a Dignitatibus pro præviſa ſubministratione Capparum, & tandem Cappas de admiss ſtructus omnium libere, & absque ulla ſolutione miniſtrare teneatur, sicut ſit locus ſuſtentari ſumma tribus m quo* in hodierna audientia per me propoſito = CONFORMIS EJUSDEM BENEDICTI PETITIONI PRODIIT RESOLUTIO.

Etenim in Eccleſia Cathedrali Gerunden ab antiquiſſimo tempore conſtituti reperiuntur particulares redditus pro Fabrica, quam vocant adminiſtrationem Operis, et proinde nequit Capitulum quidquam exigere a Dignitatibus pro dicta præſtatione Capparum, ſed illas de præſcripto Operis ad miniſtratione libere, ac abſque ulla ſolutione miniſtrare tenetur, tum ex juris communis diſpoſitione, ſecundum quam

1 onus reparandi Eccleſiam involvit etiam impenſas pro Paramentis, Ornamentis, Luminibus, ac cæteris omnibus honeſtico Dei cultui neceſſariis, quæ Fabricæ æque paramm *ad Text in cap. ſin. de Teſtam. ubi* = *Ornamenta, ſeu Fabrica, Luminaria, ſive aliis ad perpetuum cultum Ordinatione* & Andr. Barbat. *conſ. 16. num. 1. & 4. lib. 3.* Sacd. *conſ. 62 ſub num. 4. & 5.* Sperell. *deciſ. for. Eccleſiaſt. 68. num. 9.* Gemmen *in prax. archp. Neap. c. 109. ſub numer. 13. circ. fin.* Franc. *de Eccleſ. Cathed. c. 22. num. 34. & ſeqq.* Amoſtaz. *de cauſ. Piis lib. 4. cap. 1. num. 21.* Ventrigl. *in prax. annot. 16. num. 2. par. 2.* Tondut. *de ſol. Benef. par. 1. cap. 39. num. 9.*, qui in ſpecie id exemplificat in Pluvialibus; tum etiam ex ſpecialibus ejuſdem Eccleſiæ Statutis, ac ordinationibus, regiſtratis in libro viridi nuncupato, ibi = *Cappas omnes ſericeas ipſi Eccl. ſua cenſerentur, eſſe exſolvendas in bonis ipſius operis, præter illas, quæ debent fieri, & ſolvi per Perſonas de Capitulo in novitate ſua* = Quæ ſane conſtitu-

2 tiones cum ſint laudabiles, ac in Eccleſia Gerunden hucuſque obſervatæ, omnino in judicio attendendæ, ut dicere ſpondit Rot. *in Gerunden. adminiſtrationis Epiſcopatus, Sede vacante, 24. Jan. 1687. §. tertio demum, & 20. Junii ejuſdem anni §. quæ etiam valet cet. lin. ... Zacchia Decano*.

Non ſubſiſtente reſponſione, quod in nonnullis Cathedralibus Provinciæ Cathaloniæ, & ſignanter in Eccleſia, de qua agitur, Cappæ non ſint conficiendæ ex redditibus Operis, ſed parandæ veniant de particulari adminiſtratione pro reficiendis Cappis erectis, quodque ex conſuetudine ibidem uſu recepta, ac inſuper de Anno 1684. confirmata per Capitulare Statutum tum interveniente Vicarii Generalis, ac nonnullarum Dignitatum exiſtentia, conditum, & ſubinde per Regium Hiſpaniarum Nun-

Tomus Secundus.

etiam ſpecifice comprobatum, non nullo Canonici, quorum Dignitates pro illius manutentione Duplas quindecim in eorum ingreſſu, non obſtante præfato Decreto in libro viridi contento, hucuſque perſolverunt. *Sem. Capituli num. 1. ac ſeq.*, adeout propterea ad evitandam contrarietatem ejuſdem Decreti cum recenſita conſuetudine, omnino dicendum ſit, quod dum ibi exceptionis expreſſè Pluviales Cappæ in Perſonis de Capitulo perſolvi ſolitæ, ſub nomine Perſonarum de Capitulo fuerint etiam comprehenſæ Dignitates, vel ſaltem in dicto libro viridi ſolum innotatum fuiſſ onus Canonicis incumbens, abſque eo quod fuerit expreſſum aliud æque ſimile, quo Dignitates gravarentur, & per conſequens ex eodem probari ſolum affirmativam, quod nempe Perſonæ de Capitulo ad ſolutionem tenerentur, non autem concludi valeat negativa, utpote quia ſetacendo onus eorumdem, nulla adhibita fuerit dictio excluſiva reſpectu Perſonarum de Capitulo, quo etſi juxta notiſſimam juris regulam, de qua *Text. in L. cum Prætor ff. de judic. & in L. quam vis C. de Pactis*, incluſio unius haud probat excluſionem alterius.

Siquidem tametſi in debitum revocari nequeat concluſio, quod ubi ſint conſtituta particularis adminiſtratio, ex qua virtute Conſuetudinis, ac ſtatuti, pro parte conſtituendæ ſint, omnes qui illas non tantum

3 conenitere debent, ad ſolutionem debitæ quotæ veniunt compellendi, ut tradunt Beto. *conſ. 3. num. 1. lib. 1.* Franc. *de Eccleſ. Cathed. conſ. 33. num. 9. & ſeqq.* Ventrigl. *in Prax. annot. 15. num. 2. part. 2.* Petramell. *deciſ. 6. num. 8. cum 1.* Rot. *in Montis deciſ. 284. num. 2. cor. Cerro, deciſ. 829. num. 1. recent. in Recent. deciſ. 627. num. 1. par. 1., & deciſ. 454. num. 4. par. 3. earumd. Recent.*, attamen nec exiſtentia hujus particularis maſſæ pro Cappis, ſeu Pluvialibus conficiendis deſtinatæ, eas Dignitates quidquam perſolvere conſueveverunt, ſufficientes probari videbatur, nec Statutum conditum anno 1684. eiſdem Dignitatibus diceb atur obeſſe.

Non quidem primum, nam quidquid revera ſit in reliquis Cathedralibus Cathaloniæ, quod ubi etiam concludentes probatum eſ-

4 ſet, nullatenus efficeret, ex quo Conſuetudo extendenda non eſt de loco ad locum, ſed in ſpecie probari debet. Rot. *cor. Seraphin. deciſ. 1159. num. 6. in recent. deciſ. 274. num. 1. par. 7., & in Hiſpalen. Diviſionis ſimultanea 14. Febr. 1701 præterito §. ſimiliter, ac in Hiſpalen. ... coram Crivo 21. Junii ejuſdem anni §. ... 101. R. P. D. meo Muto, & in penult. cor. Mattheo 2. deciſ. 184. num 6.* Particularis conſuetudo in Eccleſia Gerunden minime probata remanſit, utpote deducta ſolum ex quibuſdam Teſtium depoſitionibus,

K quæ

quæ nullam animadverſionem merentur,
5 nullum quia pendente lite, & abſque literis Remiſſorialibus ab ipſis Canonicis intereſſe habentibus, vel eorum mandato fuerant emiſſæ, ad plene tradita per Rot. in *Derthonen. Jurisdictionis 6. Feb. 1696 § tum quia minime*, verum etiam quia ex trahendo partitas ſolutionum quæ dubio
6 procul ubi interceſſiſſent in ſcriptis fuiſſent redactæ, per ea quæ pondent Rot. *cor. Bich. dec.* 74 *num.* 43 ubi concordantes cum aliis *in Romana Praeadariæ ſeu locorum montium* 14. *Jun. præterit. § altera vero cor. R. P. D. dell' Olmo*, pura vel probatio ex publicis documentis potuiſſet haberi Card. de Luca *de Jurisdict. diſc.* 37. *num.* 8 Rot. *in Canalen dec.* 87. *n.* 1, *& in Recent. deciſ.* 196 *num.* 8. *par.* 1 *deciſ.* 18. *num.* 6 *par* 6., *& deciſ.* 252 *num.* 1. *par.* 7 *Recent.*

Quam veritatem agnoſcentes Canonici, de facto extraxit ciunt nonnullas partitas, quæ tamen æque ineptæ DD. viſæ fuerunt. Nam exceptis duabus poſitionibus, quæ licet probent ſolutiones emiſſas per Archidiaconum de Sylva, & Benedictum Vadellum anno 1692, & reſpective an-
7 no 1695, attamen attendi nequeunt, ex quo ſunt actus, qui cauſam liti præbuerant, ut obſervat Rot. in *Romana deciſ.* 334. *num.* 4. *par.* 11 *cor. Bich. dec.* 169. *num.* 21, *& deciſ.* 334 *num.* 20., *& cor. Priolo dec.* 7. 128, *&* 377 *num.* 18. Ceteræ omnes ſunt penitus extraneæ a caſu noſtro, utpote ſolum præſeferentes vel ſolutiones per Canonicos factas, qualis eſt illa, quæ contigit anno 1340. *Sum. Capital. num.* 9. *litt. A*, vel preſtitutionem librarum quinque, tamquam a Dignitatibus perſolvi conſuetas, citra difficultatem exhibuit ipſe Benedictus Vadellum; vel demum probantes portiones ſolutas per Epiſcopos, tum ratione duplicis præbendæ Canonicalis, quam obtinent in ſua Eccleſia, tum
8 etiam ratione propriæ dignitatis, ob quam cum eſſe dicantur de Capitulo, imo Caput ipſius Capituli *ad Text. in cap. novit ec. quando, de his, quæ fiunt a majori part. Capit.* Coen. *conſ.* 193. *num.* 3. *lib.* 3 Card. de Luca *de Benef. diſc.* 1 *ſub num.* 34, et *diſc.* 28 *ſub num.* 19, extra controverſiam eaſdem ſubminiſtrare tenetur, ut cavetur in ſuperius enunciatis ordinationibus in libro viridi deſcriptis, ideoque eorum ſolutio Dignitatibus præjudicium inferre non potuit, quia cum hæ vicem in
9 Capitulo non obtineant, de Capitulo dici nequeunt, ut in ſimilibus terminis alterunt Capituli Eccleſiæ Collegiatæ S. Felicis ejuſdem Civitatis Gerundæ dixit *cor. Cerclo Deciſ.* 407 *num.* 1, *cor. Bich. deciſ.* 203 *& ſeq. & dec.* 411 *in fin.*

Nec relevat, antiquitus conſueviſſe Dignitates conſeri Perſonis actu Canonicis exiſtentibus, & idcirco mirum non eſſe, ſi non reperiantur ſolutiones noſtris præciſis terminis factæ, nam ut ut ſe habeat veritas hujus aſſumpti, cum inverſimile videatur, Dignitates iis tantum collatas fuiſſe, qui Canonicali Præbenda potiebantur, & eo ſortiri quia ex octo Dignitatibus Eccleſiæ Gerunden., ſex ad præſens detinentur a Perſonis, qui Canonicatu non ſunt inſigniti, placuit DD. reſponſio, quod, hoc non obſtante, ſi Canonici in ingreſſu ad Dignitatem aliquid ſolviſſent, facile poſſet Capitulum de ſolutione docere.

Ceterum, defectus conſuetudinis & obſervantiæ ultra quod probatur etiam ex ipſo Statuto de recenti condito, nam, data
10 conſuetudine, ſuperfluum fuiſſet, edere Statutum, ut ponderat Rot. *cor. Coello dec.* 849. *num.* 11, ad evidentiam demonſtratur ex ipſamet Canonicorum Confeſſione, emiſſa in expoſitione Statuti. Ibi namque quamvis aſſereret Capitulum onera ſolutionis Cappatum Dignitates ſubiacere, ingenue tamen ſatetur, ſolos Canonicos præfita conſuetudine hucuſque obſtrictos fuiſſe ☞ *Verum quia vagait, etiam Dignitates Cappas ntantur & ex illa bonorum fruuntur, æquum eſt, quod quemadmodum illas ſolvunt, & ſolvere conſueverunt Canonici, ita etiam illas ſolvant Dignitates* ☞ Confeſſio autem Partis omne genus probationis excedit, juxta vulgat. *Text. in cap. de ine. De Probat.*

Sublata ea his prima objecti parte a Conſuetudine deſumpta, minus roboris habere viſa eſt altera Statuto innixa, vi cujus ſaltem conſuetudo Canonicos aſſiciens ad Dignitates quoque extendi contendebatur. Quippe qui, omiſſa inſpectione validitatis ejuſdem Statuti, ſuper qua hodie DD. non inſiſtebant, & ſublato æquivoco, quod Epiſcopus interfuerit Capitulo per organum ſui Vicarii, cum Vicarius haud intervenerit exquirendo Capitularium vota, ſed ſolum cum aliis conſederit tamquam ſimplex Canonicus.

Cenſuerunt DD. memoratum Statutum, tamquam injuſtum ſuſtineri non poſſe, quia quidquid ſit, an hujuſmodi Capitulo competat facultas ſtatuendi, adhuc, ut illa in hypotheſi caſus noſtri reveram deberet ad actum, duo eſſentialiter requirerentur, primum videlicet, quod reddant Operis, cui, ut præmiſimus, inſpecta conſuetudine, ac Eccleſiæ ſtatuto, Duplas quindecim in eorum ingreſſu perſolvere tenentur, imprimi pro impenſis ſupportandis fuerunt adinventi, itaut urgeat præciſa neceſſitas alicujus ſubſidii ſuy ped tan-
11 dem, aliud enim, illa ceſſante, non eſſet moleſtandus, ut bene explicat *Gloſſ. in cap. 1. in fin. verbis de Eccleſ. ædif.*, & tenent ibid. Henric. Boic *in fin.* Hoſtien. *num.* 1. *verſ. ut hoc intelliget quando periculo depoſita non ſuſſicit* Abb. *ibid. num.* 3. Zatingas.

fragar. *num. 6. verſ. exponitur etiam.* Chez ſe Anchar *num.* 2. Beto. *eccl.* 3. *num.* 3. *verſ. et tunc autem ſimile recenſendum eſſet*, *lib.* 1. Piaſecc. *in Prax. Episcop. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. *et ſeq.* Vel *conſult.* 179 *num.* 41. *et* 12. Penimoll. *deciſ.* 6 *annot.* 8. *num.* 2. Speroll. *deciſ.* 67. *num.* 2. Ventrigl. *in Prax. annot.* 18. *num.* 2. *par.* 2. Rot. *cor.* Mantic. *deciſ.* 184 *num.* 3, *& cor. Cerila. deciſ.* 819. *num.* 5.

Ulterius autem, quod deveniatur ad contributionem, juris ordine ſervato ut nempe probata neceſſitate Eccleſiæ, Episco-
12 pus pro illius reparatione prius ſuperpedit quartam partem redituum Menſæ Episcopalis, non ſolum futurorum, ſed etiam præteritorum, cum ei non liceat illos in alios uſus conſumere, ſed eoſdem reſervare teneatur pro Fabricæ indigentiis *Gloſſ. in cap.* 1. *verb. fend. de Eccleſ. ædif.*, & tradunt omnes ſuperius relati, & præſertim Beto. *de eccl.* 3 *num.* 9. *verſ. etc reſrigetur lib.* 1. Franc. *de Eccleſ. Cathed. c.* 13. *num.* 12 *et ſeq.* Rot. *cor.* Mantic. *ſupra cit. deciſ.* 184. *num.* 4. quando nec quarta Episcopi ſatis eſſet, tunc cogeretur Capitu-
13 lum pariter de quarta Canonicorum ſupplere, & deinde ſecuta ſolutione diſtributivæ laudibus, Dignitates cum reliquo Clero per Statutum ad præſtitum ſubſidium pendendum adſtringi poſſent, ut proſequitur Franc. *de Eccleſ. Cathed. cap.* 13 *num.* 42. *verſ. quo modo prad.*, *et cap.* 21. *num.* 39 *& ſeq.* Panimoll *deciſ.* 6 *annot.* 8. *num.* 6. Barboſ. *de off. et Potest. Episc. alleg.* 64. *num.* 5 & reſpondit Rotæ *deciſ.* 819. *num.* 8. *et* 9. *cor. Coccin.*, *reperitur ſeu dictum eſt in Recent. deciſ.* 637. *par.* 2. *Recent.*

Quamobrem cum memorata Capituli diſpoſitio, prædicta nullatenus attenta, ſubjecerit Dignitates onere Duplicium quindecim in ingreſſu ſubminiſtrandarum, emiſſa utique cenſetur ad ſublevandam tantum pro-
14 priam, ac Episcopi obligationem, & proinde, tanquam injuſta, ſuſtineri non valet, quamvis probaretur interventus ipſiusmet Episcopi, & facta diceretur pro majori Dei cultu, ut optime advertunt Franc. *ubi ſup. cap.* 13 *num.* 41 Rot. *cor. Cerila. deciſ.* 819. *num.* 4. *et* 5, & reſpondit Sac. Cong. in quadam *Valentina* regiſtrata per extenſum apud Garz. *de ben. f. par.* 8. *cap.* 1 *num.* 90.

Episcopus enim, ſuppoſita obligatione propria, & etiam exemptione Dignitatum emergente tam ex dicta generali juris diſpoſitione, expreſſe præcipiente contributionem Eccleſiaſticorum pro reparatione Fabricæ faciendam eſſe ordine ſuperius expoſito, quam ex peculiaribus Eccleſiæ ordinationibus ſemper uſque ad hunc diem ſervatis, ſolas perſonas de Capitulo in actu adipiſcendæ poſſeſſionis controverſæ poſſeſſionis adſtringentibus, exuendo ſe

e propria obligatione, haud valet in eorum præjudicium ipſis invitis, quid-
15 quam ſtatuere, quod à juris Cenſura, & à rectis Eccleſiæ ſuæ Canonibus deviet, ut docent Abb. *in cap. at ſi Clerici §. de adulter. num.* 10. *de Judic.* Dom. de S. Geminian. *in cap. licet in prima. num.* 8. *de election. in* 6., & in terminis alterius Statuti in Eccleſia Gerunden. pariter incongruè obſervati deciſum fuit *cor.* Seraph. *deciſ.* 590. *num.* 5 *et ſeq.* Gregor. *deciſ.* 454. *num.* 5. *in fin. verſ.* 11 *ſed ſupra*.

Atque ex hoc capite exiſtimarunt DD. nonnullorum relevare, quod idem Statutum à Reverendiſſimo Hiſpaniarum Nuntio confirmatum exiſtat, quoniam nec ipſi li-
16 cet reſcribere, ſtatuere, aut indulgere contra Sac. Canonum Cenſuram, ut monuit *Gloſſ. in cap. ſi verb. ſigere*, *verſ. debitum ſolit.* De Butrio in 6. Joann. Andr. *in cap. ſi. num.* 7 *ibique* Hoſtien. *ſub. num.* 11. *uſque ad fi. de off. Archiepiſc.*, & in
17 ſimilibus terminis Legati à Latere tradunt Gratian. *diſcept.* 300. *num.* 51 Tondut. *Reſol. Civil.* 69 *num.* 17 *tom.* 1, Rota *in Ravennaten. decimarum* 5. *Aprilis* 1677. *§. in præfecti cor. bo. me. Cardinali Vecchiarelli, et in Avenionen. decimarum* 30. *Aprilis* 1682 *cor. R. P. D. meo Deſtri Decano*, & noviſſime concordantibus adductis reſponſum fuit in *Tarentana adminiſtrationis* 1675. *ad ſuperius num. §. Alteræ. coram me.*

Mirauſque reſtringant, quod in editione ejuſdem Statuti nonnullæ Dignitates Capitulo inter fuerunt, quodque etiam ipſæ Cappas utuntur. Primum enim tollebatur nedum ex eo quod prædictæ Dignitates Capitulo intervenerint tanquam Canonici cum alias eiſdem intereſſe minime licuiſſet, dum voces in Capitulo non habebant ut proba-
18 tum eſt; verum etiam ex quo conſenſus à duobus præſtitus, reliquis ſex obeſſe non poteſt *ad Text. in cap.* 1. *et tot. tit. de his, quæ fiunt à major. part. Capitul. et firmat* Rot. *in Gerunden. Anniverſariorum* 15. *Decembris* 1575. *cor. Ceſer. de Graſſis, ubi ſupra* attento potiſſimum, quod verſa-
19 mur in actu voluntario, in quo conſenſus omnium intereſſe habetur requiritur, ut *ex Text. in cap. bandis, & ibi Dunc. num.* 1, *ver. et maxime de majori. ii obedien.* Rot. *cor. Rub. deciſ.* 156. *num.* 13.

Secundum vero ceſſabat, advertendo, quod cum Dignitates ſint exemptæ à ſolutione tam ex dicta generali juris diſpoſitione, quam ex particulari lege Cathedralis Eccleſiæ Gerunden., ac inſuper de redditibus Operis Capitulum ſemper Dignitatibus Cappas habere præſtiterit, dubio procul tenebitur
20 in poſterum illas exhibere, ſicuti de facto eaſdem ſubminiſtrare non dedignetur cæterum Eccleſiæ Beneficiatis abſque eo quod ratione uſus nihil unquam exolverint ad tradita per Card. de Luc. *de Canonic. et Dignit. lib.* 3. *num.* 3. *et ſeq.* Rot. *deciſ.* 541.

542 num. 4. et ſeq., et deciſ. 543. num. 2. et ſeq. cor. Buh., 1 in Recent. deciſ. 380. per tot. par. 12. Recent.

Quibus ita ſtatutis, nec dubitare contingat, ſub veteri Decreto in libro viridi compilato, ſub nomine Perſonarum de Capitulo, Canonicos tantum fuiſſe admiſſos ſt quidem, ſublata de medio contraria con-
21 ſuetudine, Dignitates, quæ vocem in Capitulo non habent, juxta juris diſpoſitionem inter Perſonas de Capitulo, per ſolos Canonicos conflato, connumerandæ ſunt, ut ultra auctoritates ſuperius adductas *in § quam ultimum in his ſpecifice* loquentes de Eccleſia Gerunden, generaliter firmant Compoſtellan. *in cap. 1. num. 4. verſ. nunquam Portioneri*. Fagnan. *in d. cap. 1 num. 43* Valenz. *conſ. 194 num. 21.* Ferret. *conſ. 213 per tot.* Card. de Luca *de Canon. 11 Capit. diſc. 4. num. 5.* Rota *cor. Seraph. deciſ. 98 num. 3. in.* Merlin. Andrea *deciſ. 5. num. 3. et in Recent. deciſ. 703 num. 3. par. 2.*

Unde a primo ad ultimum ſequi viſum fuit *in quantum nulla ratione poſſitiam Capitulum cogere valeat a Dignitatibus prætenſas ſubminiſtrationis Cuplatum quanduim, ingendum iſſe ad reſtitutionem aquabi ſummi a Fraudibus exacta in quæ* nunquam evitari
22 poteſt, quoties indebita præceſſit ſolutio, ita ſanciente *Text. in l. 1., et tot. tit. ff. de condit. indebit* Joann. Galemart *in declarat. ad Sac. Concil. Trid. cap. 14 num. 1.* Rot. *cor. Priol. deciſ. 42 num. 105. 16 cor. Nunc. deciſ. 2. num. 8.*

Et ita poſt ſecundam Cauſæ propoſitionem reſponſum fuit, utraque Parte informante.

R. P. D. MUTO.

BENEVENTANA, SEU THELESINA MOZZETTÆ DIVI CAROLI.

Lunæ 23. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Mozzetta Divi Caroli Borromei pro Sacroſancta Reliquia veneratur; ac de ejus ſubtractione, & reſtitutione ſermo hic inſtituitur, nec non de Sacra Supellectile, & ornamentis Eccleſiaſticarum Perſonarum, ad quem ſpectent, ad intellectum Bullæ San. Me. Pii V. la 42 *An veniat ſub nomine Spoliorum, & an Reliquiæ cadant ſub Bulla Piana.*

SUMMARIUM.

1 Paramenta, Vaſa, Libri, Ornamenta, & res Sacræ Perſonarum Eccleſiaſticarum non veniunt ſub Spoliorum nomine, neque pertinet ad hæredes.
2 Sed pertinent ad earum Eccleſias.
3 Reliquiæ Sacræ non cadunt ſub Spolio, neque pertinent ad hæredes Clericorum, neque cadunt ſub Bulla Piana.
4 Reliquiæ ſubtractio concludenter probanda eſt.
5 Reliquiæ ſubtractio non probatur ex Teſtibus parte non citata examinatis, & de audita deponentibus.
6 Reliquiæ donatio probatur conjecturis.
7 Teſtes deponentes de donatione Reliquiæ prævalent illis de ſubtractione deponentibus.
8 Subtractionis delictum in commodum alterius, a Canonica perſona qualificata non præſumitur.
9 Epiſcopi præſumuntur vigilantes pro defenſione Eccleſiarum nec in eis præſumitur negligentia.
10 Reliquiarum expoſitio in aliqua Eccleſia ſi ſit accidentalis, jus Eccleſiæ non tribuit.

DE

DECISIO XXXIX.

EO ſub præſuppoſito, quod in vim Conſtitutionis S. Pii V. in ordine 43. Mozzetta Divi Caroli Borromei, de qua agitur, olim ſpectans ad Joannem Baptiſtam Foppam Archiepiſcopum Beneventanum poſt ejus obitum pertineret ad Cathedralem Eccleſiam; quodque eadem ſubtracta fuiſſet per Canonicum Joſephum Baſſinum, eſt ab ipſo deinde devicti Presbyteris Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii Terræ Guardiæ Theleſianæ Diœceſis, Promotor Fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis Beneventanæ poſt ſilentium 20. & ultra Annorum inſurrexit contra DD. Presbyteros pro reſtitutione dictæ Mozzettæ; atque a Vicario Generali Archiepiſcopatus, poſt lapſum termini tunc dictum declarari obtinuit in cenſuris incurſos. Sed his appellantibus ad A. C. Tiranatum prodiit ſententia revocatoria dictarum Cenſurarum, & reſpective abſolutoria a prætenſa reſtitutione; adverſus quam, ad inſtantiam ejuſdem Promotoris Controverſia mihi in alteriori inſtantia delegata, quæſivi DD. an Ab ſi lnur reſtitu tad Sacræ Reliquiæ Divi Caroli Borromei = & in hodierna ordentu = RESTITUTIONI LOCUM NON ESSE RESPONDERUNT.

Aſſumptum ſiquidem Reſtitutionis in neutra ejus parte ſubſiſtit. Non quidem in prima, quod Reſtitutio competit ex quo hæc Sacra Reliquia deſuncto memorato Foppa Archiepiſcopo pertineat ad Eccleſiam Cathedralem vigore prænotatæ Conſtitutionis Pianæ; etenim Conſtitutio hæc non loquitur de hoc Sacris Reliquiis, ſed de rebus illis, ſeu bonis ad Cultum Divinum deſtinatis, quæ fieri potuerant ex fructibus Beneficiorum, ut liquet ex toto ejus contextu, & ſignanter ex § primo, 1. et 3. in quibus Summus ille Pon-

1 tifex ſtatuit ornamenta, & paramenta, vaſa, libros, & res Sacras aliaque bona perſonarum Eccleſiaſticarum ad Cultum Divinum deſtinata non venire ſub nomine Spoliorum ad Cameram Apoſtolicam ſpectantium, minuſque pertinere ad hæredes ex Teſtamento, vel ab inteſtato,

2 ſed ad eorum Eccleſiſt, proportionabiliter habita ratione fructuum & temporis, quo beneficia, ſi plura fuerint, poſſederunt. Cum autem hæc Sacra Reliquia non

3 fuerit in Conſtitutione comprehenſa, ſuper eadem inſiſtitur, ut in ſimili dixit Rota cor. Priol. deciſ. 61. & ſup. per tit.

Minus in altera parte prætenſæ ſubtractionis factæ per Canonicum Baſſinum Reſtitutionis aſſumptum ſubſiſtere potuit. Quamvis enim ſatis eſſet Presbyteris Oratorii vincere per non jus Actoris, cum ex ſtematis in prima parte nullum jus competat ſuper hac Sacra Reliquia Promotori Fiſcali vigore dictæ Conſtitutionis Pianæ Text. in L. final. C. de rei vindic. L. qui accuſare, C. de edend. Rot. coram Cerro deciſ. 385. num. primo.

Nihilominus talis ſubtractio nullatenus proba-

4 tur, & tamen uti ſapiens delictum concludenter probandi eſſet, Text. in L. cum pater, §. rogo, ff. de legat. 2. Rot. in rec. deciſ. 33. num. 30. par. 6. & cor. Cocci. deciſ. 1203. num. 3. ac interpretationem ſemper pro illius excluſione favorabilem recepit, Et L. merito, ff. pro ſocio Rot. coram Dunoz. Jun. deciſ. 512. num. 45. deciſ. 512. num. 3. par. 18. Nam, etſi de ea deponant nonnulli Teſtes, nullam pro-

5 ſus fidem merentur, cum citata parte examinati non fuerint, & ſint de auditu. Cap. quidam de Teſtibus. Rot. coram Priolo deciſ. 719. num. 6.

Signanter cum in excluſionem prætenſæ ſubtractionis plura urgeant in contrarium ſuadentia, quod revera hæc Sacra Reliquia donata fuerit per Archiepiſcopum Foppam ante ejus obitum Congregationi;

6 quod Conjecturis etiam probari poſſe dicit Text. in cap. cum dilectus de donat. Bartol. L. cum gild. num. 10. §. ſi certum petit. Felin. in cap. ſi cautio num. 5. de fid. Inſtrum. Maſcard. de probat. concluſ. 561. num. 4. & primo Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 16. num. 7. Et primo ex depoſitionibus Teſtium hanc donationem referentium, Summ. Congregationis num. 1.

7 qui prævalere debent aliis de ſubtractione teſtantibus in excluſionem delicti, ad doctrinam Baldi in cap. in noſtri num. 1. de Teſtib. quam ſequitur Maſcard. de probat. vol. 1. concluſ. 496. num. 16. & 17. Secundo, ex maxima veriſimilitudine. Cum dictus Archiepiſcopus ante adeptum Archiepiſcopatum fuerit Presbyter ejuſdem Congregationis de Urbe, & plures alias Sanctorum Reliquias Congregationi, de qua agitur, præcedenter donaverit. Summ. num. 1. Tertio, quia credibile non eſt, ſi non fuiſſet donata, quod Baſſius Me-

8 tropolitanæ Canonicus hoc ſubtractionis crimen in Congregationis commodum, non autem proprium, commiſiſſet. Menoch. conſ. 98. num. 18. Vermigliol. conſ. 251. num. 1. Rot. in rec. deciſ. 787. num. 23. part. 18. ac duo alii Canonici hanc Sacram Reliquiam proceſſionaliter ad Eccleſiam illius Congregationis traſportare voluerint, omnes conſpirantes in propriæ Eccleſiæ præjudicium. Conenint demum acquieſcentia longiſſimi temporis viginti, & ultra Annorum, ut inveriſimile ſit, quod

tot

9 tot vigilantiſſimi Archiepiſcopi hanc reſtitutionem neglexerunt, quando ad ipſarum Eccleſiarum defenſionem ſunt ſummopere intenti. Rot. *in recent. deciſ. 809. num. 18. & 19. part. 18. in Firmana juriſdictionis 14. Junii 1688. § minus obſtat cor. bo. mem. Ruzdinino, cum aliis in Nullius, ſeu Senigallien. Bonorum ſuper manutentione 13. Junii 1695. § nec hujuſmodi, circa finem. & in eadem ſuper Bonis jure 13. Maii Anno proxime præteriti § in caſu præſenti, pariter circa finem coram me.*

Nec urget, quod hæc Sacra Reliquia aliquando expoſita fuerit in Cathedrali Eccleſia vivente eodem Archiepiſcopo Foppa; nam ex hoc quatenus legitime probaretur, prætendi non poſſet jus aliquod Cathedrali quæſitum, eo quia talis expoſitio facta fuit non animo eamdem Sacram Reliquiam incorporandi cum aliis Reliquiis Cathedralis, ut deſumitur, ex quo deinde in propria Capella venerationi etiam Fidelium exponebat, & eam penes
10 ſe retinebat; quo etiam caſu accidentalis expoſitio aliquod jus Eccleſiæ non tribuit, ut bene in his terminis in explicationem relatæ Conſtitutionis Pianæ firmavit Rot. *cor. Priol. deciſ. 61. num. 5. cum duab. ſeqq. & deciſ. 109. num. 1.*

Et ita concluſum utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

HISPALEN. SUPELLECTILIUM.

Lunæ 28. Novembris 1701.

ARGUMENTUM.

Confraternitates erectæ in Cathedrali auctoritate ordinaria, ſi diſſolvantur, ad quem ſpectent, & ad quem uſum ſint convertenda ſupellectilia, deciditur.

SUMMARIUM.

1 Confraternitates Laicorum erectæ auctoritate ordinaria, ſubſunt eidem Ordinario. *Et vid. ſub num. 8.*

2 Confratres, diſſoluta Confraternitate, non poſſunt diſponere de illius bonis, & *num. 6.*

3 Bona Confraternitatis diſſolutæ, dicuntur vacantia, & pertinent ad diſpoſitionem Ordinarii, donec Papa aliter diſponat, & *num. 8.*

4 Limita, ſi Confraternitas ſiet *de per ſe. Et num. 4. & 8.*

5 Supellectiles deſtinatæ ad certum pium uſum, & certæ Eccleſiæ addictæ, cenſentur eidem acquiſitæ. *Et num. ſeq.*

6 Eæque nec a Confratribus ad aliam Eccleſiam transferri poſſunt, nec in alios uſus converti, & *num. 11.*

7 In dubio an Bona acquiſita fuerint favore Eccleſiæ dicuntur eidem Eccleſiæ acquiſita. & quare? & *num. 10.*

8 Bona, quæ ſemper remanſerunt ſub particulari cura Confratrum, etſi ad certum pium uſum deſtinata, nunquam transfierunt in dominium Eccleſiæ, neque dici poſſunt propria Eccleſiæ.

9 Quæ nam ſint ea Bona, quæ Confraternitatum *propria* dicuntur? & *num. 7.*

10 A ſponte dantibus ſemper recipi poteſt, maxima dum agitur de rebus ad divinum cultum deſtinatis, & quare?

11 Bona Confratrum, quæ non fuerunt acquiſita intuitu Eccleſiæ, deponuntur apud Rectorem Eccleſiæ nomine Epiſcopi.

DECISIO XL.

IN Cathedrali Eccleſia Hiſpalen., & ſpecialiter in Capella Sacrarii uſque a principio elapſi ſæculi auctoritate Ordinaria erectæ fuerunt duæ Confraternitates, altera de anno 1654. ſub Invocatione Sanctiſſimi Sacramenti, cujus inter alia principalis Cura erat aſſociare cum ſacris luminibus, & aliis Eccleſiaſticis ornamentis Panem Euchariſticum Infirmis, ut decentiori, quo fieri poſſet modo deferretur, & altera ſub titulo Animarum Purgatorii de anno 1618., ut illæ Sacrificiis, ac aliarum precum ſuffragiis celerius, quam fieri poſſit, flammis expiatæ ad Celeſtia evolarent. Attentis notis controverſiis inter Reverendiſſimum Archiepiſco-

piſcopum, & Capitulum nova Viſitationem dictæ Cathedralis, & modum exhibendi liberi redditionis rationem, Confratres quoque in nullum navi conſtitutis, potius quam aſſumere longam litem, cujus ſpectare exitum, jam pendentem inter prædictos, diſſolutionem dictarum Confraternitatum prætulerunt, & in ſequelam hujus deliberationis Officiales comparuerunt de anno 1695 coram Decano, & Canonicis inſimul congregatis, ac expoſito Confratrum propoſito inhærerent, ut Capitulum mandaret Viſitatori dicti Sacrarii quod reciperet Claves, ſub quarum Cuſtodia detinebantur Mobilia Argentea, & Ornamenta pro ſervitio, & Cultu *ſum. Capitul. à 6. 7 & 8.* Participavit hanc diſſolutionem Capitulum Archiepiſcopo, & deinceps continuavit in poſſeſſione dictarum rerum, ac in præſtatione ſolita, ac debiti honoris erga Eucharisticum Sacramentum, & in exhibitione ſuffragiorum pro Animabus purgantibus, donec Reverendiſſimus Archiepiſcopus condolens ſe gravatum à tali receptione, & retentione facta per Capitulum, occaſione aliorum dubiorum hodie diſputatum fuit coram Me = *An ſupelleLilia, & alia ſpectantia ad Confraternitatem Sacrarii penes Capitulum ab ipſarum Confraternitatum Officialibus recipi, & an liceat eidem Capitulo illa retinere, ſeu potius ſint tradenda Archiepiſcopo ac illarum prædictas Confraternitates reſtituenda, vel de novo erigendi* = & DD reſponderunt = *POTUISSE RECIPERE, ET RETINERE JUXTA MODUM, ET MODUS EST, QUOD CAPITULUM DEBEAT RETINERE DICTA MOBILIA, ARGENTA, ET ALIA ORNAMENTA NOMINE ARCHIEPISCOPI, FACTA DESCRIPTIONE EARUM CORAM IPSO VEL ALIO AB EO DEPUTANDO AD HOC, ET APPLICENTUR AD EOSDEM USUS PIOS IN EADEM ECCLESIA AD QUOS PER CONFRATERNITATES FUERUNT DESTINATA* = prout fore hunc ſenſum ſe declararunt etiam Scribentes pro Archiepiſcopo in ſua reſponſione *§ ſed quatenus.*

Prætendebant nihilominus iſti in ſuis Scripturis, quod Capitulum neque dictam conſignationem recipere poſſet, ex quo cum dictæ Confraternitates erectæ reperiantur

1 auctoritate ordinaria, erant eidem Rmo Archiepiſcopo ſubjectæ, tam ex diſpoſitione Juris, ut *in cap. de Xenodochiis, & cap. ad hæc de Relig. domib.*, quam ex Sac. Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 8. & 9. de Reformat.* & Conſtit. Clem. VIII. *in Bull. Lx 107. § 8.*, quam ex ſpeciali lege fundationis, in qua expreſſe legitur, quod tales Confraternitates ſubjectæ illi debebant illius Juriſdictioni, & quod Confratres in poſterum tenerentur de illorum Bonis Viſitatoribus dicta Archiepiſcopatus rationem reddere, *Sum Archiep. à num. 2. ad 6. & ſignanter num 3. in lit. A*, ex

2 quibus legibus inferebatur, quod dicti Confratres poſt diſſolutam Societatem nequibant diſponere de Bonis ad Confraternitates ſpectantibus, nam ſi per diſſolutionem ceſſarunt eſſe Confratres, ceſſavit non minus jus adminiſtrandi, & per conſequens etiam jus diſtribuendi dicta Mobilia, & propterea Capitulum non poteſt recipere à Perſonis, quæ non habebant jus diſponendi, per Text. *in L. 1. quis Titio ff. de Legat. 3. cum aliis adductis per Petr. de Ubald. de canonic. Epiſc. quæſt. 13. num. 28.*

Et deinde prætendebant, quod tanto minus dicta Mobilia poſſet retinere; nam Bona Confraternitatum, & aliorum piorum locorum, quando de facto reperiantur diſ-

3 ſoluta, ſtatim, tanquam vacantia remanent ſub diſpoſitione Summi Pontificis, vel Ordinarii, donec ſaltem per Sedem Apoſtolicam de illis diſponatur, ut illa, vel Confraternitatibus de novo erigendis, vel aliis piis uſibus valeat applicare. *ad Text. in cap. cum § Conſimata num de Relig. Domib. cum aliis, quæ tradunt Barboſ. in L. ſin. num. 22. ff. de Collig. illicit. Abb. in cap. Recolendo num. 3. verſ. bona Colleg. de ſtat. monach.* Tondut *quæſt. benef. par. 3. cap. 22. ſub. num. 22.*, ex quo ſequebatur, quod eadem bona remanere non poterant penes Capitulum, nec etiam per viam depoſiti, ut tradit Pellizar. *in Manual. tract. 7. cap. 5. ſect. 6. num. 164.*, quia illa recte via traditæ debebant in Dominium Superiorem Eccleſiaſticum, ut ea, quæ tradunt Modern. Piſton *conſ. 27. num 65* Donat. *in prax. Regul. tom. 2. tract. 13. quæſt. 24. num. 10.* Rocca *diſſ. cap. 183 num 15.*, & Rot. *in Recent. decis. 163. num. 3. cum ſeq. par. 4.*

E contra vero per Capitulum dicebatur, quod tales Confraternitates eſſe erectæ in ipſa Eccleſia, & ad certum opus pium, & ſignanter, quia ad formam Apoſtolicarum Conſtitutionum, quæ mandant, quod in qualibet Eccleſia Parochiali hujuſmodi Confraternitates erigantur, ut teſtatur Capon. *diſcept. 276. num. 38.*, & declaravit Sac. Congr. Epiſcop. *in Vercellen. 3. Febr. 1610.*

Unde cum tales Confraternitates non ſtent

4 de per ſe, ſed potius erectæ dicantur in adjutorium Eccleſiæ, ubi reperiuntur fundatæ, ſequitur proinde, ut illarum bona, quæ repetebantur ad idem exercitium

5 deſtinata, cenſeri debent Eccleſiæ acquiſita, ut per Text. *in d. L. ſi quis Titio ff. de legat. 3.* tradunt Bart. *in d. L. ſin. num. 22. verſ. quæritum fuit Collegio ff. de Colleg. illicit.* Ricciol. *Lucubr. Eccl. lib. 4. cap. 18. num. 3.* Tondut. *quæſt. benef. lib. 1. cap. 43. num. 1. cum ſeqq.* & Donat. *in Prax. Regul. tom. 3. tract. 3. quæſt. 42. in fin.* & propterea ſi hoc procedit contra

6 ipſosmet Confratres, qui dicta Bona ad alium Eccleſiam transferre non poſſunt, ut

ita

potest Capon. *controverſ. 345. num. 6.*, quanto magis erat admittendum contra Epiſcopum ne Supellectilia, quæ fuerunt per Confratres tradita contemplatione Eccleſiæ in alios uſus converterentur, ut firmavit Rot. in *Meleviana Juris adminiſtrandi 4. Junii 1692. in bonis mem. Ruſtici, & in Girundin. Cappellaniæ 17. Januar. 1698. § Etiam Exiſtit coram R. P. D. Muto.* & ideo ceſſare viſi eſt in præſenti quæſtio Bonorum vacantium, in qua ſunt 6 deducti omnes auctoritates in contrarium adductæ.

Quod clarius comprobari dicebatur ex facto ipſorum Confratrum. Nam ſi illi in actu diſſolutionis tradiderunt Capitulo Supellectilia ad uſum Sacrum deſtinata, quæ etiam 7 adſuiſſet aliqua dubietas, an illorum dominium acquiſitum fuerit favore Eccleſiæ, ex iſta tamen traditione declarata remanſiſſet voluntas eorum Confratrum, illa voluiſſe acquirere contemplatione, & favore Eccleſiæ, in qua ipſi permanebant. Donat. in *Prax. tom. 4. tract. 8. quæſt. 26. n. 2. Bonon. controv. Regal. num. 1. Reſolut. 72. num. 11.* Rot. *coram Merlin. dec. 384. num. 5. & in Recent. deciſ. 359. num. 1. par. 14.*

Sed quatenus dicta Bona ſpectarent ad Confratres, ſicuti de illis in actu receſſus potuiſſent ad eorum libitum diſponere etiam illa transferendo in aliam Eccleſiam, ita multo magis eadem Supellectilia, quæ per ipſos retineri non poterant, merito relinqui potuerunt ad commodum illius Eccleſiæ, ubi exiſtebant de tempore ſecutæ diſſolutionis, ut poſt Jacob. Rebuff. *in L. unic. C. de ſpeſſ. lib. 10.*, & Petr. pariter Rebuff. *ad L. Reg. tom. 3. tit. de Conſerv. num. 51.* tradit Capon. *d. diſcept. 345. num. 3. & ſeq.*

Maxime; quia Capitulum non intendit dicta Mobilia, & Argenta ſibi appropriare, ſed impendere in eumdem uſum, nempe aſſociandi & exponendi publicæ venerationi noſtræ Redemptoris Auguſtiſſimum Memoriale, & in continuatione æternum Suffragiorum, prout fecit propriis expenſis a die diſſolutionis Confraternitatum uſque in præſens, & continuabit donec, vel eadem Confraternitates reſtabiliantur, vel aliæ ſimiles de novo erigantur.

Neque obſtant Auctoritates importantes Bonorum Confraternitatum diſſolutarum a ſubjectione Sanctæ Sedis, quia per Capitulum dicebatur, quod iſtæ procedunt in Caſu Confraternitatum de per ſe ſtantium, quia tunc vere illarum Bona dicuntur vacantia; ſecus vero ſi aliquæ Confraternitates, ut in præſenti erectæ in aliqua certa Eccleſia ſeu Capella dependerent ab illa, & per adjutorio eamdem: quia tunc non ad Confratres ſed ad Eccleſiam Bona ſpectare dicantur juxta diſtinctionem ſuperius inſinuatam, quam fuſius tradit Frances *de Eccleſ. Cathedral. cap. 15. n. 185.*

Verum DD. approbando quæ per Reverendiſſimum Archiepiſcopum allegantur, quod nempe dictæ Confraternitates erant ſubjectæ illius juriſdictioni, quia in limine fundationis ſe ſubmiſerunt, & promiſerunt de Bonis ipſarum Confraternitatum reddere rationem Viſitatoribus, nec non quod dicta Bona uti vacantia poſt diſſolutionem Confraternitatum dici non poterant propria Eccleſiæ, in qua ſita reperiebantur, ſed pertinere debebant ad S. Sedem, & reſpective ad Archiepiſcopum, & tunc ſolum auctoritates per Capitulum allegatæ locum habent, quando dubitatur, an Bona ſint Eccleſiæ, in qua ſita eſt Confraternitas, vel propria ipſius Confraternitatis, & tunc in dubio dicantur potius Eccleſiæ, ſed quando, prout hic, 8 controverſa Bona ſemper remanſerunt ſub particulari cura Confratrum, & quamvis ad certum opus pium deſtinata, numquam tamen tranſierunt in dominium Eccleſiæ, neque dici poſſunt propria Eccleſiæ, ut obſervat idemmet Frances *eod. loco per Capitulum citat. cap. 15. num. 185.*, ſi totus perlegitur, cum quo concordant Rot. *in d. L. ſin. num. 22. ff. de colleg. illicit.* Tondut. *dict. cap. 43. num. 1. verſ. ſi enim aliter*, atque transferendo Confraternitatem potuiſſent Confratres bona, ut donata Eccleſiæ transferre, prout per Capitulum admittitur: & de facto Capitulum dicta Bona recepit ab eiſdem Confratribus per traditionem Clavium, & pro9pterea non propria dictarum Confraternitatum, poſt illarum diſſolutionem dici debent etiam vacantia, & ad S. Sedem, & reſpective ad Ordinarium ſpectantia, ut ultra auctoritates ſuperius allegatas comprobant Donat. in *Prax. regul. tom. 4. tract. 8. quæſt. 41. num. 1. & Rot. cor. Caval. deciſ. 472. num. 1. & ſeqq.*

Nihilominus DD. dixerunt abſolute Capitulum potuiſſe recipere, & retinere quia quoad iſtam primam partem nulli dubium eſt, cum 10 a ſponte dantibus ſemper recipi poſſit, maxime dum agebatur de rebus ad divinum Cultum deſtinatis, & ad eumdem uſum traditis, quinimo exinde periculum erat poterat deperditionis, vel ſaltem dubitari de illarum translatione ad aliam Eccleſiam. Et quoad ſecundam partem ſententionis dixerunt, quod poſſet retinere juxta eumdem tempus, ut dicimus approbando temperamentum propoſitum pro parte Archiepiſcopi, ſed cum aliquo moderamine; nam in *d. § ſed quatenus*, enſitum fuit, quod quatenus placuiſſet 11 DD. non innovare Perſonam deputatam a Capitulo pro retentione dictarum rerum, id tantum fieri deberet dummodo ſalva remaneret juriſdictio, adminiſtratio, & diſpoſitio favore Archiepiſcopi, & per conſequens, quod deberet Depoſitarius adſtringi ad ſe obligandum, & declarandum

dicta

dicta Bona nomine Archiepiſcopi retinere, & adminiſtrare, eaque detentarum quouſque Archiepiſcopus de illis diſponat, quodque idem, Archiepiſcopo, dictorum Bonorum rationem reddere deberet ad illius beneplacitum, & ideo reſervando Reverendiſſimo Archiepiſcopo totam ſuperioritatem, & juriſdictionem decreverunt, quod retinerentur per Capitulum nomine Archiepiſcopi, & quod deſerviberentur coram Eodem, ſeu alia Perſona ab eodem deputanda, illam tamen hortarunt quod diſpoſitionem, ut n æquum omnino viſum eſt, quod Eccleſia privari poſſit dictis ornamentis, quæ cum ſit Cathedralis, & principalis Parochia, ſemper cum majori pompa, & decore incedere debet præ aliis, & ideo, adjunxerunt ad hoc, ut applicentur ad eosdem plus ulus in eadem Eccleſia, ad quos per Contrahentes fuerunt deſtinata.

Et ita cauſa bis propoſita, reſolutum fuit cum ſuffragio omnium DD utraque Parte ſemper informante.

R. P. D. SCOTTO.

TUDEN. CAPELLÆ.

Veneris 23. Junii 1705.

ARGUMENTUM.

In hac deciſione, quæ eſt confirmatoria alterius, coram R. P. D. Caſſarello emanata ſub die 25. Aprilis 1704. ſtatuitur, nullum jus competere Parocho ad impediendam celebrationem Miſſæ in Capella intra ejus Parochiæ limites erecta, concurrentibus tamen requiſitis, de quibus in Deciſione. Cætera patent ex Summario.

SUMMARIUM.

1 Capella profana quod fuerit authoritate Ordinarii erecta, Benedicta, ac dotata, poteſt in ea Miſſæ Sacrificium celebrari.

2 Text in Cap. Nullus, & Canon. Nemo, *de Conſecrat. diſt.* 1. declaratur.

3 Capella Parva, ſeu Oratoria, ſatis eſt, quod Divino Cultui ſint dicata, & Epiſcopi authoritate benedicta, ad differentiam Eccleſiæ formalem conſecrationem requirentis.

4 Conſenſus tacitus operatur idem ac expreſſus.

5 Conſenſus obtentus cenſetur, prout erat de jure obtentus ad validitatem actus.

6 Licentia per Epiſcopum ad benedicendum conceſſa præfert licentiam, ſeu ratificationem ædificationis jam factæ.

7 Conſenſus Epiſcopi non eſt neceſſarius, quod conſtructionem Eccleſiæ præcedat, ſed ſatis eſt, ut ſubſequatur.

8 Conſenſus ſemel valide præſtitus, re infecta, non ſit amplius revocabilis.

9 Fundatoris obligatio, ſi provenit a mera liberalitate, contra eumdem non eſt ita rigide inſiſtendum ſi Capella non habeat Oratorii requiſita, quæ alias in rigore juris deberet habere.

10 Capellæ ea dos ſufficit, quæ pro ejuſdem manutentione neceſſaria eſt.

11 Capella ſi non habeat dotem requiſitam, quis ſupplere teneatur?

12 Parochus videns Oratorium conſtrui, & non contradicens conſenſus ejus erectioni præſtitiſſe cenſetur.

13 Conſenſus injuſte denegatus, poteſt per judicem ſuppleri.

14 Intellectus Sacr. Tridentinæ Synodi in *Seſſ.* 22. *de obſerv. & evitand. in Celebrat. Miſſæ.*

DECISIO XLI.

IN Grado Appellationis a diverſis ſententiis de partibus non bene inter ſe conſonantibus pronunciavit R. P. D. meus Caſſarellus per Sententiam latam, prævia deciſione emanata ſub die 25. Aprilis elapſi Anni = *Licitam eſſe celebrationem Miſſarum in Capella ſub invocatione B. Mariæ de Monte, Carmelo a Michaele, & Elisabetha conjugibus propria ære conſtructa, & propterea nullum jus competere Parocho intra cujus Parochiæ limites eadem Capella erecta fuit, pro impedienda dicta celebratione, ſalvis tamen juribus Parochialibus* = Cumque in gradu ulterioris Appellationis per Signaturam Juſtitiæ Mihi delegatam dubitaverim

de cujus prælaudatæ Sententiæ Rotalis, DD. hodie audito etiam Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis adhærente inſtanti ac dicti Parochi, = *PRO ILLIUS CONFIRMATIONE* = reſpondere non dubitarunt.

Baſis reſolutionis itemen ſteut in eo, quod cum
1 hujuſmodi Capella fuerit authoritate Ordinaria erecta, & ea ſpeciali ejuſdem delegatione a P. Matthæo Percy benedicta, ac demum ſufficienter dotata, conſequens erat, quod in ea poſſet incruentum Miſſæ Sacrificium celebrari. *Cap. hinc ergo*, & *Cap. Miſſarum de Conſecrat. diſtinct.* 1. *iam olim ſimulatis per* Pignatell. *tom.* 2. *conſult.* 94. *num.* 18. & 19. Non attento quod in erectione dictæ Capellæ non fuerint ſervata ſolemnia præſcripta in *Cap. Nullus* & *seq. Nemo de conſecr. diſtin.* 1. Quia requiſita per dictos Canones ſpectant ad
2 formalitatem conſecrationis Eccleſiæ, quæ non eſt neceſſaria pro Celebratione Miſſæ, præſertim in hujuſce parvis Capellis, & Oratoriis, quia ſatis eſt quod ſint Di-
3 vino Cultui dicata, & Epiſcopi authoritate conſtituta Eccleſiæ precibus, & per ſolam Aquæ Sanctæ aſperſionem benedicta, ut tradunt Azor. *inſtit. moral. lib.* 10. *cap.* 26. *§.* 14. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 26. *num.* 8. Paſqualig. *de Sacrificio Miſſæ quæſt.* 311. *num.* 1. Pax Jordan. *Lucubrat.* 1. *Lib.* 4. *tit.* 1. *ſub num.* 315.

Quibus poſitis, nequaquam relevare viſa fuerunt objecta, quæ per Defenſores Parochi proponebantur. Primo nempe, quod non conſtet de dicta licentia Ordinarii. Secundo, quod dos aſſignata Capellæ non ſit libera, & Tertio, quod eſſet neceſſarius etiam conſenſus Parochi, in cujus præjudicium non poterant erigi controverſa Capella. Nam quoad licentiam Ordinarii DD. animadvertebant, quod conſtructa jam Capella, pius Fundator ſupplicavit Rmo Epiſcopo pro facultate illam Benedicendi, & in precibus porrectis expoſuit ibi = *Come avendo ſabbricato con licenza di V. S. Illuſtriſs. una Eremita della Madonna del Carmine* =

Quapropter dum Epiſcopus approbando expoſita, gratioſe petitam facultatem Benedicendi P. Matthæo Percy in calce precum
4 delegavit non videbatur poſſe dubitari de conſtructione, & erectione facta de ejuſdem conſenſu, qui ſufficit etiam tacitus. Azor. *inſtit. mor. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæſt.* 6. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 26. *num.* 17. Paſqualig. *de Sacrif. novæ legis Quæſt.* 441. *num.* 2. Pax Jordan. *lucubrat. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 52.

Neque obſtat, quod ex Conſtitutionibus Synodalibus licentia in ſcriptis requiratur, cum quia conſenſus in dictis precibus enunciatus, & ab Epiſcopo tunc admiſſis præſumitur obtentus, prout erat de jure
5 obtinendus ad validitatem actus, & ſic ad formam dictæ Conſtitutionis Synodalis. Rota *deciſ.* 803. *num.* 10. & *deciſ.* 1158. *num.* 6. *127. Emerix. part.* 5. tum etiam quia licentia in ſcriptis conceſſa ad Benedicen-
6 dum præfefert tanquam neceſſarium antecedens licentiam in ſcriptis, ſeu ratificationem ædificationis jam factæ, quod ſufficit, ut plene dicatur ſatisfactum formæ
7 præſcriptæ a Conſtitutione prædicta, cum Ordinarii conſenſus, ſive licentia non ſit neceſſe quod conſtructionem Eccleſiæ præcedat, ſed ſatis ſuperque ſit, quod ſubſequatur, etiam illa perfecta, ut probat Azor *inſtit. Mor. par.* 1. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæſt.* 5. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part.* 2. *alleg.* 26. *num.* 2. & *de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. Pax Jordan. *lucubr. d. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 51. Amoſtaz. *de Cauſ. piis lib.* 5. *de Eccleſ. ædific. cap.* 7. *num.* 2.

Nec relevante, quod dicta delegatio ad benedicendam Eccleſiam fuerit poſtmodum per Epiſcopum revocata. Nam cum ante revocationem Delegatus jam devoniſſet ad benedictionem Oratorii, revocatio facta, re amplius non integra, non poterat ob-
8 ſtare, cum actus ſemel validè peractus, re infecta, non ſit amplius revocabilis. Gratian. *diſc. Forenſ. cap.* 91. *num.* 9. Card. de Luc. *de Canon. & Cap. diſc.* 1. *n.* 9.

Quo vero ad Dotem Capellæ, DD. de illa ſatis conſtare cenſuerunt ex Inſtrumento aſſignationis plurium Bonorum per dictos Conjuges factæ. Quamvis enim objiceretur, quod dicta Bona eſſent emphyteutica, & devolutioni ſubjecta, atque propterea Dos non poſſit dici perpetua, tamen ex lectura Inſtrumenti Dominis apparuit, non omnia eſſe dicto onere affecta, ſed plurima ex eis exiſtere abſque dicta qualitate emphyteutica, & de jure libere poſſeſſa, unde cum agatur de ſimplici Oratorio, ſeu Capella, non erat ita rigide in-
9 ſiſtendum contra Fundatorem, cujus obligatio proventus ſibi ſubhaſtata, ut inquit Abb. *in cap.* 8. *num.* 4. *de Conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* & ſufficit quod Dos in ea quan-
10 titate ſubſiſtat, quæ poſſit ſufficere pro manutentione ejuſdem Oratorii, & Sacrarum Supellectilium. Abb. *d. cap.* 8. *num.* 4. Vivian. *de jurepatronatus lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 35. & 39. Pitonnol. *deciſ.* 9. *adnot.* 2. *num.* 2. & 3. Pax Jordan. *Lucubr. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 22.

Et in omnem caſum ponderabant PP., quod quatenus Dos non ſubſiſtit in quantitate ſufficienti, poterit Reverendiſſimus Dominus Epiſcopus, cujus ſatis nota eſt ſolertia in reſpicientibus Divinum cul-
11 tum, & beneficium propriæ Gregis, cogere Fundatores in aſſiſtatione, ad illam in congrua quantitate aſſignandam, ut tradunt Abbas *in cap.* 1. *num. ſeu t. num.* 3. *de Conſecrat. Eccleſiæ, vel Altaris* Vivian. *de Jurepatronatus Part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 16. & *ſeq.* Pitonnol. *d. deciſ.* 9. *adnotat.* 2. *num.* 6.

Reſpectu demum conſenſus Parochi, cum ille cautum requiratur, ne ſcilicet præju-

dicium

dictum inferatur ſimbus Parochialibus, & hujuſmodi jura expreſſe ſuta tecta ſerventur in Sententia Rotali, & omiſſur aliis per eamdem confirmatis, vel ſufficienter intervenuiſſe dicitur cum videat Orato-
12 rium conſtrui, & non contradixerit, immo potius annuerit, ut deponunt Teſtes, & in fortioribus terminis tradunt Barboſ. *de Offic. & Poteſtat. Epiſcopi part. 2. alleg.* 18. num. 2. Pasquilig. *de Sacrif. novæ legis Quæſt.* 441 *num.* 4. Amoſtaz *de Cauſis piis lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 27 *in fin.*, vel in omnem caſum cum injuſte denegetur,
13 poteſt per Ordinarium, vel per Sententiam Judicis ſuppleri, ut concordantibus allegatis, late firmatum fuit in *Romana Oratorii* 13. *Januarii* 1698. §. *Reliquit, & 26. Junii* 1699. §. *Hoc autem, cum duabus ſeqq. coram R. P. D. meo Priolo*.

Hinc denique nullatenus applicabilis viſa fuit diſpoſitio Sacræ Œcumenicæ Synodi Tridentinæ allegata per Informantes pro Parocho, *in Seſſ.* 22. *de Obſerv. & Vitand. in Celebrat. Miſſæ*, ſuper neceſſaria viſitatione, & deſignatione Ordinarii. Quia cum
14 hic agatur de Oratorio publico, non applicatur diſpoſitio prædicta, quæ tantum procedit quoad Oratoria in particularibus domibus exiſtentia, ut relatis pluribus reſolutionibus Sac. Congregation. firmat Barboſ. *ad idem Concil. loc. cit. num.* 11. *&* 12.

Et ita utrinque, &c.

R. P. D. ANSALDO.

MELEVITANA DECRETORUM

Lunæ 21. Martii 1707.

ARGUMENTUM.

Firmatur auctoritas Epiſcopi in augendo numero Capellanorum pro uberiori Eccleſiæ ſervitio, etſi per Tranſactionem, Apoſtolica confirmatione roboratam, certus fuerit præfinitus numerus. Expenditur conformitas Sententiæ cum Deciſione. Epiſcopi Arbitrium in applicatione Fallentiarum defenditur. Onus refectionis Chori ſubſidiarie refunditur in Canonicos, deficientibus nimirum redditibus Fabricæ, & Sacriſtiæ, idemque deciditur reſpectu Epiſcopi, cujus tamen omnimoda exemptio firmatur in reſtauratione Eccleſiarum inferiorum. Ad intereſſendum Conferentiis Caſuum conſcientiæ, præter Canonicum Pœnitentiarium, & Theologum, cæteri Canonici adſtringi nequeunt.

SUMMARIUM.

1 Epiſcopo non licet variare numerum Capellanorum auctoritate Apoſtolica ſtabilitum.
7 doque expedit declarare, quemadmodum non obſtante conſimili inæqualitate non ad quandoque mutari, & de facto prædicatur conceſſio ſuccesſionis in genere ad hoc vel illud fideicommiſſum, ut habitur penes Alex. *conſ.* 101. *ſub numero* 9. *verſ. nec etiam* 18. *mi.* & *c.* & *lib.* 5. Rot. *deciſ.* 55. *num.* 1. *coram Tretinger.*, *deciſ.* 118. *num.* 16. *par.* 18. *in Florentina Fideicommiſſi ſeu Primogenituræ* 14. *Decembris* 1705. §. *Præterea* [illegible] *R. P. D. meo Stiletti*, *& Romana Fideicommiſſi de Ghislerii ſuper Reintegratione* 7. *Decembris ejuſdem anni* §. *Formale ſed hic coram Rmo P. D. meo Molines Decano*, & *in Romana, ſeu Bergomen. Primogenituræ de Cerofaſio* 1. *Julii* 1706. §. *Praeter*, *coram eodem*.

Superaddita non *minus* fuit *in tertia Inſtantia per Sacrum Auditorium forum*, & *adtam Dubio* Ordinarii obſervaverit omnimodam conformitatem, quoniam cum Ordinarius ſalubriter ordinaſſet, quod continuo fieret pro unica ſaltem vice in quolibet hebdomada Collatio Caſuum Conſcientiæ, & hoc in genere, tale ſimpliciter pronunciaſſet A. C., quia tamen reſum fuerat Dom. mea, tunc Emo D. meo Capitula ſuffragantibus, necnon adjungere pro ſubveniendo etiam Canonicorum, hinc conformitas non attendibilis reſtabat dumtaxat ſuper hac Collatione Caſuum Conſcientiæ ſemel in qualibet hebdomada commendabiliter ſtabilita, ſuſpenſa protunc ſolum ipſa adjunctione Canonicorum, quam etiam in hac tertia diſputatione *ſuper alterum Dubio* Tribunal temperavit; ac pro-

8 pterea tum ratione ſingularitatis, ſeu unitatis tum ratione adjunctionis prænominati adjunctæ erit reſtituenda e numero, & e conformitate Sententiarum, ut paſſim firmavit Rota, & ſignanter in *deciſ.* 466. *num.* 31. *coram Bich.*, *deciſ.* 105. *num.* 1. *par.* 15. *deciſ.* 748. *num.* 7. *par.* 18. *rec.*, & *in Mileviana Primogenituræ* 13. *Decembris* 1706. §. *Cum igitur* &c. *poſt med. coram Illo.*

Iſte-

Illeque extitit modus, ſub quo circa primam diſcuſſionis partem dictum fuit in COM STARE DE TRIPS, in utroque &c.

R. P. D. CAFFARELLO.

CASSANEN. JURIUM PAROCHIALIUM, SEU PRÆEMINENTIARUM

Lunæ 6. Junii 1707.

ARGUMENTUM.

Firmatur independentia Parochi ab Eccleſia Archipresbiterali, ſeu majori. Quamobrem eidem Paroco indulgetur jus incedendi ad Siniſtram Archipresbiteri in Proceſſionibus Ordinariis, itemque datur facultas extraordinarias ducendi Proceſſiones in Loco, non obſtante contradictione ipſius Eccleſiæ majoris, cujus Parochia non per limites, ſed per Familias diviſa erat. Eidem præterea fit poteſtas advocandi Concionatorem ab Epiſcopo deſtinatum tempore Quadrageſimæ, Benedicendi domos, & Oleum Sanctum immediate ab Eccleſia Cathedrali recipiendi, eidemque in Juribus ipſi Paroco datur manutentio.

S U M M A R I U M.

1 Juris aſſiſtentia militat favore Parochi pro libero exercitio omnium Functionum, & Jurium Parochialium.

2 Qua propterea concurrente eidem manutentio indulgetur. *& num* 22.

3 In Functionibus Eccleſiaſticis, prout ſunt Proceſſiones Ordinariæ, & communes, niſi aliter ſuadeat legitima conſuetudo attendi debet praxis, & exemplum Eccleſiarum Urbis.

4 Lege Liturgica cautum eſt, quod in Proceſſionibus dandus ſit ultimus, & dignior locus Celebranti, nec alteri liceat abſque Paramentis Sacris incedere ad ejus dexteram, vel ſiniſtram.

5 Explica.

6 Parochus non poteſt intra limites Juriſdictionis alterius, hoc inconſulto, Proceſſiones ducere.

7 Ampliа, ſi cum Cruce, & Stola incedat, quod ſignum eſt Juriſdictionis.

8 Id procedit ſi aliena Parochia diviſa ſit per limites, ſecus ſi per Familias.

9 Parochia independens ab alia proprium Territorium, finesque diſtinctos habere debet.

10 Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 13. explicatur.

11 Neque Cathedralis, neque Eccleſia Matrix prohibere poteſt Paroco, ne tempore Quadrageſimæ Concionatorem habeat.

12 In præjudicium veri Parochi alter non eſſe ſibi aſſerit Jus Benedictionis domorum.

13 Qui Oleis Sanctis utuntur, hæc ab Eccleſia Cathedrali recipere tenentur.

14 Epiſcoporum Dignitates tantum illa diſpenſant.

15 Non ergo decet, ut Parochus ab alio immediate illa recipiat.

16 Jus aſſiſtit pro honorificentia, & præeminentia favore Eccleſiæ Matricis.

17 Matricitas ab Allegante probanda eſt.

18 Enunciativæ Viſitationum probant dumtaxat Matricitatem impropriam, non ita propriam verificabilem in illa Eccleſia, quæ Filiales Eccleſias ſibi ſubjectas habeant.

19 Enunciativæ Viſitationum factarum poſt motam litem, nihil probant.

20 Unica enunciativa non attenditur.

21 Ampliа, in præjudicium abſentis.

23 Quaſi poſſeſſio bene probatur ex Teſtibus.

24 Ampliа, ſi ſint conformes Juris diſpoſitioni.

25 Proindeque ſiodem indulgetur manutentio.

26 In Summariiſſimo Judicio Manutentionis, hæc conceditur etiam reſpectu illorum, quæ ſunt veluti conſequentia, & derivant ex cauſa univerſali, etiam non concurrente actuali probatione.

D E.

DECISIO XLIV.

CONtendente Archipreſbytero S. Jacobi Terræ Altamontis, quod Parochus S. Mariæ de Conſolatione Ordinis Prædicatorum non poſſet incedere in Proceſſionibus ordinariis ad ejus ſiniſtram, & alias quaſcumque Proceſſiones extraordinarias facere, Crucem geſtando per omnes, & ſingulas vias dictæ Terræ, niſi interveniente Clero Eccleſiæ Archipreſbyteralis; prout, quod neque valeret advocare Concionatorem prædicare ſolentem per Turnum una hebdomada in Eccleſia Sancti Jacobi, altera in Eccleſia S. Mariæ Conſolationis, qui poſt Completorium cujuslibet diei Veneris Quadrageſimæ attum in Turno Eccleſiæ S. Jacobi ante reliquias SS. Crucis, & Spinarum exiſtentes in eadem Eccleſia S. Mariæ de Conſolatione ſuper Paſſione D. N. Jeſu Chriſti verba faceret, quodque teneretur Olea Sancta recipere non immediate ab Eccleſia Cathedrali, prout cæteræ Eccleſiæ Parochiales independentes, ſed ab ipſa Eccleſia Archipreſbyterali, ac denique, quod non poſſet Domibus ſuorum Parochianorum benedicere, aliorumque Jurium Parochialium, Sac. Functionum liberum ipſi non competeret exercitium: ab Ordinario Caſſanen. primum, deinde in ſecunda inſtantia a tunc A. C. = R. P. D. meo Aldrovando decreta fuit *Manutentio* favore dictæ Eccleſiæ Parochialis ſuper pleriſque ex hujuſmodi præeminentiis, & generaliter ſuper omnibus Juribus Parochialibus, quapropter cum hodie contigerit diſputari coram me = *An, cui, & ſuper quibus Jurium ſit danda manutentio* = reſponderunt, quod *ESSET MANUTENENDUS PAROCHUS S. MARIÆ DE CONSOLATIONE.*

Ultra enim generalem aſſiſtentiam Juris ſuper
1 libero exercitio omnium functionum, & Jurium Parochialium, quæ favore Parochi militabat. Pamutoll. *dec.* 1 n. 1. *tom ſeq.*, *& alios* 17. *num.* 1. Pignatell. *conſult.* 103. *num* 13. *tom* 10. Rota *in rec. dec.* 124. *num.* 6. *& 7. par.* 12., viſum eſt, quod etiam ſpecialiter eadem aſſiſtentia concurreret quoad ſingulas functiones, ſuper quibus fuerat excitata quæſtio, ideoque
2 manutentio prædicto Parocho denegari minime poterat. *Cap. cum perſona ſ. fin. de privileg. in* 6. Poſth. *de manut. obſerv.* 45. *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 1 Rot. *deciſ.* 653 *num. fin. par.* 3. *rec.*, *& coram Emerix jun. deciſ.* 228. *num.* 21.

Signanter autem ejus inceſſus ad ſiniſtram Archipreſbyteri jam anuſorius apparet,
3 quia cum agatur de Proceſſionibus ordinariis, & communibus, unus Parochus ſimul cum alio incedere debet juxta notorium Urbis exemplum, quod cæteræ Eccleſiæ, niſi legitima conſuetudo aliter ſuaderet cuſtodire, & ſervare tenentur per [illegible], quæ habentur in *Can. quis neſciat diſt.* [illegible] = *Oportet eas hoc ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit* = & firmat Ventrigl. *in prax. part* 1. *annot.* 12. *ſ.* [illegible] *num* 16. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 78. *num* 24. Sperell. *deciſ.* 70. *num.* 16. Rot. *in recent. deciſ.* 560. *num.* 2. *&* 3. *part.* 19. *tom.* 1.

Proinde nil relevat, neque applicatur decr. Cæremonialis Epiſcop. *lib.* 2. *cap.* 3. quo præcipitur, quod Celebranti in Proceſſionibus dandus ſit ultimus, & dignior lo-
4 cus, adeout nulli liceat abſque Paramentis Sacris incedere ad ejus dexteram, vel ſiniſtram, ut explicat Pizzatius *di Cæremon. lib.* 2. *ſect.* 10. *cap.* 5. *num.* 1. Gravian. *diſcept. ſer. cap.* 198 *num.* 68.

Siquidem Parochus S. Mariæ de Conſolatione controverſum inceſſum non prætendit in iis Proceſſionibus, in quibus Archipreſbyter Sacris Paramentis indutus aſſiſtat, & de quibus loquitur Cæremoniale, cujus decreti obſervantiam idem Parochus profitetur, ſed inſtat pro iis, nempe Rogationum, S. Marci, S. Matthæi Apoſtoli, S. Jo. Chryſoſtomi, & S. Franciſci de Paola, in quibus Archipreſbyter cum Cotta ſolum, & Stola intervenire tenetur, proinde cum in his terminis valde urgeat exemplum
5 Urbis, ubi in hujuſmodi functionibus Parochi etiam ſeculares permixtim cum Regularibus incedunt unus ad dexteram, alius ad ſiniſtram, prout dignioritatis Ordo requirit, ſervandum eſt, ut ultra Auctores ſuperius allegatos notat Quarant. *in Sum. Bull. ubi refert decretum Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium.*

Quo vero ad Proceſſiones extraordinarias, licet prima facie videatur juri repugnare, quod inconſulto Archipreſbytero, ejuſque Clero illas peragat Parochus per omnes Caſtri Vicos, & Plateas, quæ aſſi dicebantur de Territorio Archipreſbyteratus,
6 cum regulariter unus Parochus non poſſit intra limites Juriſdictionis alterius, a quo facultatem non obtinuerit, Proceſſiones ducere, per ea, quæ tradit Cavaler. *conſ.* 34. *num* 10. *verſ. & idem probat* Salgald. *de reg. poteſt. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 85. Rota *in Aquen. Proceſſionum* 3 *Julii* 1676. *&* 5. *ejuſdem menſis* 1677. *cor. Bourlemont*, ma-
7 xime ſi, prout in caſu, cum Cruce, & Stola incedat, quia illa ſunt ſigna Juriſdictionis. Pignatell. *conſ.* 47 *num* 1. *tom.* 3. Lezan. *oper. moral. tom* 1 *cap.* 1. *num.* 41. Rob. *ſingul.* Rot. *par.* 4. *tit. de præced. in funer. num.* 64. *& decrevit* Sac. Congreg.

Con-

Concilii in *Romana Funerum* 10. *Jan.* 1682. *ſuper tertio dubio*.

Nihilo tamen minus viſum eſt, quod hujuſmodi repugnantia præſenti hypotheſi ut nunc applicaretur, ex eo quia hæc Parochia S. Mariæ de Conſolatione certos limites, & limitum diſtinctionem non habet, ſed a Parochia Archipresbyteri jus diviſa, & diſtincta reperitur per familias, ſeu do-
9 mos promiſcue per Caſtrum affuſas, ideoque in his terminis cum Jus Parochiale non cohæreat Territorio, ſed ſit exercibile quocumque in loco Domini ubi, ſeu familiæ moram trahunt, nulqua nulla alterius Parochi juriſdictioni afferetur injuria per dictam liberam inceſſum cum Stola, & Cruce; ut juxta optimam Doctrinam Gemin. *in cap. Juſt. Canon num. 6. de elect. in 6.* bene diſtinguit Card. de Luca *de Jurisd. diſc. 20. num. 4., & in Miſcell. Eccl. ſ. diſc. 34. num. 17. & 18.*

Non obſtat, quod imo ex hoc ipſo quod Parochia S. Mariæ certos limites non habet, atque liceat, quod ab hujuſmodi actibus Juriſdictionalibus abſtinere debeat, quia ſit conſiderande veluti famula Eccleſiæ Archipresbyteralis, quæ ſibi dictas familias regendas aſſignaverit veluti ad proprii laboris levamen, cum de Jure Canonum quælibet Parochia, quæ ab alia ſit
9 independens proprium Territorium, propriosque ſeparatos & diſtinctos fines obtinere debeat juxta præſcriptum S. Tridentinæ Synodus *ſeſſ. 24. de reſor. cap. 13.*

Enim vero, ultra quam quod Eccleſia Archipresbyteralis non docebat de particulari ſeparatione ſui Territorii, cum & ipſæ veluti tantum diſtincta per familias & è converſo ambigi non poterat de jure, atque independenti Parochialitate Eccleſiæ S. Mariæ, quæ probabatur ex litteris Apoſtolicis Eugenii IV. relatis *Summ. Teretti num. 1.*; Objectum forſan urgeret, ſi hæc Parochia promiſcue cum Archipresbyterali cuivis Sacramenta miniſtraret, at vero cum ſuum proprium Populum, & oves agnoſcat, quas independenter ab altera congerit temporibus Sacra Eccleſiæ reficit, Independenter quoque ab ipſa Proceſſiones ducere, & Crucem extollere potent, minime cæteroquin refragan-
10 te dicta Concilii diſpoſitione ea ſolum afficiente Parochiales, quæ ſine ulla finium aſſignatione cuivis Sacramenta miniſtrant, non autem eas, quæ licet ſeparatis finibus ſint diſtinctæ, certas tamen Perſonas, & familias, regunt, ut præclare explicat Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſ. 6. num. 96.* Barboſ. *ad trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 13. num. 7. & de offic. & poteſt. Paroch. part. 1. cap. 1. num. 23. & 24.* Pamnell *diſſ. 5. advert. 1. num. 37.* Rot. *in rec. par. 14. deciſ. 139. num. 8.*

Jus itam conſuetudinum eſt, quod poſſit dictus Parochus S. Mariæ concionari facere diebus Veneris Quadrageſimæ in ejus Eccleſia, cum unaquæque Parochialis valeat aſſumere quemcumque Concionatorem ſibi benevisum, ut concionetur quibuſcumque etiam diebus, & temporibus, itaut nec
11 a Cathedrali prohiberi valeat, imo neque etiam ab Eccleſia Matrice, juxta reſolutiones Sac. Cong. relatas apud Moder. Bertach. *tom. 15. num. 1. & per tot.* Barboſ. *in Sum. Apoſt. deciſ. verb. prædicator. num. 2.* Lezan. *in Sum. qq. regul. verb. concionat. num. 13.* Panimoll. *deciſ. 91. num. 11.*

Pari etiam ratione loquendum eſt de benedi-
12 ctionibus Domorum, quæ cum ſint de Juribus Parochialibus, nequit Archipresbyter in præjudicium veri Parochi illas pro ſe vindicare. Laurent. de Franch. *contr. inter. Epiſ. & Regul. part. 2. queſ. 69. per tot. & ſignanter num. 5.* & decrevit Sac. Congreg. Concilii in *Nucerina Jurium Parochialium* die 13. *Januar.* 1683. *ad ſecundum dubium*.

Ac denique quia omnes, qui Olea Sancta
13 retinent, tenentur illa ab Eccleſia Cathedrali recipere. Biſſ. *de Sac. Curat. tom. 2. verb. Oleum Sanctum §. 2.* Gavant. *in Manual. Epiſcop. verb. Olea Sacra num. 7.* Ventrigl. *in prax. tom. 2. adnot. 25. §. 1.* Dalca *num. 23.* Romaguer *ad Synod. gerund. lib. 3.*
14 *tit. 10. cap. 1. num. 12.*, ab ipſa etiam dignitatibus tantummodo cæteris Presbyteris diſpenſantur. Aldan. *in compend. canon. reſol. lib. 1. tit. 8. num. 17.* Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ. 14. de Sacram. Extremæ Unction. cap. 1. num. 15. & in Sac. Apoſt. dec. verb. Oleum Sanctum num. 6.* non poterit
15 Archipresbyter contra Juris ordinariam legem hanc Parocho S. Mariæ imponere, ut immediate ab ipſo dictum Sac. Chriſma ſuſcipere præparandum, ſicuti.

Minime autem refragatur, quod ſi ſimpliciter decernenda eſſet Matricitatis in controverſiis Juribus illi Eccleſiæ, quæ aſſiſtentes illis fuerit, denegando non eſſet Archipresbyterali, quæ eſt Matrix reſpe-
16 ctu Eccleſiæ S. Mariæ, cum jus aſſiſtat pro honorificentia, & præeminentia Eccleſiæ Matrici, & Archipresbyterali. *Text. in cap. Nuntiamus de majorit. & obed.* Barboſ. *de Can. & Dignit. cap. 4. num. 8.* Panimoll. *deciſ. 1. adnot. 8. num. 3.* Rot. *in rec. Put. deciſ. 89. num. 1. lib. 3. & cor. Greg. dec. 473. num. 11.*

Verum hujuſmodi Matricitas nullatenus in fa-
17 cto probatur, prout neceſſe eſſet, cum hanc Archipresbyter ſuæ intentionis fundamentum deſignat, ad *Text. in l. 2. ff. de probat. l. Actor Cod. de edend. & ibi ſcribit Gloſ. in* Rot. *cor. Emer. par. dec. 186. num. 1.*

Et licet præfata Eccleſia in aliquibus Epiſcoporum Viſitationibus enuncietur Principalis, & Matrix, exinde tamen vera, & propria Matricitas non concluditur, ſed poteſt intelligi de illa Matricitate impropria,

ptia, quæ prædicatur de Eccleſia, quæ
18 forte ſit magis conſiderata in loco, non autem, quæ vere ſit Matrix, & habeat ſibi ſubjectas Eccleſias filiales, ut puntualiter advertit Card. de Luc. *de divin. diſc.* 12. *num.* 12. *et* 13. Rot. *cor. Priolo dec.* 304. *num.* 13. *et ſeqq. et cor. R. P. D. meo Anſaldo dec.* 55. *num.* 10.

Ulterius addebatur, quod ex quinque Viſita-
19 tionibus, in quibus talis Matricitas annunciatur, quatuor ſunt factæ poſt motam litem, ab anno 1677, & ſic nullam faciunt probationem, nec admittendam, ut firmat Rot. *cor. Cavaler. dec.* 64. *num.* 1. *et* 2. *cor. Ubald. dec.* 144. *num.* 2. *et in rec. dec.* 214. *num.* 14. *par.* 10. *et dec.* 31. *num.* 7. *par.* 18, illa vero anni 1588. utpote unica, attan-
20 di non meretur, ut dixit Rot. *deciſ.* 471. *num.* 18. *et* 19. *par.* 19. *rec. et cor. Ubald. dec.* 462. *num.* 7. *et cor. Cerrin. dec.* 1034. *num.* 4. maxime in præjudicium abſentis,
21 & non auditi. Rot. *cor. Caccia. deciſ.* 1887. *num.* 35.

Præterea, ultra Juris aſſiſtentiam Parochiali S. Mariæ de Conſolatione faventem, & quæ ſola ſufficeret pro decernenda manutentione ex ſupra citatis *§. ubi tam*, minime illam Parochus deſtituebatur quaſi poſſeſſione quoad exercitium liberum omnium prædictorum Jurium, & functionum, & ſignanter quoad poſſeſſionem vocandi Concionatorem ab Epiſcopo deſtinatum etiam in Turno Eccleſiæ Archipresbyteralis pro qualibet die Veneris
23 Quadrageſimæ, prout reſultabat ex depoſitionibus Teſtium a Parocho inductorum, ex quorum dictis quaſi poſſeſſio probatur. Gloſ. *in leg. ſtipulatio §. Hac quoque ſtipulatio verb. ſtipuli. ff. de verb. oblig.* Rot. *cor. Manzaned. dec.* 104. *num.* 7. *& in Savonen. Servitutis* 15. *Feb.* 1704. *§. Mirabili DD.*
24 *cor. Me*, præcipue cum deponant juxta Juris diſpoſitionem ſuperius expenſam. Innoc. *in cap. auditis de præſcript. num.* 4. *verſ. ſolet ſi Teſtes* Rot. *cor. Pamphil. d.* 715. *num.* 7. *& in d. Savonen. Servitutis §. Quæ Teſtium diſpoſitiones concludit*, proindeque etiam
25 ex hoc capite manutentio ipſi debebatur, ex traditis per Rot. *cor. Buratt. ſin. d.* 963. *num.* 9. *& in rec. dec.* 334. *num.* 1. *par.* 18. *& dec.* 411. *num.* 12. *par.* 13. *& par.* 19. *dec.* 681. *num.* 11.

Nullatenus relevante, quod examen Teſtium quoad aliquot ex controverſis Juribus fuerit aſſumptum coram Judice de partibus poſt interpoſitam appellationem; quia cum verſemur in ſummariſſimo Judicio manutentionis, nec ambigi valeat de vera Parochialitate ſæpius dictæ Eccleſiæ S. Ma-
26 riæ, & de exercitio aliquorum jurium; manutentio conceditur etiam reſpectu aliorum, quæ ſunt in conſequentiam, & profluunt ex cauſa univerſali, ſine neceſſitate actualis probationis. Poſth. *de manut. obſ.* 73. *num.* 13. *& ſeq.* Rot. *deciſ.* 380. *num.* 610. *Card. Mantic. et cor. Caſſ. dec.* 7. *num.* 7. *et* 8. *& in Dertbuſen. Juriſdictionis* 26. *Aprilis* 1694. *§. Etenim cor. Emine. Caprara.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. SCOTTO

SAVONEN. RESTAURATIONIS PAROCHIALIS ECCLESIÆ.

Veneris 8. Martii 1709.

ARGUMENTUM.

Onus reſtaurationis Eccleſiæ Parochialis refunditur in Monaſterium, cui facta erat unio ſubjectiva, & plenaria, non obſtante inſufficientia redituum Eccleſiæ unitæ. Tribuitur hinc Parochianis levamen nè ad Reſtaurationem teneantur, etſi iſti alias ad contributionem acceſſerint, idque onus contra Parochianos ſuadeant finitimorum locorum conſuetudines.

S U M M A R I U M.

1 Ut ad Parochum ſpectant Fructus Eccleſiæ, ita eidem incumbit onus Eccleſiam ipſam reficiendi.

2 Reſtaurationi Eccleſiæ Parochiani in ſubſidium tenentur.

3 Explica, in caſu quo conſtet de inſufficientia redituum Eccleſiæ Parochialis, quæ tamen inſufficientia concludenter probanda eſt de tempore motæ litis.

4 Hanc probationem non præſtat antiquiſ-

ſitis enunciativa, quæ in Bulla unionis exciderit, aut in Brevi Apoſtolico. & numer. ſeqq.

5 Neque eteniam in longo curſu biſcentenarii datum eſt a præterito ad tempus præſens arguere.

6 Amplius ubi res eſt de determinanda quantitate redditnum Eccleſiæ, quos Pietate Fidelium temporum ſucceſſu ampliatum ſi auctos videmus.

7 Contrarium procedunt, quoties de tempore probatæ tenuitatis redditnum exiguorum interceſſerit temporis ſpatium.

8 Vel ubi paupertas non adducatur pro fundamento intentionis ab allegante.

9 Hinc namque ſola non ſufficit præſumptio abſque concurſu concludentis probationis.

10 Neque attenduntur Libri rum partitæ velati non continentes diſtinctam ſpecificationem introitus & exitus.

11 Amplius, ſi fuerint privatum exſtracta, quæ caſu non probant pro Monaſterio contra Tertium.

12 Teſtes licet ſint de Univerſitate pro qua teſtificant, recte admittuntur ſtante ingenti eorum numero.

13 Amplius ſi teſtimonium non tendat in commodum ſingulorum, ſed ipſius Univerſitatis.

14 Ex quibus unio dicatur ſubjectiva, & extinctiva Tituli?

15 Unio ſubjectiva, & extinctiva inducit extinctionem Tituli Eccleſiæ unitæ, eamque efficit membrum Monaſterii, cujus favore facta eſt unio.

16 Stante ejuſmodi unione, obligatio reſtaurandi Eccleſiam unitam incumbit Monaſterio, non obſtante inſufficientia redditnum ejuſdem Eccleſiæ.

17 Ejuſmodi namque unio id efficit, ut Monachi dicantur Patroni ejuſdem Eccleſiæ.

18 Onus hinc reſtaurandi Eccleſiam unitam, primario incumbit Monachis uti Patronis, integrum ad Parochianos excurrat.

19 Pars namque Monaſterii, poſt dictam unionem, dicitur Eccleſia.

20 Referunt Optimo Tondut de Penſion. cap. 8. num. 10. & Tummell. de unio. cap. 4. num. 13.

21 Reſolutionibus Sacrorum Congregationum Rota obſequium profitetur.

22 Actus unicus cum expreſſa præſervativa = Dummodo non tranſeat in exemplum = tamquam facultativus, & voluntarius, nec conſuetudinem, nec obligationem inducit.

23 Ad inducendam conſuetudinem requiritur pluralitas actuum, & quod geſti fuerint animo illam inducendi.

24 Conſuetudo debet eſſe preciſa, nec de loco ad locum, aut de caſu ad caſum extendenda.

DECISIO XLV.

NON acquieſcentes Monachi Olivetani Oppidi Vallis Piæ Firmana geminis Sententiis, altera lata ab Ordinario Savonen, altera vero ab A.C., quibus condemnati fuerant ad reparationem Eccleſiæ Parochialis S. Mariæ, cum plenaria ſubjectione & extinctione Tituli eidem Monaſterio unitæ, abſoluta Univerſitate, ſeu Communitate ejuſdem loci per ipſos Monachos ad hunc effectum in Judicio provocata, cum Mihi alterius Appellationis Cauſam dele..... obtinuerunt dedi dubium = An, & quo teneantur reparare Eccleſiam Parochialem, & qua agitur? = cum Dominis, = MONASTERIUM, ET MONACHOS TENERI = reſponderunt.

Rationem ſic decidendi ſubminiſtravit animadverſio, quod cum Monachi vigore recenſitæ unionis habeant in eadem Eccleſia Monaſterium & Curam Animarum,
1 ac fructus percipiant, ipſis proinde primario incumbit onus reparationis: cum exploratis Juris ſit, hujuſmodi præcipuam obligationem vigore Spiritalis ennjaga pertinere ad Rectorem, ſive Parochum, fructus, & proventus ejuſdem Eccleſiæ percipientem ad Text. in cap. decernimus 10. quæſt. 1. cap. 1. & 4. de Eccleſ. ædif. caid., & diſertiſſime ſancivit Sacrum Concilium Tridentinum Seſ. 21. cap. 7 de reformat. Pignatell. conſultat. Centu. 126. num. 8. tom. 12. Panimoll. deciſ. 15. Annotat. 1. num. 2. Rota deciſ. 68. num. 1., coram Nuzt., et in Leodien. Reparationis Campanilis 15. Junii 1688 §. Quamvis, coram clar. mem. Cardinali Caccia, et noviſſime in Leodien. Reſtaurationis Turris, & Navis Eccleſiæ 18. Februarii 1729 §. Vindicavit, coram R. P. D. meo Criſpo.

Et quamvis Parochiani teneantur ſaltem in
2 ſubſidium. Pinimoll. deciſ. 15. Annot. 1. num. 2. & in Leodien. Reparationis Campanilis 15. Junii 1688 §. Quamvis, coram clar. mem. Cardinali Caccia, attamen Eminentioni prædictæ locum eſſe non poterat, cum in præſenti non doceretur de
3 inſufficientia redditnum ad Parochialem Eccleſiam ſpectantium. Præmiſſi enim quod illa utpote fundamentum propriæ intentionis eſſet a Monachis concludentiſſimis probationibus juſtificanda, & quidem de tempore motæ litis Rota deciſ. 9. numero 37., et ſequen. part. 19. recen. et in Lerganen. Decimarum ſuper marginatrice 3. Julii 1705 §. Uterat, coram Rmo Ciriaca.

Vis, & efficacia hujus concludentiſſimæ probationis ad hunc effectum requiſitæ nullate-

4 latenus haberi vila fuit, vel ex enunciativa quantitate fructuum dictæ Eccleſiæ in florenis 12. ameſſa in Bulla Unionis uſque de anno 1477, vel ex ununulla partita ex Libris Monaſterii extracta. Quo enim ad prædictam enunciativam, cum ab Anno 1477 quo illa emanavit, effluxerint duo Sæcula, & ultra, in quibus ob rerum humanarum viciſſitudines, quantitas fructuum augeri, & immutari potuerit a ſtatu tam antiquo, & remoto, nequa poterat deſumi recta menſura ad dignoſcendam præſentem eorumdem fructuum
5 quantitatem, neque poſt tam diuturnum Annorum intervallum inferri a tempore præterito ad præſens Bald. in Leg. ex diverſis ff. Numer. in ſua ff. ſolut. Matrimon. Menoch. de præſumpt. præſumpt. 25. num 9. lib. 6., & præciſe de paupertate deſumpta ex antiquo Brevi Apoſtolico reſpondit Rota deciſ. 7. num. 9. et ſeqq. par 17. Recent.

Quod ſi ita generaliter in dignoſcenda reddi-
6 tuum quantitate etiam in propinquis hujuſmodi tam remota probatio non adeo urget, multo minus admitti poterat in præſenti quoad Eccleſiaſticos proventus, qui ab initio in exili quantitate pro dotandis Eccleſiis, & Monaſteriis conſtituti, in progreſſu tamen ad longe uberiorem ſtatum redigantur a fidelium largitionibus, & ab incremento pietatis Fulin in cap. ſuribam num. 3. de præſumption. Cortiad. deciſ. 180. num. 27. Rota deciſ. 17. num. 11. poſt Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3.

Contrariis præcedentibus, vel ubi a tempore
7 probatæ tenuitatis redditunm exiguum in-
8 tercedit intervallum, vel ubi paupertas non adducitur pro fundamento intentionis ab allegante, ex ſola præſumptione non
9 ſufficit abſque præſidio concludentis probationis, ut bene explicat Menoch. de præſumpt. præſumpt. 25. num 13. lib. 6. Alciat præſumpt. 27. num 4. Maſcard. de probat. concluſ. 1025. num. 17., & conſonat Manſ. conſult. 389. num 10.

Minuſque attendi poterant cunciolæ partitæ. Non omiſſo enim inſanabili defectu, quo
10 laborabant in ſubſtantia, utpote continentes non integram, & confuſam adnotationem proventuum Eccleſiaſticorum, abſque ulla veridica ſpecificatione introitus, & exitus, hoc unum ſufficiens viſum fuit ad dignoſcendam illarum irrele-
11 vantiam, quod aſſeut inſuemes, & privatim extractæ a memoratis Libris Monaſterii, qui contra Tertium ad illius favorem nullum gradum probationis poterant conſtituere. Rota deciſ. 174. num 4. coram Manzanedo, & deciſ. 583. num. 7. parte 5. tom. 2. Recent. & in Romana Trimogenituræ de Bubali ſuper reliquis bonis ad Clunam 8. Maii 1705. §. Nec magis, et ſeqq. coram R. P. D. meo Anſaldo.

Accedentibus præſertim ad enervandas dictas Tom. Secundus.

probationes, & pro excluſione prætenſæ tenuitatis redditunm, aliis legitimis probationibus, quas transcendendo etiam limitem propriæ obligationis, adduxit Communitas dicti Oppidi, Rea conventa, ex quibus conſtitit, Monachos poſt unionem plura conſecutos fuiſſe legata, annuum, & perpetuam exigere præſtationem ex obligatione Miſſarum Eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ Finari; quotidie ſupradictum non modicam pecuniarum ſummam correſpective ad conceſſionem ſitus in dicta Eccleſia Parochiali pro conſtruendis Altaribus, effodiendiſque Sepulturis, & demum percipere Decimas, & conſpicua emolumenta oblationum, & eleemoſynarum, quæ undique Parochiam fidelium ab Adventu ſui impulſa pietate confluentibus, inceſſanter elargiuntur, ut latius probant Teſtes dati in Summario Communitatis num. 8., qui licet ſint membra Uni-
12 verſitatis, ingens tamen illorum numerus hujuſmodi defectum ſupplet, ut in ſpecie dictum fuit in Tiburtina bonorum ſuper Mutuationem 9 Febr 1705. §. Poliſſime, coram Rmo Domino meo Decano, eorumque depoſitiones legitimam probationis gradum obtinent in hac cauſa, ubi debitum
13 eſt ipſius Univerſitatis, non autem ſingulorum, ut in præcitis terminis objecto occurrit Thomas dec Mantuaren. 5. num 13. & conſonant deducta per Famaco. de Teſtib. quæſt 60. num 1., & in Tarraconen. Juriſp. 12. Decembris 1720. §. Quare ue, coram bon mem. Ariſto, et in Gerunden admiſſionis ad diſtribu. 18. Februarii 1707. §. Nec attento coram R. P. D. meo Aldrovando.

Quamvis autem hucuſque deducta ſatis ſuperque viderentur pro fundanda ſufficientia redditunm præfatæ Eccleſiæ, & conſecutiva obligatione Monachorum ad illam reparandam, nihilominus ubi res adhuc dubia dici poſſet, omnem difficultatem ſuſtulit natura antedictæ Eccleſiæ Parochialis, expleta favore dictorum Monachorum. Sedulo enim per Dominos inveſtigata ejuſdem unionis natura, conſtitit apud eos
14 fuiſſe factam cum qualitate ſubjectiva, & extinctiva Tituli per eam plenariæ incorporationis, & connotant verba Bullæ ibi = Cum omnibus juribus pertinentiis, & incorporamus prædictam Eccleſiam ſic in Monaſterium erectam in Summario Communitatis num. 1. Rota deciſ. 401. num 7. coram Bichio. Dec. 736. num. 7. coram Emerix, & deciſ 47. num. 7. par. 15. Recen., cujus
15 ſubjectivæ, & extinctivæ unionis natura, & effectus eſt inducere omnimodam extinctionem Tituli Eccleſiæ unitæ, eamque efficere quaſi prædium, ſeu membrum Monaſterii, cujus favore unio facta fuit; adeo ut Bona proventus, & Jura dictæ Eccleſiæ ſic unitæ, a Bonis proventibus, & Juribus ejuſdem Monaſterii nullo mo-

do amplius diſcerni valeant. Gonzal. *ad Regul. 8. Cancellar. gloſſ. 5. §. 7. num. 2.* Monga *de Beneſic. quæſt. 1. num. 78.* Rot. *deciſ. 33. num. 31. par. 9. deciſ. 30. num. 5. par. 12. deciſ. 81. num. 5. & 37. par. 18. & deciſ. 631. num. 8. cum ſeqq. par. 19. Recent.*

Poſita autem hac ſubjectione, & extinctiva unione, illiuſque inſeparabili effectu, in neceſſitatem conſequentiam venit, quod
26 obligatio reſtaurandi dictam Eccleſiam Monachis incumbat, quorum inſufficientia redditaum ad eamdem Eccleſiam ſpectantium abunde juſtificata fuiſſet, cum
27 vigore recenſitæ unionis eb pleniorem Dominium & proprietatem ipſi dicantur Patroni ejuſdem Eccleſiæ, juxta animadverſa per Monga *de Beneſic. qu. 2. n. 197.* ac proinde data etiam inſufficientia Redditaum ipſius Eccleſiæ, onus reparatio-
28 nis prius afficit dictos Monachos uti Patronos, antequam deſcendat in Parochianos, ex cenſura Sacri Concilii Tridentini *in dict. Seſſ. 21. cap. 7. de Reform.* Bellett. *diſquiſ. Cleric. par. 1. de Cler. debit. §. 14. num. 10.* R. P. D. Petra *in Comment. Conſt. Apoſtol. tom. 1. pag. 81. num. 15.*

Tum, & fortius, quia pro Reparatione Eccleſiæ unitæ antequam teneantur Parochiani, ita ſunt affecti quicumque redditus, & proventus Monaſterii, prinde an ſi de
29 ipſius Monaſterii reparatione ageretur, cujus pars, & membrum dicta Eccleſia vigore unionis effecta eſt, ut luculenter firmat Franc. *de Eccleſ. Cathedral. cap. 23. num. 75.* Bertachin. *vot. dec.* ... *num. 19.* atque ita ſanccivit in terminis præciſis Sac. Congregatio Concilii *in una Suana ſub die 18. Februarii 1601. Relat. per* Nicol. *ia inſ. Canon. lib. 3. tit. 48. num. 2. & re- centius in Spoletana Reſtaurationis Eccleſiæ 12. Decembris 1705.*

Non obſtantibus Auctoritatibus Tondut. *de*
20 *Penſion. cap. 8. num. 10. & Turnell. de Dom. cap. 4. num. 13.*, qui loquuntur in terminis longe diverſis, & nullus ex eis ſpecificet caſum ſubjectivæ, & extinctivæ unionis, unde ultra eorum inapplicabilitatem non erit contraponendi communionem aliorum Doctorum traditioni, & præ-
21 dictis reſolutionibus Sac. Congregationis, quæ quoſies Sacræ Rotæ obviæ ſunt, ſemper ipſa judicium ſiſtit, ſibi tantum obſequii gloriam relinquendo, ut antiquum morem gerendo noviſſime proteſtata eſt in *Tiburtina Juriſdictionis 14. Decembris 1708. §. Tum difficultate, coram Me.*

Fruſtraneum demum erat refugium ad conſuetudinem reſtaurandi Eccleſiam, de qua eſt ſermo, ſumptibus Parochianorum. Unicus enim actus contributionis de Anno 1663, nunquam ad hunc effectum attendi poterit, utpote voluntarius cum
22 expreſſa præſervativa, = *Dummodo non tranſeat in exemplum* = & probat ut vice tantum, qua operatur ut remaneat in puro termino actus facultativi, & tolerantiæ, nullam conſuetudinem, vel obligationem inducentis, ut alias dixit Rot. *deciſ. 545. num. 3. par. 3. & dec. 174. num. 11. par. 17. Recent.*, reſiſtentibus potiſſimum concordibus depoſitionibus Teſtium aſſirmantium, nandem Eccleſiam quotieſcumque caſus evenit ut ſic ſi obtulit, reſtauratam fuiſſe expenſis Monachorum abſque ulla, nec minima contributione Communitatis, cum tamen conſtans opinio ſit, quod pro inducenda in hac materia con-
23 ſuetudine in futurum obligatoria, copulative requirantur pluralitas, & continuata frequentia actuum, & quod geſti fuerint animo illam inducendi, ut in ſpecie tradiderunt Tondut. *Reſol. beneficial. cap. 39. num. 7.* Franc. *de Eccleſ. Cathed. cap. 13. num. 10.* Bellett. *diſquiſ. Clerical. par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 13. num. 11.* Ventrigl. *in prax. rer. notab. tom. 1. Annot. 18. §. Unico num. 4.* Corrad. *deciſ. Catholen. 190. num. 3.* Rot. *deciſ. 184. num. 6. par. 17. Recen.*

Non tolerantibus ſimilibus conſuetudinibus aliarum locorum Finium, ſi quæ adſint, cum firmum in jure ſit, quod conſue-
24 tudo ad effectum obligandi debet eſſe præciſa, & nequaquam de caſu ad caſum, vel de loco ad locum extendenda, juxta paſſim animadverſa per Rotam *deciſ. 378. num. 7. cum ſeqq., & deciſ. 304. num. 9. par. 11. deciſ. 449. num. 2. & deciſ. 484. num. 10. par. 19. Recen.*

Et ita non admiſſa Monachorum inſtantia pro deputatione Æconomi, & redditionum rationis fructuum dictæ Eccleſiæ Parochialis utpote inutili, & incongrua, reſolutum fuit utraque Parte audita &c.

R. P. D.

R. P. D. CRISPO.

LEODIEN.

RESTAURATIONIS TURRIS NAVIS ECCLESIÆ.

Lunæ 18. Febr. 1709.

ARGUMENTUM.

Vindicatur Sententiæ validitas ab oppoſitis nullitatibus, Relaxato Juris dictamine in Eccleſiarum reſtauratione præſcripto, ejuſmodi onus in Laicos refunditur, id repoſcente Conſuetudine, & lege antiqui Laudi.

SUMMARIUM.

1 Ædificia ſuam habent ætatem, ſeu vetuſtatem.
2 Pium æque eſt novas Eccleſias ædificare, ac ſatiſcentes reſtituere.
3 Sententia tranſit in Judicatum, non tranſportatis Actis intra decendium a die commiſſionis Cauſæ.
4 Defectus ſpecificæ citationis ad Sententiam ſuppletur per aliam æquipollentem a ſtilo inductam.
5 In reſpicientibus Proceſſum, & modum procedendi attenditur ſtilus illius Fori in quo pronunciatur.
6 Non inducitur Sententiæ nullitas ex quo prolata fuerit extra diem citationis, dummodo intra terminum Juridicum fuerit pronunciata.
7 In diviſione bonorum Eccleſiaſticorum Canonica Jura decreverunt ut quarta pars aſſignaretur pro Fabrica Eccleſiæ, nempe pro illius reparatione.
8 Ad reparandam Eccleſiam tenentur habentes in ea Beneficium, & Parochi ſi Eccleſia fuerit Parochialis.
9 Eidem oneri ſubſunt Decimæ.
10 Conforme id eſt & Legibus Longobardorum.
11 Decimæ ad victum miniſtrorum inſtitutæ, itemque ad Fabricæ Eccleſiæ tuitionem.
12 Decimator ad Eccleſiæ reparationem de Jure tenetur.
13 In hoc tamen attenditur conſuetudo. & num. ſeq.
14 Laici Parochiani ſubſidiarie tenentur ad Eccleſiæ reparationem, ſcilicet deficientibus ejuſdem Clericis, & Beneficiatis.
15 Laici id ideo onus non ſunt compellendi quatenus in contrarium non fuerit ſervatum, ſecus ſi aliter inducta fuerit conſuetudo.
16 Et Laicis expedit Eccleſiarum Ædificia ſarta tecta ſervare, cum ſpirituale Commodum ab Eccleſia recipiant.
17 Ad ornatum Civitatum etiam pertinet Eccleſias cuſtodire.
18 Jus publicum conſiſtit etiam in Sacris, & Sacerdotibus.
19 Ex publico Ærario, Eccleſiæ ſunt reparandæ.
20 Conſuetudo per actuum frequentiam, & temporis diuturnitatem inducitur.
21 Et ſi canonizata fuerit in contradictorio Judicio, remanet incontrovertibilis.
22 In materia Reparationis Eccleſiarum, Conſuetudo, tum paſſiva, & Statuta attendi debent, licet id onus de jure aliis incumberet.
23 In pluribus Luſitaniæ locis de conſuetudine inductum eſt, ut partem Eccleſiæ reficiat Populus, aliam decimator, ſeu Parochus.
24 Item in Belgio, aliiſque Regionibus.
25 In Belgio, & adjacentibus Regionibus reparatio Campanilis Eccleſiæ pertinet ad Populum, non ad Decimatorem.
26 Campanile elatum, & Navis Eccleſiæ ſpectant ad ornatum Eccleſiæ.
27 Eccleſia Parochialis duas ſaltem debet habere Campanas.
28 Ad Populum id divina Officia evocandum una ſufficit.
29 Debet tamen eſſe ſonora, ut a longinquis audiatur.
30 Obſervantia eſt optima Interpres omnium diſpoſitionum.
31 Laudi verba interpretanda ſunt ad formam ſucceſſivæ obſervantiæ, etiamſi contrarius intellectus eſſet de jure verior.

D E-

DECISIO XLVI.

ETSI Eccleſias ædificare, Templaque conſtruere ad pietatem, Religionemque tuendam ſummopere expediat apud omnes ſit in competto; idem pariter laudabile opus vanſit videtur in eiſdem reparatione. Nam cum ædificia ſuam habeant vetuſtatem, quam = *Ætatem* = nuncuparunt Im-
1 peratores Theodoſius, & Arcadius *in l. Si quando Cod. de Oper. publ.*, cum illa, quæ exigitur in eis conſtruendis, non minor eſſe debet in conſervandis, ut ſi reſectione indigere dignoſcantur pari diligentia
2 veniunt reparandæ, cum ad Religionis cultum æque pertineat tam novas Eccleſias ædificare, quam eas, quæ ſtatim conſiſtunt reſtaurare, per ea, quæ reſtripſit Marcellus Papa *in cap. Boni Principis 16. diſt. 96.*

Hujuſmodi Pietatis ſtudio circa Eccleſiam Parochialem de Nobiles ſedulo incumbentes Communitas, & Incolæ dictæ Turræ, ac Capitulum, & Canonici Collegiatæ S. Bartholomæi Leodii in dicta Parochiali universales Decimatores, qui reſpicientes neceſſitatem, quæ in futurum obvenire potuiſſet in reparanda dicta Eccleſia, eidem propterea prudenter occurrentes, de anno 1417 ſponte adiverunt Concilium Thudinenſe Archidiaconatus Hannoniæ, ut ipſa præſcriberet in caſu faciendæ reparationem, ad quod quilibet eorum eſſet adſtrictus; atque per Concilium præfatum ... inſtaque petitioni, prævio *Laudo*, ſeu ut nuncupant, *Recordo*, reſponſum fuit, = *Ut Communitas, & Incolæ teneretur ad reſectionem Navis Eccleſiæ, Aedificiorum, ſeu Appenditium Turris, & Campanilis; Capitulum vero ad Cancelli Eccleſiæ, & Campanæ reſectionem, ac ad ſingula neceſſaria pro Divinis Officiis, & Sacramentorum adminiſtratione.* =

Cum de tempore proximo dicto *Laudi* reparationis caſus obvenerit, & ſignanter circa Turrim, Navim, & Campanile, fuit inter Communitatem, & Capitulum ad invicem ... litium exorta compromiſſa differentia in perſonam Archiducum Hannoniæ, qui inhærendo ſupradicto *Recordo* Concilii Thudinenſis, per Sententiam arbitralem declaravit, *Reſectionem illorum ſpectare ad Communitatem*. Advenientem deinde poſt plurium annorum ſeriem nova neceſſitate reparandi Turrim, & Campanile, per duas conformes Sententias in judicatum tranſactas Communitas ad eorum reſectionem extitit condemnata, & Capitulum abſolutum.

Nuper autem diruta Turri Navis Eccleſiæ, propriæ obligationi eam reparandi ſatisfacere renuens Communitas, ad illius reſectionem in Judicium provocavit in Partibus Capitulum prædictæ Collegiatæ Leodii Decimas exigens, atque primo coram Judice per Reverendiſſimum Nuncium deputato, & ſecundo coram Delegato in gradu appellationis, a dicta onere reficiendi Capitulum abſolutoriam obtinuit: Communitas vero dictis Judicatis adhuc non acquieſcendo, in noſtro Tribunali coram bonæ memoriæ Mato Appellationem interpoſuit, atque ab inde eam Cauſam penitus neglexit, ac ipſis omnibus ſtantibus, nuper Acta utriuſque Inſtantiæ tranſportatis, per Me, in locum dicti bo: me: Mati ſubrogatum propoſitum fuit Dubium = *An conſtet de reiudicata*, quod = *AFFIRMATIVE FUIT RESOLUTUM*.

Incontrovertibile equidem eſſe conſtat res judicata eo ipſo, quod Communitas poſt interpoſitam Appellationem a contrariis Judicatis, a die Commiſſionis Cauſæ neglexit intra biennium Acta primæ Inſtantiæ tranſportare: qua negligentia concurrente, Sententias in rem judicatam tranſire
3 non imbibitur, ut ex *Gloſſ. in cap. Si cum Romana, & cap. tranſitorias de appellat. Rot. dec. 216. num. 2. par. 13. Rec. in Romana Pinum, ſeu Domorum 13. Januarii 1708. § Conſtat enim, coram Rmo D. meo Molines Decano, & in Aquilana Fructuum 2. Julii 1708. § Illa ſiquidem coram R. P. D. meo Scotti.*

Quin adverſus præfatas Sententias opponi valeat vitium nullitatis conſiſtens in eo, quod tam prima, quam ſecunda lata fuerint abſque individuali, & ſpecifica Citatione ad Sententiam, quæ ſuppleta eſſe non poſſit per aliam æquipollentem, tanto magis, quod Sententiæ in tribus poſſes prolatæ, etiam ex hoc i... labe ſibi vitiari non valeret. Siquidem etſi in Proceſſu non legatur Citatio ad Sententiam, ea tenſa ſub ea formula in Urbe de praxi ſervari ſolita; tamen in ſubſtantia idem continere videtur præventive Citatio ad concludendam in Cauſa, & quamlibet ferri diffinitivam Sententiam cum in Curia Leodienſi, ubi Sententiæ fuerunt prolatæ, hæc praxis ſervetur in narratione Partis, quando in
4 Cauſa pronunciatum, & apud omnes admiſſum eſt, quod defectus Citationis ſpecificæ ad Sententiam ſuppleatur per aliam æquipollentem a Stylo inductam, juxta cumulata *in Hiſpalen ſeu Granaten. Pecuniaria ſuper Manutentione 23. Aprilis 1708. § Ex alio, coram R. P. D. meo Aldrovando*, cum in reſpicientibus Proceſſum, & condam procedendi ſemper attendendus veniat præciſe Stylus illius Fori, in quo pro-
5 nunciatum Scacc. *de Judic. lib. 2. cap. 3. num 174.* Altimar. *de Nullit. rubr. 11. quæſt. 2. num. 127.* Rot. *coram Cerro decis. 570. num. 5.*

Atque

Atque pariter ex hoc capite altera nullitas deſumpta, ex quo ſub ipſa die Citationis non fuerit ſententiatum. Nam Citatio executa reperitur die 25 Junii, Sententia vero publicata legitur die 26. ejuſdem menſis, & hic intra terminum praedictum Judices pronunciaſſe reſultat & ſi etiam aliquorum dierum decurſus interceſſiſſet, ad nullitati non veniret adſcribendum, ſed referendum ſcapt ſtilo dictum Reponum pronunciandi poſt aliquos dies decurſos a tempore executae Citationis, ſemper tamen
6 men intra terminum legale, quod fraternitate vidtatua cum termino *Pro ſervato in Curia Romana* practicari ſcheo, ut dictum fuit de ſimili ſtilo *in d. Hiſpalen. ſeu Granaten. Pensionis §. Ordinarius namque, coram R. P. D. meo Aldrovando*.

Vindicata Sententia ab oppoſita nullitate, illarum Juſtitia ex ſupra expoſita Facti hiſtoria deſcendit, animadvertendo, quod etſi apud Sacros Canones variae emanaverint definitiones, ſuccurrentes Eccleſiarum reparationes, ad quem debeant ſpectare; cui neceſſitati in diviſione omnium Bonorum Eccleſiaſticorum, Jura Canonica primario providere intellexerunt, de-
7 cernendo, ut quarta pars aſſignaretur pro fabrica Eccleſiae, videlicet pro illius reparatione, ut *in cap. Quatuor*, & *cap. Mos eſt 12. quaeſt. 2.*, debitque obligationi alligati nec non leguntur habentes Beneficium in Eccleſia, & ipſi Parochi, ſi Eccleſia fuerint Parochiales, ex quo ubi emo-
8 lumentum recidet, ibi etiam onus ineſſe debet, ut praeceteris habetur *in cap. prima*, & *cap. 4. de Eccleſ. aedific. & reparan.*; eodemque Jure tali oneri ſuppoſitae fue-
9 runt portiones Decimarum, quae in Eccleſia ſeparanda exiguntur, ut ex *Can. Si Monachus 16 quaeſt. 1.*, ac praeciſe ſcriptum
10 legitur in ipſamet antiquis Legibus Longobardorum *In l. De vet Epiſcopi*, & *l. de Novis*, & *Damnis Tit de Decim*, cum Decimae non tantum pro victu Miniſtrorum Eccleſiae, ut liberius Divino ſervitio
11 vacare poſſint inſtitutae fuerint, ſed etiam propter ipſius fabricae Eccleſiae ſuſtentionem, ut tradunt Rebuff. *in Tract. de Decim. quaeſt 2. num. 4.* Ripperus *Conſultat. Canon. lib. 3. tit. de Aedificat.* Eccleſ. *conſult. 2. num. 14.* Pech. *de Reparat. Eccleſ.*
12 *cap. 15. num. 2.*, & ſine difficultate procedit in Decimatores ad Eccleſiae separationem de jure tenerentur, ut apud Gonzal. *in cap. 1. num. 7. de Eccleſ. aedifican.* Bell. *conſ. 144. tom. 3.*, Tondut *quaeſt. & reſolut. beneficial. cap. 38. num. 12. part. 1.* Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 2. num. 21. & ſeqq.* Amoſtaz. *de Cauſ. piis lib. 5. cap. 6. num. 31* Boſell *in Summ. deciſ. tom. 1. tit. 2. num. 22.* Rot. *dec. 595. num. 2. part. 3. Rec.*, & *apud Emerix Jun. dec. 407 num. 2.*, & *dec. 440. num. 2. & 3.*

Verum haec etſi juxta Juris uniſonam procedunt, tamen ſi conſuetudo diverſimode introduxit, a Juris diſpoſitione receditur; cum in materia ſeparationis Eccleſiae, omnes expectant, quod attendi debeat Conſuetudo, itaut quando reparationis caſus
13 eveniat, antequam ad Juris determinationem recurratur, ante omnia primario inſpiciendum ſit, qui in illa ſeparationum indigentia concurrere, vel in totum reſtaurare fuerint ſoliti, et ſi appareat ex dicta Conſuetudine fuiſſe inductum, ut ſeclusis Clericis, & Beneficiatis, Laici pa-
14 rochiani, qui ſolum ſubſidiare tenentur juxta Conc. Trid. *ſeſſ. 21. de Refor. cap. 7.* reparationis ſumptus praeſtent, dicta conſuetudo tanquam Lex debet praevalere, quia uti pro *Oliſ. in cap. Quatuor 12. quaeſt. 2.* traditum fuerit, Laicos ad hujus-
15 modi ſumptus non eſſe compellandos, cum id tantum locum obtineat, quatenus contrarium non fuerit ſervatum, cum Conſuetudo Legem vincat, atque efficiat, ut qui prius reparare conſueverant, etiam in futurum poſſint compelli, ut in terminis ſcripſerunt Innocent. *in cap. fin. de his, quae fiunt a major. par. Capit.* Rip. *lib. 2. reſp. 22. num. 3* Surd. *conſ. 61. num. 16 tom. 1* Ludovic Bell *conſ. 144. tom. 1.* Wamez *conſ. 220. 110. n. 1.*, & *conſ. 113. n. 1. tom. 2.* Campanil. *Diverſ. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 23. num. 19. ad med.* Kloch. *de Contribut. cap. 20. ſoll. 1. num. 16* Balmaſed. *de Collect. quaeſt. 56. num. 8* Francus *de Eccleſ. Cathedr. cap. 23. num. 9.*, Cobell. *in Bell. Bon Regim. cap. 40. num. 41.*, Ventrigl. *in Prax. Eccleſ. par. 1. annot. 18. num. 3.* Valaſc. *Conſult. deciſ. 179. num. 7. & ſeqq.*, Cornad. *deciſ. Cathalan. 180. num. 4. tom. 3.*, Sperel. *deciſ. 67. num. 3. tom. 1.*, Panimol. *dec. 13. annot. 1. num. 9.*

Praecipue, quia laudabilis haec conſuetudo Laicos ad pietatem, & Locorum Sacrorum
16 reparationem excitans, dignoſcitur non ſolum a pietatis fonte, ſed etiam a Juſtitiae debito derivare. Nam Laici aeque, ac Clerici ſpirituale commodum ex Eccleſia percipiunt, mediantibus Eccleſiaſticis Sacramentis, & Divinis Officiis; ipſi etiam propterea intereſſe debet, Eccleſias eſſe ſartas, & tectas, earumque reparationi conſulere. Wamez *conſ. Can. 4 conſ. 110. n. 1* Caren. *reſol. 248 n. 4* Graſſatnet, *14 th. de Eccleſ. aedifican. & reparat. n. 9.*
17 Valaſc. *d. conſult. dec. 179. n. 9.*, cum ad ornatum, & pompam Civitatum etiam pertineat Eccleſias ſumptuoſas, & cuſtoditas habere, ut ait Lara *de Anniverſ. & Capellan. lib. 1. cap. 21. n. 5.* Novar.
18 *quaeſt. for. cap. 25. n. 10. par. 2.*, nec non Jus publicum, ad quod ſervandum Univerſitates alligatae manent, conſiſtat etiam in Sacris, & Sacerdotibus, ut *in l. 1. §. Hujus ſtudii ff. de Juſt. & Jur.*, atque exinde etiam ex publico Aerario Sacras Aedes eſſe reparandas doceat Juriſconſultus

in

in l. Si in aliquam ff. de Offic. Proc. ſ. & 19 Legat, & ubi notat Alberic., ac docent etiam Ripa d. reſp. 22. lib 2 Pich. de Reparat. Eccleſ. cap. 22. n. 3. in fin. Cohell. in Bull. Pia. Region. cap. 42. n. 37. & 38.

Ex his in Jure præmiſſis reſultat, juſte fuiſſe a reparatione Turris, & Navis Eccleſiæ Parochialis de Nalinnes abſolutos Canonicos S. Bartholomæi Leodii, licet de Jure uti Decimatores eſſent adſtricti, cum ad reſtaurationem præfatam teneantur Communitas, & Incolæ dictæ Terræ, in quibus Conſuetudo hoc onus transfudit, de qua Dominis conſtare ſatis viſum fuit ex antiquo *Laudi* Concilii Thudinanſis, in quo proviſum fuerat, impenſas faciendas pro emendatione Eccleſiæ in ea parte, quæ reſpicit Turrim, Navim, & Campanile eſſe per Communitatem præſtandas, reliqua vero in eodem *Laudo* deſignata per Capitulum eſſe reparanda, & reficienda; quod *Laudum* deinde in ſucceſſivis indigentiis reparandi ſemper inconcuſſam obtinuit obſervantiam, & ſi aliquando Communitas eidem executionem præbere detrectavit, fuit per Judicis auctoritatem ad id compulſa, prout evenit de anno 1447. in quo per Sententiam arbitramentalem Archidiaconi Hannoniæ condemnationem paſſa fuit, ac iterum de anno 1623. ab hujuſmodi obligatione declinans, cum intenderet, quod Capitulum Decimator reparare deberet, Capitulum abſolutionem obtinuit, quæ Sententia deinde anno 1623. confirmationem promeruit, atque in Judicatum tranſivit; ex quo proinde hæſitari non valet, Conſuetudinem reparan-
20 di in Communitatem fuiſſe legitime probatam, cum talis Conſuetudo per actuum frequentiam, & temporis diuturnitatem inducatur, ut in his terminis Lech. de Reparat. Eccleſ. cap. 9. num. 4., & ſignanter cum eamdem exiſtat in contradictorio
21 Judicio quo caſu etiam apud illos, qui in probanda hac Conſuetudine magis rigoroſi aliquot probationes, incontrovertibilis habetur, ut apud Kloch. de Contribut. cap. 20. ſect. 3. n. 29.

Eo fortius, quod antiquum *Recordum* ſeu *Laudum*, a quo Conſuetudo deſcendit, etſi Conſuetudinis indicativum non eſſet reputandum, illud tamen uti Partium conventio & pactum valeret, atque ad promiſſam reparationem ſervandam cogendi vim haberet, cum apud Doctores circa obligationem reparandi Eccleſias, non minus Conſuetudo, quam particulares
22 etiam conventiones, pacta & Statuta plurimum attendantur, eaque ſervanda præſeribunt, licet de Jure onus reparandi ad alios ſpectaret Vallens. in Decretal. lib. 3. tit. 48. de Ædificat. Eccleſ. §. 2. ſub num. 2. verſ. Tertio tantum Ripa reſponſ. 22. num. 3. lib. 2 Valaſc. conſult. deciſ. 179. num. 10. Cortiad. dec. 180. num. 6. tom. 3. ſignanter quia hujuſmodi pacta, per quæ inter Capitulum, & Populum dividuntur onera reparandi Eccleſiam, ſunt conformia laudabili Conſuetudini in pluribus Re-
23 gionibus receptæ, quod Populus aliquas partes Eccleſiæ reficiat, Decimatores, ſeu Parochus alteras reparent, ut de pluribus locis Luſitaniæ teſtatur Valaſc. d. conſultat. 179. ſub num. 7. tom. 2. Quod plurima
24 ſimilia extent Conſtitutiones concordata in Belgio, habetur apud Peck de Reparat. Eccleſ. cap. 13. in prin., & magis proxime ad caſum noſtrum apud Vanetpen de Vaker. Jur. Eccleſ. tom. 2. part. 2. tit. 16. cap. 5. num. 16., 18., & 19.

Efficaciam *Laudi*, ſeu *Recordi* prædicti bene agnoſcens Communitatis Defenſor, magnum tamen conatum adhibuit in tribuendo eidem contrarium intelligentiam, arguendo, quod licuti ejus vigore Incolæ teneantur ad refectionem Navis Eccleſiæ, Accinctarum, ſeu Appendicum Turris, & Campanilis = *Quia autem Turris illius antiquitus altior, quam Pinaculum Navis Eccleſiæ elevatum fuit, prout ex tunc dicti Incolæ ſponte fatebantur, ſeparatim plurimum diſtabant, & illa ſeparabantur Turris ſtatuta magis ſupra ad dictam quam neceſſaria* = ut ex prædicto modo diſponendi erruatur, quod Incolæ adſtricti tantum eſſe debeant ad refectionem illius partis, ſeu Appendicis Turris, quæ Pinnaculum Eccleſiæ ſuperat, non autem ad illius integralem extructionem.

Talis ſana intelligentia apparuit, nullo modo congruens paſſa verba ipſius *Laudi*, in quo cum *Laudantes* expoſuerint in genere capita diſtincta controverſiarum concernentium refectionem occurrendam in Eccleſia, videlicet Navim, Cinctas ſeu Appendices, Turrim, & Campanile, Cancellum, Campanas, & alia neceſſaria ad celebrationem Divinorum Officiorum, & Sacramentorum adminiſtrationem, atque dando tam Capitulo, quam Communitati diſtributa fuerint onera Capitulo tanquam univerſali Decimatori nunc impoſita refectione Cancelli Eccleſiæ, Campanæ, nec non manutentione omnium eorum, ſine quibus Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrari, & Divina Officia exerceri rite non valerent, è converſo autem Communitati injuncta refectione Navis Eccleſiæ, Accinctarum, ſeu Appendicum Turris, & Campanilis, ex hac diſtributiva ſeparatione totas Partes ſtabilita neceſſario deſcendit, quod cum Turris, & Campanilis ſuam retineat independentiam ab aliis oneribus Decimatori appoſitis, & conſiſtant in partibus reparandis Communitati præſcriptis, nemini dubium eſſe poterit, quod eadem ad illorum integralem reparationem teneantur ſine ulla diſtinctione tam pro parte ſuperiori, quam inferiori, abſque eo, quod Capitulum in al-

aliquo ad id concurrere debeat, tanquam pertet ſibi demandatas non reſpiciens.

Hujuſmodi obvium & verum *Laudi* ſenſum non ſolum non deſtruit, ſed etiam mirifice comprobat expreſſio facta circa Turris altitudinem, quod excederet Pinnaculum Tecti. Ea ſiquidem facta fuit non ratione limitandi Communitati onus Turrim reparandi ſolum ſupra Pinnaculum, ſed bene ad effectum denotandi, quod cum præſtiti Turris ſuperaret non parum prædictum Pinnaculum tecti, tanquam elata, & ſublimis, non ad neceſſitatem Eccleſiæ extructa poſſet conſiderari, ſed potius ad illius majorem ornatum, & decorem, prout expreſſe ſubjunctum fuit in illis verbis = *quia illa ſuperabundans Turris altitudo magis ſapit ad decorem, quam neceſſitatem* = ut ſic ejus reparatio Communitati debeat incumbere, ex eo nimirum, quia Turris, ſeu Campanile quanto elatior eſt, eo magis ad decorem potius, quam neceſſitatem pertinere videtur,

25 deatur, eoque attento ad ejus reparationem Populum, non vero Decimatorem eſſe adſtrictum de Jure univerſali in Belgio, atque adjacentibus Regionibus firmat individualiter Vaneſpen. *de Sacram. Eccleſ. tom.* 1. *par.* 2. *tit.* 16. *cap.* 5. *num.* 18.

Hinc eſt, quod Concilium Thudinenſe de eo Jure veriſimiliter edoctum, ſicuti in *Laudo* poſſeſſum fuerat, in oneribus reparandi Eccleſiam inter Populum, & Decimatorem diſtribuendis, ſe utriuſque partibus, Jus æqua lance librare, Conſuetudini, & Juri in illis partibus, ut plurimum recepto ſe uniformando, noluit Incolas ad Turris Eccleſiæ refectionem adſtringere, niſi prævia confeſſione aſſertum, quod ſuperabundans Turris altitudo decorem magis, quam neceſſitatem ſaperet, cum præterea ipſius ſumptu fuerit Populo obliganda refectionem eorum, quæ majorem Eccleſiæ ornatum, decorem, & elegantiorem formam reſpiciunt, prout hujus naturæ eſſe

26 ſe videntur ultra Turrim elatam, etiam Navis Eccleſiæ, & Appendices, cum ipſæ etiam ad ornatum Eccleſiæ ſpectare ſoleant, ut docet Vaneſpen. *loco nunc allegato num.* 26 *& ſub num.* 27 *verſ. hoc caſu.* Capitulo vero Decimatori præſcribere reparationem eorum, quæ ad celebrationem

27 Divinorum Officiorum ſunt neceſſaria, & ſic ad extractionem unicæ Campanæ, ex qua licet Eccleſia Parochialis plures poſſit habere Campanas, & Divus Carolus ut eaſdem exoptaverat, quod ad minus duo exigerentur, ut habetur in *Actis* Eccleſ. Mediolan. *par.* 4. *Actor. de inſtruct. fabric. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 25. *vol.* 2., attamen

28 men cum ad convocandum Populum ad Divina Officia una tantum exigatur, atque ſufficiat, ut docent Toudut *inſol. beneficiis par.* 3. *cap.* 133. *num.* 7. Pech. *de Repar. Eccleſ. cap.* 13. *num.* 4., & in noſtris præciſis terminis Vaneſpen. *ubi proxime num.* 29., exinde Concilium etiam Decimatori Jus æqua lance miniſtrando ad unius tantum Campanæ refectionem

29 illum arctavit, cum hoc tamen, quod deberet eſſe ſonora, prout talem exigit neceſſitas, ut a longinquis audiatur, ut bene notant Toudut *loco allegato*, & Pech. *de Repar. Eccleſ. pariter ubi ſupra num.* 4. *in fin.*

Sed omnem in re hac ſubmovet dubietatem ſubſequuta obſervantia, dum ſic etiam controverſum *Laudum* interpretati fuerunt Judices de partibus ad faciem loci, ac ita adverſuſum Judicatum de anno 1621 mediante Sententia abſolutoria favore Capituli ab Officiali Leodien. prolata, ac ſucceſſive de anno 1623. per alteram confir-

30 mata. Interpretationi autem per obſervantiam datam veniſ inſiſtendum, cum ea ſit optima omnium diſpoſitionum interpres *l. Si de interpretatione ff. de Legib.*, & talis ſenſus ineſſe dictum *Laudi* verbis,

31 qualem demonſtravit obſervantia, etiamſi contrarius intellectus de jure eſſet verior, ut generaliter apud Rot. *dec.* 5. *num.* 17. *& ſeqq. part.* 14., *& decis.* 452. *num.* 14. *part.* 19. *tom.* 2. *rec. Orthob. deciſ.* 165. *num.* 11. *cor. Emerix Jun. deciſ.* 24. *num.* 8. *& 9.*, & in altero *Laudo* Concilii Thudenenſis dictum fuit in *Leodien. Campanilis* 25. *Junii* 1580 *cor. Caccia.*

Non relevante, quod dictæ Sententiæ prodierunt inter Capitulum, & Parochum, Communitate vero ſolum eidem Parocho adhærente, atque ita cum eo provocato, ac proinde contra ipſam Communitatem in præſenti Jus conſtituere non valeant, nec ullam obſervantiam contra eam inducere. Quia ultra quod in Sententiis Communitas enunciatur uti Principalis in Cauſa æque ac Parochus, ex relato *Summario Communitatis num.* 3. *&* 4., ſed placuit etiam Dominis reſponſio, quod ſuata non eſt dubium, quod illarum Sententiarum vigore, Capitulum fuit abſolutum a prætenſa refectione Turris, ad cujus reparationem fuerat conventum, eodem pari Jure hodie veniat abſolvendum.

Et ita utrique &c.

R. P. D ANSALDO

NULLIUS, SEU MONTIS CASSINEN. MANUTENTIONIS SUPER DELATIONE STOLÆ.

Veneris 21. Junii 1714.

ARGUMENTUM.

Manutentionem in Jure deferendi Stolam occaſione Tumulationis Cadaverum Peregrinorum, & Advenarum, Rota concedit Paroco Eccleſiæ Matricis, qui eorumdem verus Parochus eſſe deciditur, & quidem poſthabitis aliis actibus poſſeſſoriis ab alio exercitis, qui tamquam Juris diſpoſitioni adverſantes, nil conferunt pro manutentione obtinenda.

SUMMARIUM.

1 Poſſeſſio probatur ex Teſtium depoſitionibus.
2 Spectat Juris diſpoſitione Peregrini, & Advenæ decedentes non electa ſepultura, tumulandi ſunt in Eccleſia Matrice.
3 Ampliæ, ſtante lege ſynodali faciente Jus quoad omnes Eccleſias.
4 Rota nimium deferre ſolet relationi Ordinarii circa ſtatum ſuæ diœceſis.
5 In funeribus delatio Stolæ indicat Parochialem Juriſdictionem, & num. 9.
6 Ad Parochum decedentis ſpectat Jus aſſociandi Cadaver.
7 Idem dic de delatione Crucis,
8 Necnon de funeralium emolumentorum perceptione.
10 Ad Parochum Eccleſiæ matricis ſpectat Jus deferendi Stolam in funeribus Advenarum, & Peregrinorum quoties id repoſcat generalis conſuetudo aliarum Eccleſiarum ejuſdem diœceſis.
11 A diverſis non fit illatio.
12 A Cauſa, & poſſeſſione univerſali regulanda eſt etiam particularis.
13 Manutenibiles non ſunt Actus, qui habent Juris reſiſtentiam.
14 Teſtes etſi non formiter examinati, ſi tamen dicta fomentum a Jure recipiant, in poſſeſſorio ſummariiſſimo recte admittuntur.

DECISIO XLVII.

INter cætera præeminentialia Jura in quibus fungitur Eccleſia Parochialis Sanctæ Mariæ Majoris Cervarii, prævia Deciſione diei decimæ Junii 1712 Manutentionem decrevit R. P. D. meus Lancetta recenſebatur etiam Jus deferendi privative Stolam in tumulatione Cadaverum Advenarum, & Peregrinorum ſuper quo, cum Signatura Juſſu ac Ordine per Abbatem Eccleſiæ Sancti Pauli ejuſdem Loci, æquale Jus prætendentem, particulariter reſcripſiſſet = *Alteri cum facultate manu cedit quæ de Jure*, directa propterea mihi Commiſſione requirebat hodie Dominos = *An & cui ſit danda manutentio delationis Stolæ in tumulatione Cadaverum Peregrinorum, & Advenarum in caſu &c.* qui eam = *DEBERI ARCHIPRESBYTERO SANCTÆ MARIÆ* = declararunt.

Ut autem ſub valido Juſtitiæ fundamento baſim hujuſce reſolutionis iidem conſtabilirent, neceſſe duxerunt bonum Jus pro Poſſeſſorii coloratione examinare. Si enim ad terminos ſolius nudæ poſſeſſionis Judicium ferendum fuiſſet, negari ſane non poterat quin utrique manutentio deberetur, cum utramque repertis in eadem quaſi poſſeſſione deferendi Stolam in tumulationibus prædictis nedum haberetur
1 ex depoſitionibus quamplurium Teſtium, ſed iiſdem etiam dicta, ſeclusa eamdem quaſi poſſeſſionem Abbatis, ipſeret Ordina

ſtratur Caſſinenſis de cæteris ſavens Archipresbytero, comprobaret.

Degustando itaque bonum Jus, ſtatum emicuit, illud aſſiſtere Archipresbytero. Cum enim hujuſmodi Peregrini, & Advenæ certam Sedem non habentes, ac non electa Sepultura decedentes, tumulandi
2 ſint in Eccleſia Matrice, ac dignori, non ſolum ſpectare Juris diſpoſitione, de qua Silveſt. in ſumma Verbo Baptiſmus num. 8. Antonell. de Regimin. Eccleſ. lib. 2. cap. 10. num. 33. Pignatell. conſultat. 135. per tot. & num. 3. tom. 1 ubi ste per Sacram Congregationem Concilii decisum refert in una Piſauren. Quæ ſub ſuosi di. 15. Junii 1650. Levor variar. lucubrat. lib. 2. cap. 11. n. 100. & ſeqq. Sperell. dec. 87 num. 14. verſ. iamnam. Barboſ. de Offi. Parich. cap. 26. num 35. & Parinoll. dec. 5. annot. 3 n. 44;
3 verum etiam ex Synodali illius Diœceſis ſanctione edita de anno 1654, ſeciendo Jus univerſale quoad omnes alias Eccleſias ejuſdem Diœceſis, ad tradita per Gonzal. ad regul. 8 Cancell. gloſ 9. § 1. num. 18. Rot. coram Reatin. dec. 852. num. 3, & ſeqq. & coram Zetas decif. 64 num. 10. ac decif. 115 num. 6. par. 19. recent. coram Mediolanen. Juris Parochialium 10. Aprilis 1708. § Conſtabilitur in ſuper etiam R. P. D. meo Sicte Alma Urbis Gubernatore, ac etiam ſolus Archipresbyter memoratæ Eccleſiæ S. Mariæ Majoris iiſdem Peregrinis, & Advenis vigore prædictæ Synodalis Conſtitutionis Sacramenta adminiſ-
4 ſtret, ut teſtatur idem Ordinarius, cujus relationem circa ſtatum ſuæ Diœceſis non parum deferre Tribunal regulariter conſuevit, ut in Panepſilonen Exempt. 10. 15. Junii 1706 § Vel § , & 6. Decemb. n ejuſdem anni § Quid eſt Cam, ac 4 Jun. 1707. § Scali, coram Me.

Merito clara emergere videbatur Juris aſſiſtentia pro elargenda eiſdem Archipresbytero uti horum Advenarum Parocho manutentione ſuper Jure deferendi privative Stolam, cujus uſus in hiſce actibus Paro-
5 chialem indicet Juriſdictionem per ea, quæ monet Barboſ. de offic. & poteſt. Parich. par. 3. cap. 26. num. 76. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 298 à num. 65. & ſeqq. cum concordan. relatis in prædicta Deciſione hujus Cauſæ 10 Junii 1711. § Et quatenus coram R. P. D. meo Lancetta, & ut pariter declaratum habemus per Sacram Congregationem Concilii, & ſignanter in Lataviva 24 Octobris 1609. & in Precoſina 13 Julii 1619 Collect. per Pignatell. in conſultat. 73 num. 11. tom 8, & in Eibroceden. 25. Julii 1695 in ſuſpenſione ad codicillum, relat. per Monacell. in formul. for. Eccleſiaſt. par. 1 tit. 10. formul. 18. num. 64.

Non relevante, quod etiam Abbas S. Pauli actus Juriſdictionem Parochialem præſeferentes, abſque contradictione, ultra dictam Stolæ delationem, ſemper exercue-

rit, concomitando nimirum funera eorumdem Advenarum, nulla præcedente convocatione, ſed Jure proprio, ac in eadem aſſociatione propriam, & diſtinctam Crucem elevando, nec non emolumenta
6 pro æquali cum eodem Archipresbytero dividendo; quæ omnia ad ſolos Parochos, uti Parochos decedentium ſpectare clamabant Scribentes pro eodem Abbate, aſſerendo circa Jus aſſociandi Hoſtienſ. in cap. 1 de Sepultur. Pignatell. conſult. Canonic. 73. num 51, & 55 tom. 8. & Paſſerin. de ſtat. Homin. quæſt. 187. artic. 4. ſub
7 n. 131, quoad delationem propriæ Crucis adducendo Text. in Extravagant. ſuper Cathedram, & in Clement. dudum § Hujuſmodi de Sepult. & eumdem Pignatell. in prædict. conſult. 73 num. 34. 40, & 49.
8 tom. 8, reſpectu vero æqualis emolumentorum funeralium diviſionis allegando Text. in d. cap. 1. de Sepult. Card. de Luca de Parich. diſc. 31. num. 2. Penumod. dec. 5 0. 4. & Rot. in dec. 160 num. 6. par. 11. rec.

Etenim quicquid ſit de hiſce actibus, qui etſi debiti ſolo Parocho Eccleſiæ Majoris tamquam Matrici, potuerint per Abbatem Sancti Pauli præſtitui hoc unum pro certo animadvertebant Domini quod cum hoſcemet actus exerceat etiam idem Archipresbyter, inſuper Sacramenta prædictis Advenis ſolus adminiſtret, ac in ejus Eccleſia eorumdem Cadavera tumulentur, ex hiſce actibus propriam, & incontrovertibilem Parochialem præſeſine indicantibus, Jus etiam privativum Stolæ, favore ejuſdem Archipresbyteri reſultabat ex
9 ſupra firmatis, accedente præſertim generali aliarum Parochialium ejuſdem Diœ-
10 ceſis conſuetudine, qua in funeribus Advenarum ſolus Archipresbyter Stolam defert, de qua in Summar. Eccleſiæ Majoris num. 3.

Minus etiam obſiſtente Tranſactione inita de anno 1643 inter eaſdem Eccleſias hodie contendentes, in qua tertio loco conventum extitit, quod = colle proceſſioni poſti la Stola l' Arciprete, come l' Abbate = ex quibus verbis deſumebant Scribentes pro Abbate, quod nedum vigore hujus Tranſactionis licita ſit Abbati delatio Stolæ, ſed ex illo explicandi modo, videatur uſus Stolæ antiquior in eodem Abbate, quaſi dicere voluerint = Poſſit in poſterum Archipresbyter deferre Stolam, ſicuti eo deferri conſueverat per Abbatem.

Quoniam remanente hodie incontrovertibili Matricitate, ſaltem impropria Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris, prout concludentiſſime a R. P. D. meo Lancetta in ſæpedicta ejus deciſione fuerat demonſtrata, ac prout impugnari amplius per ipſum Abbatem non videbatur, interpretatio illius dictionis = Come = reddebatur inutilis, nec ex conceſſione delationis Stolæ

in Proceſſionibus atque recte poſſe videbatur ad Jus deferendi Stolam in funeribus, qui actus inter ſe nil habent communes, & diverſo Jure cenſeri ſolent; ideoque ab
21 uno ad alium inferre recte non licet per ea, quae notant Doctores *ad Text. in l. Papinianus 21. ff. de minor. & l. ſi nal ff. de Calumniat.* Rot. *deciſ.* 493. *num.* 10. *deciſ.* 563 *num.* 13 *& deciſ.* 607. *num* 31. *par.* 19. *tom.* 2. *rec.*

Confovebat etiam minime Jus Archipresbyteri animadverſio ex relatione ipſius Ordinarii deſumpta, quod in funeribus Civium, ubi utriuſque Eccleſiae Clerus convocari contingat, ſolus Parochus defuncti Stolam deferre conſuevit. Unde cum ex ſupra firmatis Parochus Advenarum ſolus ſit Archipresbyter, & unica Stola illorum etiam Cadavera aſſociandia videantur, & pertineſſe per Archipresbyterum tanquam verum illorum Parochum ſit quae
22 que unice deferenda e causa etiam, & poſſeſſione univerſali, regulanda etiam aſt particularis, ut advertit Rot. *in Caſertana Juris Parochialium 6. Junii* 1707. *§. finali coram bon. mem. Caſarelli.*

Poſita autem, ac conſtabilita Juris aſſiſtentia, etſi actus Poſſeſſionis ſuper eademmet Stolae delatione afferentur, nos attamen manutenibiles tantum Dominis exiſtimarunt, qui eidem Juris aſſiſtentia conſirmantes fi-
23 cent; non autem illi, qui eidem adverſarentur, ut in conſimilem Praeeminentiarum terminis firmatum habemus per noſtrum Tribunal. in illa *Coventri Ydibu Juriam Parochialium ſuper Manutentioni 3. Julii 1705. §. Nihil obſtanti, & §. finali coram bo. me. Molines Decano, et in dicta Caſertana Juris Parochialium 6. Junii 1707. §. Ultra enim, & §. Praeterea coram bon. mem. Caſarelli, & in Tiraſina Praeeminentiarum ſuper Manutentione 2. Decembris 1711. §. Primo illam coram Me.*

Quae eo validius procedere videbantur ex eo, quod nunquam Archipresbyter Matricis Eccleſiae ſive judicialiter ſive extrajudicialiter contradicere non omiſerit, quoties Abbas Sancti Pauli Stolam in hiſce Advenarum funeribus geſtare tentaverit, ut deponunt Teſtes per eumdem Archipresbyterum adducti in *ejus Summa* 10
14 *sum* 10. qui, etſi formali examini ſubjecti non fuerint, attamen cum eorum dicta fomentum a Jure recipiant, non videbantur in hac Poſſeſſione ſummariſſima rejicienda, ut monent Rot. *poſt Pitth. de manut. deciſ.* 169. *num.* 4., *& 5. & coram Manzanid. deciſ.* 465. *num.* 1. *& coram Dunoz. Jun. deciſ.* 531. *num.* 3. *& in Aſculana Praeeminentiarum* 16. *Januarii* 1711. *§. Et ſane in fine, coram Me.*

Atque ita = *MANUTENTIONEM DELATIONIS STOLAE IN TUMULATIONE CADAVERUM PEREGRINORUM, ET ADVENARUM DANDAM ESSE ARCHIPRESBYTERO ECCLESIAE SANCTAE MARIAE MAJORIS* = Domini cenſuerunt utraque &c.

R. P. D. C E R R O.

CATHACEN., SEU SUESSANA SPOLII.

Veneris 22. *Februarii* 1715.

A R G U M E N T U M.

Secuto obitu Epiſcopi tranſlati, ad primam Eccleſiam pertinent ea omnia, quae comparata ſunt ex redditibus ejuſdem primae Eccleſiae. Recenſentur argumenta demonſtrantia, Bona per Epiſcopum defunctum cum fructibus primae, non ſecundae Eccleſiae quaeſita.

S U M M A R I U M.

1 Reſtitutio in integrum non conceditur adverſus ſententiam a qualibet laeſione immunem.
2 Rota reverenter amplectitur decreta Sacrarum Congregationum.
3 Bona acquiſita ex fructibus primo Epiſcopatus ad primam Eccleſiam pertinent, non obſtante tranſlatione Epiſcopi ad aliam Eccleſiam.
4 Et pro hujuſmodi effectu tranſlatio habetur ac ſi facta non fuerit.
5 Redditio rationis facta ad inſtantiam Partis cum Reviſoribus ab ea deputatis, impugnari non poteſt.

6 Semel admiſſa provenientia Patrimonii, an amplius in diſcrimen revocari non poſſit?
7 Ex quibus probetur Epiſcopum æquo fuiſſe bona ex fructibus primæ Eccleſiæ, non ex redditibus ſecundæ?
8 In materia difficilis probationis admittuntur conjecturæ, & argumenta.
9 Teſtes ad perpetuam rei, & quando admittendi?
10 Tenuitas Fructuum Epiſcopatus ex quibus arguatur?

DECISIO XLVIII.

Obiit Franciſcus Gori in Epiſcopatu Sueſſano ad quem die 24. Novembris 1707. tranſlatus fuerat ab Eccleſia Cathacenſi, cui non minus quam decem, & octo annorum ſpatio præfuerat, unde ſuavit utrique Sponſæ, ut ſuper pertinentia Bonorum, ſacrarumque Supellectilium, quæ ſuaruit in hæreditate defuncti Conjugia rapitæ inter ſe decertarent, conſeſtimque ob id Inventario juſſu Sac. Congregationis Concilii, ad quam Controverſia fuerat delata, diſputatum deinde fuit = *An Mobilia, Libri, Pecunia, vetitaque tempore ſui obitus inventa ſpectarent ad Eccleſiam Cathacenſem, ſeu potius ad Sueſſanam; ſimulque pariter ad quam ex dictis Eccleſiis pertinerent Paramenta, & Ornamenta facta ad uſum Capellæ ejus* = & reſponſum quoad primum = *Omnia Bona quæſita ex fructibus Eccleſiæ Cathacenſis ad illam ſpectare* = & quoad Paramenta facta ad uſum Capellæ = *Servandum eſſe Cap. ſi Paulus 3. Tit. V.* = Quorum decretorum executio cum petita fuerit coram Me tunc in ſubſidium A. C. ſedente, Sententiam protuli ſuper illorum obſervatione, ac pro affectu declaravi *Venerab. Eccleſiæ Cathacenſi relaxanda eſſe omnia Mobilia, Argenta, Libros, Pecuniam, Supellectilia, aliaque in Inventario deſcripta, exceptis ſigillatim, ſumentis, aliiſque in Eccleſia Sueſſana acquiſitis, cum non Mobilibus ſpectantibus ad ſpolium hoc unico de Aquino, ac aliorum Paramenta, Argentaque facta Cultui deſtinata demùm ad formam laudatæ Bullæ pro rata omnium tranſporta, & fructibus ex utraque Eccleſia perceptorum, addita reſervatione juribus Mons de Gori in ſuo Judicio exponendis ſuper prædictis rebus* =

Quamvis autem appellaverit ab hac ſententia Capitulum Sueſſæ, Ciulamque commiſſi curavit R. P. D. meo Aldrovando: Appellationem adhuc proſequi neglexit intra ſtatuta tempora, unde tranſierit in rem judicatam. Quare coram Me vice abſentis Coadjutoris ſubrogato, concordatum fuit inter Partes conſuetum dubium = *An conſtaret de re judicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum* = cujus reſolutio cum fuerit dilata ad inſtantiam Natalis, & aliorum de Gori ſub die 14. Januarii mox elapſi, repetita fuit in hodierna Audientia ſub reſcripto = CONSTARE DE RE JUDICATA = Id expoſcente validitate, & juſtitia antecedentis Sententiæ, quæ ſubmovendo quamlibet læſionem ex parte Capituli ſuccumbentis non 1 patiuntur, ut ei petitæ reſtitutionis in integrum auxilio ſuccurri debeat adverſus rem judicatam, in quam ob omiſſam proſecutionem Appellationis jam fuit prolapſa Rot. deciſ. 53. num. 22. part. 19. Recen., cum aliis relatis: maxime quando proceſſum fuit in executionem decretorum Sac. Congregationis Concilii, quæ omnia 2 Tribunalia reverenter amplectuntur & venerantur, ut ſemper profitetur noſtrum Auditorium, ut *coram Bunat. deciſ. 479. num. 2. & coram Cavaler. deciſ. 613. num. 8. & in Rec. deciſ. 421. num. 3. part. 10.*

Et quidem Juſtitia in ea parte, qua mandata fuit reſtitutio rerum deſcriptarum in Inventario favore Eccleſiæ Cathacenſis, & ad quam tota reducebatur contentio, fundabatur illa judicio intellectui, quod omnes quæſitæ præſumerentur ex fructibus primæ Sedis Epiſcopalis, cui defunctus tam longi temporis intervallo præfuit, ut propterea quamvis demùm ad Epiſcopatum alterius Eccleſiæ Sueſſanæ tranſlatus fuerit, in eaque occubuerit, tranſitus hujuſmodi operari non debeat in præjudicium primæ Sponſæ, ſed quemadmodum iſta 3 ſucceſſiſſet in Bonis ejuſdem Epiſcopi, ſive veré, ſive præſumptive ex ejus fructibus acquiſitis, ubi in illius amplexibus mortem obiiſſet, nec aliam, quam illam inſtituere valuiſſet hæredem. *Cap. Rex in Epiſcopatu* 12. *quæſt.* 1. *Card. de Teſtamentum quæſt* 34. *num.* 2. *Cæned ad Decret. collect.* 145. *num.* 2. *Menoch. conſ.* 205. *num.* 3. *Beccll. Summ. deciſ.* 161. 6. *num.* 35. & *Rot. deciſ.* 500. *num.* 4. *coram Cottini, & coram Merlin. deciſ.* 405. *num.* 3. & *coram Rich. deciſ.* 636. *num.* 6., ita pa- 4 ri modo ea omnia primæ Eccleſiæ reſtituenda veniunt, ac ſi tranſlatio revera ſecuta non fuiſſet, ut firmè tueuntur *Alciat. conſ.* 1. *num.* 49. *lib.* 4. *Barbat. Conſ.* 20. *num.* 13. *vol.* 1. *Et vid. hoc non vol.* 3. *Barboſ. in l. Diverſis in princip. num.* 51. & *ſeq. ff. ſolut. matrim. Auguſtin Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 124. *num.* 26. *Belletr. diſquiſ. Clerica. par.* 2. *tit. de bonis Cleric.* §. 8. *num.* 6.

Et licet prædicta præſumptio, quod Bona ex fructibus primæ Manſæ, non autem ſecundæ fuerint comparata, ſatis remotetur inſpecta ſola temporis diverſitate, quo unus & alterius Sedis incubuit, dum in per-

prima ut ſupra premotivimus, non minus quam decem, & octo annorum ſpatio conſedit, ſecunda vero brevi paucorum menſium uſura gaviſus fuerit, ut vix, ac ne vix quidem honeſtæ vitæ alimoniæ, iiſque gradus honorificentiæ neceſſariis potuerit quidquam in ejus patrimonio ſupereſſe, nihilominus quælibet poſſibilitas excludebatur ex facto ipſius Capituli Sueſſani. Cum enim poſt obitum Epiſcopi duos de proprio gremio delegaverit Canonicos pro reviſione Computorum Canonici Cimballi, qui Epiſcopatus bona adminiſtraverat, iiſ diſpunctis partita diligenter non minus Introituum, quam Expenſarum, dictum Canonicum Cimballum Creditorem conſtituerunt in ſcut. 634 in qua ſumma agnoverunt Exitus Intro-
5 tum ſuperexcediſſe: quæ ſane redditio rationum ab exploratis ad iſtantiam Capituli, ac coram Reviſoribus ab eo deputatis, nullo colore valet hodie impugnari, ex caligati.

Quod manifeſtius idem Capitulum declaravit non ſolum ex ea diligentia qua in confectione Inventarii hujus Epiſcopi excipi curavit ab ejus patrimonio Mobilia, quæ proveniebant ab hæreditate Epiſcopi de Aquino in eadem Sede Prædeceſſoris, unde non diſſimili etiam conſilio Eccleſiæ indemnitati reſpectu iſtorum rerum, quatenus certo non fuiſſent translata ſimile a veteri Epiſcopatu; verum etiam ex ipſamet Controverſia agitata in Sac. Congregatione Concilii, in qua omnimoda ejus deciſio inſedit in eo puncto quod bona, niſi ex Redditibus primi Epiſcopatus concepti, dum ad ſecundum tranſtri fuerant inhærentia ſuæ Eccleſiæ, ut conſtit ex particuli Informationum Scribentium pro Capitulo Sueſſano, unde poſt-
6 quam iterato admiſſa fuit proveniencia patrimonii proprii Epiſcopi ab Eccleſia Cathacenſi, integrum minime eſt illam denuo revocare in diſcrimen, ut nuper dixit Rota *in Neapolitana Fideicommiſſi in audientia diei 4 labentis Menſis ſ. Atque a ſecundo, coram me.*

At pro removendo quolibet dubio, quod tam Pecunia quam Argenta, aliaque Mobilia reperta in hac hæreditate vere non proveneriint ex redditibus altera Epiſcopatus, ſed ab altero, comprobatur ulterius velati ad exuberantiam, pluriuum Teſtium depoſitionibus. Nam de Argentis, Libris, & Pecunia uſque ad ſummam ducatorum 6000. teſtimur Ludovicus de Griffis, & Antonius Pantas, qui præfederunt Eccleſiæ Cathacenſi in munere Vicarii Generalis; de Oloſericis ad ornatum domus, & Argenti e ſimilia conſtructis in eadem Civitate Cathacenſi deponunt ipſimet Artifices, de Pecunia in quantitate ſcut. 2501 reperta in prædicta hæreditate habetur ex fide aliorum Teſtium, qui concordant cum Patre Magiſtro Patre Ordinis Prædicatorum jam in exiſtione facti a Defuncto Epiſcopo penunica vice in ſummæ ſcut. 3000. a Domini co Gemildo, ac depoſitione Caroli Sertori publici Mutatoris Cathacenſis. Ac eidem ſuperadditur teſtimonium Joannis Baptiſtæ Formicæ perhibentis, partem dictorum Mobilium, Argentorum, & Pecuniæ eumdem Epiſcopum ſecum transtuliſſe ad Civitatem Neapolis quo Anno 1702. ſe contulit, ibique ea tradidiſſe, ac ſucceſſive recuperaſſe a Patre Hyeronimo Carmelita Diſcalceato uſque ad ſummam ſcut. 4700., nec non aliam partem miſſam fuiſſe a Civitate Cathacenſi ad Squillacenſem, & ex inde ad Pittora ... , ubi recepta fuiſſe a Canonico Cimballo ejus Domus Præfecto, a quo aſportata fuiſſe ad Civitatem Sueſſæ, ut
7 ultra dictum Formicam teſtatur Epiſcopus Squillacenſis, & Nonta in modum ut abunde concluſum valeat poſſit, Patrimonium contraverſum ex antedictis proventibus prædictæ Eccleſiæ fuiſſe conſtatum attenta mitura de qua agitur, quæ tibi
8 difficilis probationis deſumi recte valet etiam conjecturis, & argumentis per ea, quæ tradit Rot. *in ... Merlin deciſ 714. num 32. & in ... Emerix Jun. deciſ 599. num. 9. & in recent. deciſ 386 num. 5. par 18.*

Hinc nihil relevat, quod Teſtes non expoſiti ... tantummodo ad perpetuam, nec fuerunt ſormiter repetiti, quia cum bonum Jus aſſiſtent Capitulo Cathacenſi non innitatur principaliter dictis Teſtibus, ſed iſtorum dicta adminiculativa ſolum, & ſuppletive exhibita fuerunt, nulle mo-
9 do prohibetur eos recipi, etſi ad perpetuam examinatos ut paſſim ſervavit Rot. *cor Seraph deciſ 1170 num 1 & in ... Sanum Alexand 8 deciſ 200 num 5. & coram Emerix Sen deciſ 89. num 6.* Sicuti parum tollit reſervatio Congregationis conciliaris facta Defuncto Epiſcopo dum eam ſedebat in Epiſcopatu Cathacenſi a clarmem Cardinali Thauraſio tunc A. C. Locumtenenti pro vitando onere ſolvendi
10 penſiones, unde ſigna deberet tenuitas fructuum dicti Epiſcopatus. Capitulo enim Cathacenſi, cui Juris præſumptio patrocinatur, ut Mobilia, ac Pecuniæ conſtate de tempore reſidentiæ in illo Epiſcopatu, ex iiſdem etiam fructibus fuerint quæſitæ, ſatis eſt ſola poſſibilitas, quod retrahi potuerint ex redditibus incertis ejuſdem Eccleſiæ quæ ſine non concurrit in altera Eccleſia Sueſſana ex late ſupra deductis.

Et ita ... *reſervandi jura fratribus de Gotus ...* DD. reſponderunt utraque &c.

E. P. D.

R. P. D. ROVAULT DE GAMACHES

TRANEN. PRÆEMINENTIARUM SUPER RESERVATIS.

Lunæ 23. Junii 1719.

ARGUMENTUM.

Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ debetur præcedentia in aſſociatione funerum ſupra Parochum, uti minus dignum, etiamſi Defuncti ſint ejus Parochiani; & in hujuſmodi Proceſſione funebri elevanda eſt ante feretrum propria Crux ejuſdem Collegiatæ, præſertim ubi favore iſtius concurrat etiam obſervantia immemorabilis.

SUMMARIUM.

1 Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ præcedere debet Parochum, uti minus dignum, in aſſociatione funerum, etiam ejus Parochianorum.
2 Et deferenda eſt ſola Crux ejuſdem Collegiatæ.
3 Aſſociatio per viam in funeribus eſt actus indifferens, & in ea Parochus nullam exercere dicitur juriſdictionem ſupra Cadaver.
4 Aſſociatio eſt inſeparabiliter connexa cum primis, & ultimis actibus funus perficientibus.
5 Qui ſint actus Parochiales in funeribus?
6 Stola eſt ſignum Parochialis juriſdictionis.
7 Declar., quoad actus juriſdictionales, & Parochiales, at non reſpectu aſſociationis Cadaveris, aliorumque actuum indifferentium.
8 Sic non prohibetur Parocho ingredi cum Stola Eccleſiam tumulantem Regularium, licet in ea nullum ſupra Cadaver ſui Parochiani ſui Officium peragere queat.
9 Centenaria obſervantia quam vim habeat?
10 Teſtium depoſitiones, qui in alia Cauſa examinati fuerant, & non percutiunt caſum controverſiæ, non ſunt attendendæ.

DECISIO XLIX.

RESpondenerunt hodie Domini meique, PROCEDENDUM ESSE AD LEGITIMAM EXECUTIONEM MANDATI ROTALIS DE EXEQUENDO REM JUDICATAM, TRIBUENTIAM CAPITULO COLLEGIATÆ ECCLESIÆ S. MARIÆ MAJORIS OPPIDI BAROLITANI PRÆCEDENTIAM SUPRA RECTOREM, SED PAROCHUM ECCLESIÆ S. JACOBI EJUSDEM OPPIDI IN ASSOCIANDIS FUNERIBUS SACERDOTUM, AC SÆCULARIUM PAROCHIANORUM IPSIUS ECCLESIÆ S. JACOBI, CUM GESTATIONE CRUCIS DUMTAXAT PRÆFATÆ COLLEGIATÆ ECCLESIÆ S. MARIÆ = Cum enim hæc Eccleſia dignior ſit, utpote Matrix ſaltem improprie, atque etiam Inſignis Collegiata, ut probant tum Deciſiones jamdudum inter haſce partes, Die 18 Martii 1689, & 16. Januarii 1690. a cl. me. Card. Caccia editæ, de ſtylo jam ſupponendæ, tum aliæ, quæ die 3. Junii 1715 ab Eminentiſſ. D. Card. Scotto, & 19 Novembris 1717 a Reverendiſſ. D. mo Anſaldo Decano recenter emanarunt, quæque dictum mandatum Rotale præceſſerunt: Ordo ſane Eccleſiaſticæ Hierarchiæ
1 poſtulat, quod idem Capitulum præcedat Parochum Eccleſiæ S. Jacobi minus dignum in aſſociatione funerum etiam Parochianorum ejuſdem Eccleſiæ, ut ex *Text. in cap. ſtatuimus de major. & obedient. & in L. 1. C. ut dignit. ord. ſervet. & L. gradatim ff. de muner.* probant Lavit. *elucubrat. cap. 3. num 112. tit 2. tom 1.* Samuel. *de ſepult. tract 1. diſp 3. controv 2. num 13.* Antonell. *de Regim. Eccleſ lib 5. cap 18. § 2 num 19.* Panimoll. *deciſ 1. adnot 9. num 14.*, & plures reſolvit Sac. Congr. Rituum ut refert Barboſ. *in ſum Apoſtolic. deciſ Collect 91 num 38.* Pignatell. *conſult. 52. num. 3. & ſeq. tom 3.* & præſertim

ſertum in *Transſlat. Cavor. 14. Aug. 1618*
2 quodque etiam ſub ſola Cruce ejuſdem Collegiatæ ante feretrum deferenda, qui hæc quoque prærogativa ratione præeminentiæ dignori tribuenda eſt. Abb. in *cap. 1. ſub num. 7. et in prad.* Ventrigl. *de Jurisdict. Epiſ. cap. 17. num. 8.* Mattheucc. *de Off. lib. 111. Eccleſ. cap. 20. num. 9.* Rot. *in Trojana delationis Crucis ſuper bono Jur. 10. Decembris 1718. §. Neque bonum per me Reverendiſs. D. mei Aldrovando.* Et jure quidem, meritoque, quia ſimplex
3 aſſociatio per viam in funeribus eſt actus indifferens, non conſtituens eſſentiam funeris, & in qua Parochus nullam exercet Juriſdictionem ſupra Cadaver, ſed illud aſſociare dicitur una cum aliis, ut probat Barboſ. *de Offic. & Poteſt. Paroch. cap. 9. num.* cum aliis allegatis in præcedentibus Deciſionibus, in Prima nempe *§. Ratio*, & in Secunda *§. Tradidit*, *& §. Quoniam.*

Nec obeſſe poteſt, quod aſſociatio ſit inſeparabiliter connexa cum primis, & ultimis
4 actibus perficientibus funus, ad tradita per Pignatell. *Conſult. 47. num. 1. tom. 7.* Card. de Luc. *de Regular. diſc. 3. ſub num. 53.*, qui actus dubio procul ſunt Parochiales, cum in illis Parochus proprium munus exerceat, ut iſti benedicere Cadaver, illudque domo levare, deſignare viam per
5 quam Proceſſio ducenda ſit, & illam dirigere ab initio uſque ad finem. Antiphonas, & Pſalmos intonare, aliaque his ſimilia peragere uſque ad Cadaveris tumulationem Barboſ. *de Paroch. cap. 26. num. 74.* Lezzan. *in Sum. Regular. verb. Defunctus num. 4.* Novar. *in Lucerna Regular. verb. Defunctus Num. 4.* Pammoll. *diſſ. 1. adnot. 1. num. 7.* ideoque adipſum dicendum ſit de aſſociatione, maxime quia in ea ſolus Parochus Eccleſiæ S. Jacobi deferet Stolam, quæ eſt ſignum Parochialis
6 Juriſdictionis Pignatell. *Conſult. 73. num. 21. tom. 8.* Gratian. *diſc. foren. cap. 198. num. 5.* Rot. *in Zarat. dic. 45. num. 40.*

Nam connexio actus Proceſſionis cum actibus Parochialibus non operatur, quod Proceſſio ipſa ejuſdem ſit naturæ & qualitatis Parochialis, quando ex ipſa ab illis diſtinguntur, licet improprie etiam pro uno actu ad aliquem effectum uſurpetur a Pignatell., & Card. de Luc. *loc. ſupra cit.* Paſſim quippe celebrantur funera abſque ullo ſolemni ingreſſu, non tamen ſine Pſalmis, Antiphonis, ceteriſque functionibus Parochialibus, in quibus ſubſtantiam funeris quo fit, ut aſſociatio ſit actus ſimpliciter indifferens, & per con-
7 ſequens in ea, & in elevatione Crucis ante Cadaver debeatur Capitulo S. Mariæ tamquam digniori præcedentia, non attento, quod Parochus indutus ſit Stola, cum illa ad Parochum in funere pertineat quidem in ſignum Juriſdictionis relative ad actus Juriſdictionales, & Parochiales, quos ſupra Cadaver exercet, at non etiam reſpectu Proceſſionis, aliorumque actuum indifferentium, in quibus ipſius Stolæ uſus remanet quoque actus indifferens, nullam denotans Juriſdictionem, ut monent Barboſ. *de Offic. & Poteſt. Paroch. cap. 9. num. 11.* Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 18.* Lavor. *variar. Conſult. tit. 3. cap. 3. num. 217.* Rot. *in Saguntina. aggregationis 13. Jan. 1702. §. atque hinc cor. Rño Cerchia*, exemplo Proceſſionum SS. Corporis Chriſti, in qua certe Parochi nullam exercent Juriſdictionem, & tamen illam deferunt, ut ſcilicet diſcernantur a ſimplicibus Presbyteris. Sic etiam non prohibetur Parocho ingredi cum Stola in Eccleſiam tumulantem Regularium, licet in ea ſupra Cadaver fun
8 Parochum nullum officium peragere poſſit. Pignatell. *Conſult. Canon. 47. num. 45. tom. 3.*

His accedit immemorabilis Obſervantia, in qua reperitur Capitulum Eccleſiæ S. Mariæ Præcedendi in Proceſſionibus funerum Parochianorum Eccleſiæ S. Jacobi ejus Rectorem ſeu Parochum, & propriam Crucem dumtaxat ante feretrum elevandi, ut refert Card. de Luc. *de Præeminent. diſc. 42.*, & deponunt tum decem, & ſeptem Teſtes cum requiſitis *Gloſſ. in cap. 1. de Conſuetud. in 6.* anno 1635., & 1687 ſeparatim examinati, tum Equites Hieroſolymitani Eccleſiæ S. Sepulchri, tum Seniores, & Nobiles oppidi Bu... in numero bis centum & ultra; tum demum ipſius oppidi Magiſtratus, & Clerus atque deſiniunt etiam antiquæ Sententiæ annis 1610. & 1686. hac in re latæ favore dictæ Eccleſiæ S. Mariæ. Obſervantia autem iſta, non ſolum attendenda eſt, ut declarat jus præcedendi, ut ſupra competentis dictæ Eccleſiæ S. Mariæ, ſed tamquam eidem tribuens facultatem
9 allegandi quemcumque titulum de mundo meliorem pro hac prærogativa tuenda Probat. *dict. §. Immemorab. quæſt. 3. art. ... num. 102.* Gratian. *diſcept. Foren. cap. 578. num. 11. & ſeq.* Rot. in. *Emer. Jun. deciſ. 1158. num. ... & in Trojana Delationis Crucis ſuper bono Jure 10. Decembris 1709. cor. Rño D. meo Aldrovando.*

Neque immemorabilem hanc Conſuetudinem eludunt retractationes quatuor ex relatis Teſtibus, aut depoſitiones aliorum quinque Teſtium ab Eccleſia S. Jacobi adductorum, quoniam illis omnibus prævalent alii Teſtes numero majores, ac qualitate præſtantiores, qui in ſuo dicto conſtantes fuerunt. Nam ommittendo etiam, quod prædictæ depoſitiones quinque Teſtium extractæ appareant ex ſumpto cujuſdam Proceſſus Criminalis, in quo citata non
10 fuit Eccleſia S. Mariæ, nec percutiunt caſum præſentis quæſtionis, cum loquuntur

tur de funeribus ſimpliciter Defunctorum in Parochiali Eccleſia S. Jacobi, non ex primendo circumſtantiam, an videlicet ad illa aſſociandà invitatum fuerit Capitulum Eccleſiæ S. Mariæ, & ideo nullà de illa ratio habenda eſt, ut recte advertunt prætentæ Deciſiones, ad quas Domini in ſel quas remiſſive ſe habuerunt.

Et ita utraque &c. videntibus omnibus Dominis.

R. P. D. CRISPOLTO.

SPOLETANA PARAMENTORUM SUPER MANUTENTIONE.

Lunæ 22. Junii 1722.

ARGUMENTUM.

Agitur de manutentione quoad uſum Sac. Utenſilium, ſpectantium ad Eccleſiam Cathedralem.

SUMMARIUM.

1 Bonum jus Canonizatum, abſorbet poſſeſſorium, ac unice eſt attendendum.
2 Maxime ubi inter ſe ſunt connexa.
3 Manutentio non eſt deneganda, ubi probetur Poſſeſſio cum aſſiſtentia etiam boni Juris.
4 Cum Capella Palatii Epiſcopalis, quoad uſum Utenſilium habeatur pro membro Eccleſiæ Cathedralis, poſſeſſio, & bonum jus quoad dictum uſum in Eccleſia ſufficit ad obtinendam manutentionem quoad Capellam.

DECISIO L.

IN Judicio exequutionis Brevis de non extrahendis Veſtibus, & ornamentis ſacris ab Eccleſia Cathedrali Spoleti, ejuſque Sacriſtia introducto coram A. C. ad Inſtantiam Capituli dictæ Eccleſiæ contra Reverendiſſimum Epiſcopum, fuit pro parte iſtius petita Manutentio in quaſi poſſeſſione liberi uſus dictorum Veſtium, & Paramentorum tam intra, quam extra dictam Eccleſiam, & Judex Cauſæ eodem tempore contexto, quo tulit ſententiam pro exequatione dicti Brevis, decrevit Manutentionem ab Epiſcopo expetitam. Cum autem ad recurſum Partium, Signatura ſignaverit duplicem Commiſſionem ſuſpenſivam quoad ſententiam exequutionis Brevis cum clauſula = *Partes Brevi coram Rota* = & quoad Mandatum de manutenendo cum clauſula = *Alteri* = & utraque Mihi directa; hinc contemporanee ad Dubium, reſpiciens Brevis Exequutionem, propoſui Dominis alterum ſuper Manutentione, quod fuit reſolutum = *NEGATIVE* = juxta modum inferius explicandum.

Motivum hujus reſolutionis ſtetit in eo, quod Poſſeſſio allegata per Epiſcopum quoad uſum Veſtium, & Supellectilium extra Eccleſiam Cathedralem eſſet turbada, vel ratione probationum illam non ſatis concludentium, vel uti referibilis ad meram facultatem, unde non ſuffragaretur eidem Epiſcopo ad obtinendam Manutentionem adverſus Jus Capituli, quod utpote
1 te Canonizatum in contemporanea Deciſione ſuper exequutione Brevis cum ſit aptum abſorbere prætenſam poſſeſſionem contrariam, unice attendendum eſt, nedum ad evitandos circuitus per *Text. in cap. 1 cum dilectus de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Gonzal. ibidem num. 1. Menoch. *de retinen. remed. 3. n. 790* Rota *coram Ratto decif. 78. num. 2. lib. 1.* in *Januen. Jugalium ſuper manutentione 4. Februarii 1705. § Final. coram bon. mem. Muto, & in Bertinorien. Manutentionis 30. Junii 1719. § fin. coram bon. mem. Moynsnn.*, verum etiam ob
2 connexionem in præſentibus circumſtantiis inter illud & Poſſeſſionem. Rota *in Wladislavien. ſeu Gedanen. Parochialitatis ſuper manut. 30. Junii 1719. coram R. P. D. meo Falcona.*

Ex adverſo autem nulla ſuberat difficultas reſpectu quaſi poſſeſſionis Epiſcopi utendi dictis Supellectilibus in exercendis Pontificalibus in dicta Eccleſia Cathedrali;
3 ideo ad tramites hujus Poſſeſſionis, juncta præſertim aſſiſtentia boni juris, non poterat ei manutentio denegari *§ Retinendæ Inſtit. de interdict.* Poſth. *de manut. obſerv.*

obſerv. 73. num. 46. Rota *in Tusana Præeminentiarum ſuper manutentione quoad reſervata 3. Julii 1715. § final. coram R. P. D. meo Cervo, & in Romana Praelatæ ſuper manutentione 7. Junii 1710. coram R. P. D. meo de Gamaches*, & hæc Manutentio extenſa fuit ad uſum pro Pontificalibus in Capella Palatii Epiſcopalis, ſive quia etiam quoad illum probaretur poſſeſſio, ſive
6 quia cum Capella Palatii, quoad præſentem effectum habeatur pro membro Eccleſiæ, ut in Deciſione ſuper exequutione Brevis § *final.*, hinc poſſeſſio, & bonum Jus quoad uſum Supellectilium in Eccleſia ſuffiiat ad obtinendam manutentionem quoad Capellam. Paſth. *de manut. obſerv 73. num. 77. & ſeqq.* Rota *coram Cavaler. deciſ 642. num. 10. & ſeqq. in rec. deciſ. 470. num. 36 par. 19*

Et ita conſentaneè ad modum præſcriptum reſpectu alter. ui Dubii ſuper exequutione Brevis utinque &c.

CORAM EODEM.

SPOLETANA PARAMENTORUM SUPER EXEQUUTIONE BREVIS.

Veneris 14. Maii 1723.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus uti poteſt Sacris Utenſilibus Eccleſiæ Cathedralis in explendis functionibus Pontificalibus, tam intra illam, quam in Capella proprii Palatii, prout in Celebranda Miſſa privata in Cathedrali; ſecus vero in Capella privata ſui Palatii.

SUMMARIUM.

1 Breve Pontificum aliquid vetans ſub verbis generalibus & ampliis, comprehendit etiam Epiſcopos, licet nominatim non expreſſos.
2 Epiſcopo non licet deferre extra Cathedralem Sacras Supellectiles ad proprium uſum.
3 Neque ei ſuffragatur longæva poſſeſſio non probata aut referibilis ad merum conniventiam.
4 Ad effectum redarguendi Breve Apoſtolicum de ſubreptione, vel defectu intentionis conſtare debet de jure certo, & ſtabili.
5 Canonici Cathedralis, non obſtante Brevi prohibitivo, uti poſſunt Sacris Utenſilibus propriæ Eccleſiæ, ſi tenentur explere functiones in aliis Eccleſiis ex obligatione inhærente Capitulo.
6 Quod dici nequit de Epiſcopo voluntarie divertente ad peragenda Pontificalia in aliis Eccleſiis.
7 Epiſcopo tamen uſus competit Supellectilium Cathedralis, ſi privatim etiam celebret in eadem Eccleſia.
8 Uſus Sacrorum Utenſilium privative ſpectat ad Capitulum, quod ergo nequit ad admittendos ad illam extraneos.
9 Intellige, ſi agatur de Utenſilibus comparatis impenſis Capituli; ſecus vero ſi aut ex Fidelium oblationibus, aut ex dono aliorum Prælatorum.
10 Epiſcopus, & Canonici faciunt unum Corpus.
11 Epiſcopo permittitur translatio Sacrorum Utenſilium Cathedralis ad Capellam proprii Palatii ad effectum ibi Celebrandi Functiones Pontificales.
12 Capella Palatii Epiſcopalis cenſenda eſt quaſi pars Eccleſiæ Cathedralis.
13 Ad prædictum effectum non officit diſtantia Palatii Epiſcopalis ab Eccleſia Cathedrali.
14 In functionibus Pontificalibus Epiſcopus repræſentat dignitatem Epiſcopalem, in privatis vero functionibus Cenſetur jure privati.
15 Limitata Cauſa, limitatum producit Effectum.

DE-

DECISIO LI.

NON intare Arbitrium pro retardatione argenteum Breve de non extrahendo a Cathedrali Eccleſia Spoleti, ejuſque Sacriſtia Supellectilibus, & vaſis Sacris, concessi illius Capitulo, & Canonicis a San. Mem. Clemente XI, deciſum fuit die 20 Junii anni proxime præteriti coram Me adverſus Reverendiſſimum Epiſcopum prætendentem, ſe non comprehendi ſub diſpoſitione dicti Brevis, cum eo tamen moderamine, = *quod liceat dicto Reverendiſſimo Epiſcopo ad Supellectilibus Eccleſiæ Cathedralis occaſione habendi functiones Pontificales tam intra illam, quam in Capella Palatii Epiſcopalis*; ET IN HOC SENSU HODIE STETERUNT DD. IN PROPOSITIONE DUBII SUPER PERSISTENTIA, VEL RECESSU A DECISIS, = alia addita declaratione, = QUOD NON INTELLIGERETUR PROHIBITUS USUS DICTORUM SUPELLECTILIUM EPISCOPO VOLENTI MISSAM PRIVATAM CELEBRARE IN CATHEDRALI, SECUS VERO IN CAPELLA PALATII EPISCOPALIS. =

Et pro eo, quod pertinet ad comprehenſionem Epiſcopi ſub diſpoſitione Brevis, illi perſpicua dedocebatur, tam ex verbis in eo appoſitis, quæ ſunt adeo generalia,
1 & ampla, ut includant Perſonas in Epiſcopali dignitate conſtitutas, licet nominatim non expreſſis, tum ex cauſa finali ejuſdem Brevis conveniente æque Epiſcopo, ac aliis Perſonis, ut probat Deciſio, quæ revidetur § *hic fuit*, *cum ſeqq*.

Eoque fortius, quia nullibi jure cautum fuiſ-
2 ſe apparebat Epiſcopo licere deferre extra Cathedralem ſupellectilia ſacras ad proprium uſum; quinimo in oppoſitum allegabantur plures reſolutiones ibi aperte divagantes, nimirum Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium in *Toleten. relata per Nicol. van Eſtende pars. 2. lib. 1. tit. 26. de offic. Sacriſt. ſub num. 5., in Savonen. 31 Martii 1579., in Fundana 4. Maii 1646, & Congregationis particularis in Cajeten. 15. Martii 1708, & in Albana 19. Septembris 1710*. Unde conſequebatur, ut ipſum afficeret ejuſdem Brevis prohibitio, cui majus jus ſuper dictis Supellectilibus non competeret, quam haberent Canonici, & alii de Capitulo, ad vulgatum *Text. in l. Illud ff. ad. leg. Aquil., leg. Illud C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Gratianus. *18 cap. quæſtione 5. num. 3. verſ. ſed reſpondendum dicit rei permut. Rot. coram Ratoſiſ. deciſ. 181 num 9.*

Nec Epiſcopo ſuffragari viſum eſt præſidium
3 dimotorii Poſſeſſorii Juris retinendi Supellectilibus extra Cathedralem, cum hujuſmodi poſſeſſionis concludens probatio non

adminicetur, & præterea tamquam reſeribilis ad magnam contraventionem Capituli in ea facultatem, nullum præſtare valet titulum Poſſeſſori, ut in Deciſione, quæ revidetur § *Longe minus*, & *in Tiburtina ornatus Capellæ 6. Martii mox ſuperioris § ſincl. coram Reverendiſſimo D. meo Decano*; præ-
4 ſertim ad effectum refragnendi Breve de ſubreptione, vel defectu intentionis, pro quo conſtare debet de jure certo, & ſolidi juxta Doctrinam Felini *in cap. ſin. in fin. ſub num. 17 verſ. ſeptimum Cardinalium de reſcript. Rot. coram Merlin. deciſ. 243. num. 15. verſ. & de jure incerto, inter alias in Romana prætenſæ renunciationis 6. Junii 1715 § 43. coram bo. mem. Anſaldo*.

Facile identidem fuit reſpondere argumento noviſſime pro parte Epiſcopi propoſito, quod ſcilicet quemadmodum Breve non impediebat Canonicos, quin transferrent Sacras Supellectiles a Cathedrali ad Eccleſiam Sancti Pontiani, & ad alias, occaſione peragendi in iis certas functiones per anni curſum fieri conſuetas, ita nec illi obſtare deberet, quominus eiſdem uteretur, ubi occaſio ferret, ut in aliqua alia Eccleſia Pontificalia haberentur. Cum enim Canonici teneantur ejuſmodi functiones obire ex obligatione inhærente Ca-
5 pitulo, & in ſervitium ipſius Cathedralis, eodem jure cenſendi ſunt, quo conſerentur, ſi illæ fierent in ipſamet Eccleſia, ne cadant ſub dicta Brevis cenſura; quod non poteſt dici de Epiſcopo volun-
6 tarie directante ad peragenda Pontificalia in aliis Eccleſiis Civitatis, qui proinde a Brevis diſpoſitione aliorum exemplo ſe eximere nequit argumento *Text. in cap. cum in de Cleric. non reſid. in 6 cap. de cætero, ubi Gonzal. num. 7 eodem tit. Barboſ. in Conc. Trident. ſeſſion. 24. cap. 12. de reformat. num. 80 & ſeqq., & de Canon. & Dignit. cap. 4 num. 24 & ſeqq.* Monet. *de diſtribut. parte 2 quæſt. 8 num. 3, & ſeqq.* Squillant. *de obl. Cler. part. 2. num. 180 & ſeqq.*

Ex hujuſmodi autem factum teſtatumque manabat Epiſ-
7 copo jus utendi Sacris Supellectilibus in Cathedrali: at quia in præcedenti Deciſione actum fuerat de Pontificalibus tantum, hinc opportunum Domini duxerunt in præſenti declarare, quod per id non intelligatur Epiſcopo volenti in eadem Eccleſia Sacrum privatim facere ablatus uſus dictarum Supellectilium, ne alias ipſe deterioris conditionis quovis alio Canonico, vel Presbytero, qui cæteris omnibus dignitate, & honore antecellit contra *Text. in cap. Statuimus de majorit. & obed.* Dec. *in cap. Nobiles num. 11. de Appellation.* Rot. *coram Seraphin. deciſ. 1445.*

num. 3. & in Cracovien. Praecedentiae 15. Februarii 1715. §. Pro conſtanti, coram Reverendiſſimo D. Cardinali Scotto.

Non ſubſiſtente, quod uſus Sacrarum Veſtium, & indumentorum ſpectet privative
8 ad Capitulum, quod proinde non nequeat admittere ad illius participationem perſonas extraneas accedentes ad Cathedralem pro celebrando Sacrificio Miſſe, ex Barboſ. *de Offic. & poteſt. Parocb. part. prima cap. 11. num 51 Amoſtaz. de cauſ. Piis lib. 5. cap. 3. ſub numer. 46.* Quia cum
9 eaedem Sacrae Veſtes non fuerint comparatae impenſis Capituli, ſed ex Fidelium oblationibus ſiſtas ſcom Sanctiſſimae Virginis vel ex donis ſuorum Praelatorum, non licet Capitulo ſibi attribuere earum uſum privativum, ne nimis contrahatur ſimul Cultus Divini, quem devotio, ac Pietas Fidelium in animo ſuo augere, ex notitia per Bartol. in *Leg. Titia 40. §. fin. num. 1. & a ff. de aur. & argent. Leg. Dec. la cap. 1 x parte num. 2. & 3. de Conſtitut* Menoch. *de praeſumpt. lib. 4. praeſump. 206. num 33.*, et praeterea admitti minime poterat, quod ad effectum, de quo agitur, ſub nomine Capituli includerentur Canonici excluſo Epiſcopo, quando ex
10 plicatum eſt Epiſcopum & Canonicos facere idem Corpus, & unum Capitulum *Cap. novit, & ibi Glossa de his, qua fiunt a Praelat.* Granaſuet *in ſupra Antecedentes ſub num. 6. de praeſcript.* Paſqualig. *de Sacrif. nov. leg. tom. 1. quaeſt. 1213. num. 2.* Rot. in *Placentina Cathedraticis impreſſ. apud* Monarelli *ſtam. leg. tom. 4. deciſ. 11. num 17.*

Quo vero ad facultatem ab Epiſcopo praetenſam
11 extrahendi Sacram Supellectilem ab Eccleſia Cathedrali, & ejus Sacriſtia, illiſque tranſportandi ad Capellam palatii Epiſcopalis, ad effectum ibi celebrandi tam Pontificales functiones, quam privatas, Domini approbarunt praecedentem Reſolutionem qua permittitur Epiſcopo hujuſmodi tranſportatio pro exercendis
12 ſolis functionibus Pontificalibus ex ratione, quia Capella in Palatio conceſſa Epiſcopo gratia majoris commoditatis, cenſenda ſit quaſi pars, aut membrum Eccleſiae Cathedralis, itaut Epiſcopus ibi exercent Pontificalia perinde habeatur, ac ſi illa exerceret in ipſa Cathedrali, ut ſtatuitur Deciſio, quae ſe videtur §. fin.

Abſque eo quod obeſſe valuerit magna for-
13 re 400. paſſuum diſtantia, qua Palatium diſſitum eſt a Cathedrali, impediens, ne Capella in illo exiſtens eſſet pars dicenda. Nam quidquid ſit ad alios effectus, in quibus major, vel minor diſtantia poteſt eſſe conſiderabilis pro inducenda connexione, vel ſeparatione Palatii Epiſcopalis a Cathedrali, in praeſenti materia ſatis eſſe videbatur, quod Capella Palatii eſſet deſtinata ad faciendas hujuſmodi functiones pro majori Epiſcopi commoditate, & licet remota ab Eccleſia pro connexa reputari deberet ad *Text. in leg. Praedus 89. §. Titia Sejana cum ſeqq. ff. de legat. 3. ubi* Bart. Rocc. *diſp. jur. cap. 35. num. 18. & ſeqq.* Rot. *deciſ. 295. num. 3. part. 14. recent.* Unde Congregatio Particularis in citato *Albon.* conceſſit Epiſcopo uſum Supellectilium Cathedralis pro habendis Pontificalibus in Capella, etſi Palatium diſtaret a Cathedrali paſſus 400.

Inſtabitur vero pro parte Reverendiſſimi Epiſcopi ſubſumebatur, quod ei permiſſus uſus Supellectilium pro Pontificalibus, tam in Cathedrali, quam in Capella, ex quo haec cenſenda ſit illius pars, & membrum; ob identitatem rationis idem uſus pro privata celebratione intus Cathedralem illi competens, extendendus eſſet ad Capellam. Obſtat enim, & plana differentia rationis ſtat in eo, quod in functionibus
14 Pontificalibus Epiſcopus repraeſentat dignitatem Epiſcopalem, & ideo ſive illas peragit in Cathedrali, ſive in Capella, debet habere uſum Supellectilium Cathedralis, & pro hujuſmodi effectu Capella dicitur pars ejuſdem Cathedralis, in privatis vero functionibus Epiſcopus cenſetur jure privati, itaut ei non concedantur, quae Pontificaliter celebranti conveniunt, ex notatis per Barboſ. *de Canon. cap. 34. numer. 2. & duobus ſeqq.* Paſqualig. *de Sacrif. nov. leg. tom. 1. quaeſt. 1110. num. 4.* Quapropter uſus Supellectilium pro privata celebratione, & in Cathedrali competens, ne ſit deterioris conditione Canonicis, non poteſt produci ad Capellam, quae illi uti privato non permittitur. Li-
15 mitata namque cauſa, limitatum producit effectum *Leg. 12. Agiis ff. de acquir. rer. Dom.* Rot. *coram Emerix jun. deciſ. 381. num. 6.*

Et hoc modo Domini *STETERUNT IN DECISIS*, utraque &c.

EADEM CORAM EODEM
SUPER MANUTENTIONE.

Veneris 14. Maii 1723.

DECISIO LII.

Sicuti Domini contemporaneo Dubio *Sup. executione Brevis* reſponderunt = *STANDUM ESSE IN DECISIS JUXTA MODUM* = quod nempe Reverendiſſimus Epiſcopus Spoletanus comprahenderetur ſub prohibitione iniuncta per Breve San Mem Clementis XI de non extrahendis Sacris Veſtibus & ornamentis e Sacriſtia, & Eccleſia Cathedrali ejuſdem Civitatis, quodque donnaret ei liceret eadem Veſtibus uti pro Pontificalibus peragendis tam in ipſa Cathedrali, quam in Capella Palatii Epiſcopalis tantum, nec non pro privata celebratione in ſola Cathedrali; ita = *JUXTA HUNC IPSUM MODUM DIXERUNT STANDUM ESSE IN DECISIS* = quoad Dubium *Manutentionis*. Hæc enim regulanda eſt ad tramites Boni juris, ut alias dictum fuit in *Caſſanen. Præcedentiæ ſuper manutentione 27 Januarii 1713 ſub princip. coram Eminentiſſimo Scotto*, & in præcedenti Deciſione 22. Junii proxime præteriti in hac cauſa à Me extenſa, ad quam relative ſe habuerunt.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ALDROVANDO DECANO.
ROMANA SUPPLEMENTI, ET APPLICATIONIS.

Lunæ 11. Junii 1731.

ARGUMENTUM.

Late examinatur quæſtio, an diminutis ex facto Principis redditibus Locorum Montium in Opus pium ab Hærede aſſignatorum ad parendum voluntati defuncti, locum habeant Privilegia Rev. Fabricæ in promovendo ſupplementum redditum, & conſecutivam applicationem totius Summæ conſtatæ ab importantia decrementi, quod ſubjerint annui Fructus Capitalium in pium Opus aſſignatorum. Plene etiam diſcutitur, an deducto per Teſtatorem in obligationem Fundo apto ad producendum certum annuum redditum, Hæres ad perpetuam Annui redditus manutentionem teneatur, ſin potius decrementum Aſſignatarii cedat in comodo Magiſtralis, & profunda Deciſio.

SUMMARIUM.

1 Aſſignato ſemel per hæredem Fundo favore Operis Pii, cujus Fundi redditus reſpondeant quantitati a Teſtatore præſcriptæ, ſi deinde facto Principis citra hæredis culpam annui fructus decreſcant, Jus non habet Rev. Fabrica promovendi ſupplementum redditum, eut applicationem ſummæ conſtatæ ex decremento.

2 Non obſtat, Capitalium aſſignationem factam fuiſſe ab hærede poſt lapſum temporis a Teſtatore præſcripti.

3 Neque etenim Rev. Fabricæ ſit eſt promovere Jura intereſſe habentium poſt

ipſo-

ipſorum acceptationem, & acquieſcentiam.

4 Hæres recte adigitur ad perpetuam manutentionem redditus Fundi Legati, ſi certus redditus fuiſſet primario in obligationem deductus.

5 Hoc namque caſu Fundorum deſignatio conſeretur adjecta demonſtrative, non taxative ad limitandam Legati præſtationem.

6 Contrarium procedit, ſi in obligationem primario deductus fuerit Fundus aptus ad certum redditum producendum, adeo que annuus redditus enunciatus ſit in obliquo.

7 Facta hinc per hæredem certi Capitalis aſſignatione annuum debitum redditum tunc producentis, ceſſat ipſius obligatio ad perpetuam eorumdem redditicum manutentionem.

8 Ampla, ſi optionem hæredi Teſtator dederit vel Annuam Pecuniam Legitam tradendi, vel Fundum certi annui redditus productionis aptum. & num. 13. & 14.

9 Hine propterea quo per hæredem electo modo, ſi citra ſui culpam Fundus factus fuerit deterior, compelli non poteſt ad executionem alterius modi alternative per Teſtatorem demandati. & num. 17.

10 Liberatio Hæredis ab omni alia obligatione, quæ ab ipſo Teſtatore præſcripta fuerat pro ejus facto proprio, infuat etiam quoad factum hæredis ſubingredientis in executionem diſpoſitionis defuncti.

11 Ex quibus Annuæ quantitatis expreſſio dici debeat facta a Teſtatore non animo gravandi hæredem ad perpetuam manutentionem, ſed ſolum relative ad Fundum ab ipſo hærede conſtituendum?

12 Prout incrementum fructuum Capitale aſſignati, Legatarii beneficio ceſſiſſet; ita detrimento in ejus cedere debet incomodum.

15 Explicantur contraria.

16 Piæ cauſæ favor convaleſcit extrinſecum defectum ſolemnitatum, non voluntatis.

18 Ex quibus non ad metam reverentialem, ſed ad cognitum proprii Juris defectum referri debeat acquieſcentia?

DECISIO LIII.

CUM R. P. D. Cinccio Judici Tribunalis Rev. Fabricæ Sancti Petri placuerit exquirere Votum noſtri Sacri Auditorii in Controverſia coram ipſo iuſtructa ad Inſtantiam Rev. Fabricæ, ſuorum Privilegiorum vigore contendentis urgeri D. Principem Burgheſium ad ſupplendam Dotem quarumdam Piarum diſpoſitionum a clar. mem. Cardinali Scipione Burgheſio ejus Authore inſtitutarum, & conſecutive etiam adſpirantis ad competendum applicationis totius ſummæ conflatæ ab importantia diminutionis, quam paſſi fuerunt annui fructus capitalium in eorumdem Piarum diſpoſitionum Dotem ſuccinſſiva collitorum, cumque ego ab hujuſmodi Voto Rotali fuerim a Partibus requiſitus, hinc in hodierna Audientia acrogatum DD. mihi propoſito Dubium = *An ſit locus ſupplemento, & reſpective applicationi*, & a quo tempore = quod ab ipſis una mecum decretum in hujuſmodi Cauſa ſoli agentibus reſolutum fuit = *NEGATIVE IN OMNIBUS*.

Exponendo igitur præmiſſam tenorem Teſtamentariæ diſpoſitionis a prædicto Cardinali Scipione Burgheſio conditæ, conſtitit, ipſum in celebri Capella Familiæ Burgheſiæ ad Sanctam Mariam Majorem quatuor erexiſſe Capellanias ad ſuorum Hæredum nutum amovibiles cum onere cuilibet ex ipſis injuncto trium Miſſarum pro qualibet Hebdomada in perpetuum. Circa quarum Dotes ita diſpoſuit = *La Dote di ciaſcun Cappellano ſia di ſeſſanta ſcudi di moneta ogn' anno per ciaſcun* Cappellano, *& il mio Erede ſia tenuto in termine di un meſe, dal dì della mia morte di avvisare, dotare, o proviſſimmo li detti quattro* Cappellani = Addito præterea = Che *li detti quattro* Cappellani, *ſe li averò dotati in vita mia, non ſia più obligato dotarli il mio Erede, o Succeſſori*.

Prout etiam idem Cardinalis bina inſtituit Anniverſaria perpetuo in propriæ Animæ Suffragium celebranda, alterum in celebri Sacello S. Mariæ Majoris ab ejuſdem Baſilicæ Canonicis, quibus juſſit = *Che per questo Anniverſario ſi diano ogn' anno dal mio Erede, e ſuoi Succeſſori la ſomma ſcudi di moneta* [illegible], *e vero tanti luoghi de' Monti non vacabili della Camera Apostolica, che fruttino detta ſomma* = Alterum vero in Sacroſancta Baſilica Vaticana, cujus ipſe fuerat Archipresbyter (circa quod nulla hodie contingit controverſia, cum ejus capitale jam fuerit pro unica vice per Hæredem in pecunia numerata perſolutum, juxta Teſtatoris voluntatem in hac parte declaratam), quorum pariter reſpectu idem Teſtator ita complexive diſpoſuit = *Li quali due Anniverſarii cioè, di Santa Maria Maggiore, e di S. Pietro, ſe li averò dotati in vita mia, non ſia tenuto ſodisfar, o dotarli il mio Erede, e ſuoi Succeſſori*.

Cum itaque Princeps Marcus Antonius Burgheſius ſenior, primus prædicti Cardinalis Scipionis hæres pias hujuſmodi diſpoſitiones opportune executioni demandaverit, prævia aſſignatione ſub anno 1643 in cauſam prædicti Anniverſarii favore

Capi

Capituli S. Mariæ Majoris facta de dandorum locis Montis Novennalis, tunc appoſite reddentibus præſcriptum fructum annuorum ſc. 60.; indeque alia aſſignatione ſubſequenti anno 1644. prædictis quatuor Capellanis facta de aliis locis 53. ejuſdem Montis Novennalis, tunc pariter indebite reddentibus annuos ſcuta 240, quæ diſtributa in eoſdem quatuor Capellanos, ſuppoſito unicuique ex ipſis reddebant annuum præſcriptum proventum ſcutorum 60.; conſequens eſt, quod licet ſucceſſive hujuſmodi jam legitimè facta aſſignamenta diminutionem paſſa fuerint ex cauſa ſubſequutæ reductionis fructuum Locorum Montium, ſub prædictis aſſignamentis comprehenſorum, cum tamen hujuſmodi diminutiones contigerint ex mero facto Principis, & citra ullam prorſus culpam, ſeu cauſam ipſis præſtitam ab Hærede, quem nagari atique nequit eadem aſſignamenta explaviſſe in ſolidionibus, ac talibus ſpeciebus Capitalium, quæ in hac mitteri exuptau potuiſſent, hinc conſtat ex hit de congrua, & indeque legitima executione prædictis Pii diſpoſitionibus per Cardinalis hæredem tradita, eo ipſo ceſſat quodcumque Jus per Rev. Fabricam in eorum Jura ſubingredientem allegabile ad effectum promovendi ſupplementum redditorum diminutionem paſſorum, & conſecutivum applicationem totius ſummæ conflatæ ab importantis decrementi, quod ſubierint tantum fructus Capitalium in eamumdem Piarum diſpoſitionum Dotem collatorum, ut appoſite tradunt Gratian. *diſcept. 310. num. 20. & ſeqq. & cap. 906. num. 14. & ſeqq.*, ibique etiam Carol. Anton. de Luca num. 7. Gennen *in pract. eccleſ. quæſt. 480. num. 2.* Surd. *de Aliment. tit. 7. quæſt. 33. num. 10. & ſeqq. & quæſt. 34. per tot.* Card. de Luc. *de donat. diſc. 52. num. 6. & ſeqq.* bene item Anſald. *de Commerc. diſc. 71. num. 26.* Rota *deciſ. 11. per tot. ſub tit. de teſtam. in antiq. deciſ. 483. num. 14. part. 3. Recen. dec. 61. n. 7. & ſeqq. part. 11. dec. 433. num. 6. & ſeqq. coram Cerro, & deciſ. 583. n. 13. & ſeqq. coram clar. mem. Card. Caprara.*

Quas quidem capitalium aſſignationes nil re-
2 fert factas ab Hærede expletas decennio poſt obitum Teſtatoris, & ſic longe poſt lapſum termini a Teſtatore ad hunc effectum præſcripti, cum hæc exceptio utpote verſans circa accidentalia, nec ullatenus reſpiciens ſubſtantialia principaliter in hac materia attendenda, & ulterius uti reſpiciens intereſſe Capellanorum, & reſpectivè Canonicorum non poſſit amplius hodie in Judicium admitti, ex ore Mi-
3 niſtrorum Rev. Fabricæ, poſt ideo ſolemnem Partium intereſſe habentium acceptationem, ac tam diuturnam ipſarum acquieſcentiam, & obſervantiam, ex deductis per Gratian. *diſcept. 139. num. 37. Marefcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 97. num. 32.* Rot. *deciſ. 21. num. 9. coram R. p. m. diſt. D. meo Crisp., & deciſ. 5. num. 16. coram ſapientiſſimo Domino meo Cardinali Falconerio ſub tit. de legat.*

Parum refragatur, quod mens Cardinalis diſponentis eo videatur fuiſſe directa, ut unuſquiſque ex hiſce Capellanis perpetuo obtinere deberet ſtatum fixum, & conſtantem, ſtabilemque annuum proventum ſcut. 60., adeout proinde ipſius Hæredes cenſeri debeant obſtricti ad perpetuam ipſius manutentionem, & conſervationem.

Tunc enim procedere poſſet objectio, quan-
4 do legeretur, a Teſtatore principaliter in obligationem deductus, & in recto conſtitutus annuus proventus ſcutorum 60., quo ceſſante ſucceſſiva deſignatione Fundi, ex quo ille eſſet rettrahendus, iſtorum tamen deſignatio cenſeretur adjecta
5 demonſtrative, non autem taxative ad limitandum Legati præſtationem, juxta tentionem *Text. in l. Lucius Titius §. de Alim. & Cibar. legat. & in l. Sylvan 99. de legat.* 1. ubi communiter Scribentes.

Secus autem res ſe habet in ſubjecta hypo-
6 theſi, in qua principaliter fuit in obligationem deducta conſtitutio Dotis, ſeu Fundi ipſi ad ſubiade enunciati annui redditus productionem, & vice verſa idem annuus redditus fuit dumtaxat conſtitutus, & enunciatus in obliquo, ut patet ex diſpoſitione repetendis verbis = *La Dote di detti Cappellani ſia di ſc. ſcudi di moneta ogn' anno per ciaſcun Cappellano* = in quibus proinde terminis, ſicut Cardi-
7 nalis diſponentis hæres conſtitutioni hujuſmodi Dotis, ſeu Fundi Dotalis annuatim tantum redditum producentis jam ſatisfecit per jam legitime factam tantum capitalium ſpecie aſſignationem; ita eo ipſo reſoluta remanſit illa ulterior hæredum obligatio ad perpetuam ipſius enunciatorum annuorum redditorum manutentionem, ut in ſpecie ſtatuit *Text. in l. Firmio §. quand. dies legat. ced. & in l. Lucius §. de legat. 2. & l. Cum tertius 5. §. de Tritic. Vin. & Oleo legat. & l. Ex eo Vino §. cod. tit. & l. Legatum §. Viaum §. De ann. legat. & §. Si res, & §. Si cum tuſte tit. de legat.*, & late tradunt Menoch. *conſ. 1182. num. 14. & ſeqq.* Laur. *de Anniverſ. & Cappellan. cap. 15. num. 20.* Card. de Luca *de donat. diſc. 50. num. 6.* Rot. *deciſ. 433. num. 6. & ſeq. coram Cerro.*

Potiſſimum vero inſpectis aliis ſequentibus ver-
8 bis, per quæ idem Teſtator diſpoſuit ut = *Che il mio Erede ſia tenuto &c. di nominare, dotare, e provviſionare li detti quattro Cappellani* = addito ulterius = *Che ſe li vorrà li ducati in ta come, non ſia più obbligato a dotarli, il mio Erede e Succeſſori.*

Si igitur in Hæredis facultate reſidebat, vel prædictis quatuor Cappellanis per ipſum nominandis in pecunia præſtare annuum

enun-

annonciatam providentem, ſeu ſtipendium ſcutorum 60, vel apſis aſſignare fundum dotalem aptum ad eaſdem annuas concurrens redditus productionem, facile jam per ſe patet, quod quatenus idem Hæres amplexus fuit modum magis expeditum propter ſatisfaciendi obligationi per congrui, ac tutiſſimi, & connotatum annuum Proventum indubie reddentis Fundi dotalis aſſignationem, eo ipſo ſuis uſus fuiſſe videtur Juribus, & a quacumque ulteriori obligatione exemptus remanſit, conſentaneo ſcilicet ad juridicum effectum alternativæ facultatis per Teſtatorem hæredi indultæ plura amplectendi media in propoſito exequendi ipſius diſpoſitionem, quæ ſine facultas per unius ex propoſitis mediis ſelectionem illico remanet de Jure legitime conſumpta, & abſoluta, ita ut non obſtante quacumque ſucceſſiva eventualitate citra Hæredis culpam contingente, idem Hæres non poſſit amplius urgeri ad ulteriorem executionem alterius medii, quod licet alternative fuiſſet a Teſtatore propoſitum, ad effectum exequendi ſuam diſpoſitionem, ſucceſſive

9 tamen remanſit quolibet affectu deſtitutum, nec amplius adverſus eundem Hæredem allegabile ex Circumſtantia ſelectionis ab eodem Hærede ſuis Juribus utente jam legitime factæ de alio medio comqualiter ab initio in ejus arbitrium collatu, & pariformiter conducenti ad promovendum effectum exequendæ Teſtatoris diſpoſitionem ex deductis per Bero *conſ.* 221. *num.* 5. *lib.* 2. Cantarell. *de legat. lib.* 9. *quæſt.* 8. *num.* 2. Card. de Luc. *eod. tract. diſc.* 14. *num.* 6. Surd. *deciſ.* 318 *num.* 5. Rot. *deciſ.* 281. *num.* 8 *coram Mantu &* *deciſ.* 842. *num.* 7 *coram Merlin*

Addito ulterius, quod ſicut juxta præclare panditam Teſtatoris voluntatem, ejus Hæres remanere utique debuiſſet a quacumque ulteriori obligatione exemptus in caſu, quo idem Teſtator quatuor iſtas Capellanias dotaſſet in ejus vita, ut patet ex illis non inopportune repetendis verbis = *Li detti quattro Cappellani. ſe io li avrò dotati in vita mia, non ſia più obligato il mio Erede, a ſumeſſorù &c.* = ita alio idem effectus hæredem ab ulteriori obligatione penitus abſolvens, qui indubie contingere, ac vindicari debuiſſet in caſu, quo controverſa Loca Montium in Capellaniarum dotem fuiſſent ab ipſomet Teſtatore aſſignata, debet etiam pariformiter admitti in caſu præſenti, in quo ejus Hæres præciſe obſecundando ejus voluntati, & ulterius inhærendo facultatibus ſibi alternative ab eodem Teſtatore in hoc propoſito attributis in eaſumdem Capellaniarum fundum dotalem prædicta Loca Montium aſſignavit, cum

10 factum Hæredis quoad omnes Juris affectus haberi debeat pro facto defuncti, adeoque eadem Centura Hæredis abſolutoria ab omni alia obligatione, quæ ab ipſo Teſtatore conſtituta, ac præſcripta fuerat pro ejus facto proprio, debeat pariformiter admitti, ac ſi ſtare etiam quoad factum Hæredis in Defuncti diſpoſitionis executionem ſubingredientis ad Text. *in leg. Hæredem auſſem ff. de reg. Jur. &* *L. Si Titia cum Teſtamento ff. De condictione ff. de legat.* 2. *& ff. primo Anthon. de perſon. a merito. praſ.* Rot. *deciſ.* 97. *num.* 13. *& ſeq. coram bon. mem. Anfalda*

Retenta autem hac juridica terminorum intelligentia facile corruebat contrarium illud aſſumptum conſiſtens in eo, quod ex vi illorum verborum = *La dita ſia di ſi 60. ogn' anno per ciaſcun Cappellano* = in obligationem Hæredis deducta dici poſſit annua enunciatæ illius quantitatis manutentio, non obſtante conſtitutione Dotis jam per ipſum expleta. Quando enim,

11 prout hic, in alternativa hæredis facultate conſtitutum fuit, vel Dotare per unicum actum, vel annuatim præſtare quantitatem eidem Dotationi proportionatam, & correſpondentem, in hoc utique caſu annuæ quantitatis expreſſio facta contextualiter ad enunciationem Dotationis alternative reſidentis in Hæredis facultate, non alterat effectum, qui utique ſequi debuiſſet in caſu Dotationis per unicum actum conſumptæ, nec propterea importat obligationem ſucceſſivam manutenendi eamdem annuam expreſſam quantitatem, ſed ſatis eſt, quod ea verificetur, & concurrant ſub ipſo tempore Dotationis, cujus conſummationi per unicum actum abſolutæ jam a Diſponente ſuerant adſcriptæ Vires ſupplendi annuam apoſtemativè enunciatæ quantitatis præſtationem, cum ad gravem effectum inducendi onus perpetuæ illius manutentionis opus eſſet ſpecialem concurrere Teſtatoris proviſionem ſolliertam de perpetua etiam manutentione redditus Dotis jam ſemel aſſignatæ; Cujuſmodi tamen voluntas, ac proviſio tantum abeſt, quod allegari poſſit in caſu præſenti, ut imo oppoſitum directe deducatur ex ore, & judicio ipſius Teſtatoris, qui hæredis exemptionem a quocumque alio ulteriori onere aperte pronunciavit, ac præſcripſit in caſu Dotationis a ſe ipſo in ejus Vita expletæ, quæ proinde declaratio univoce nobis pandit, annuæ quantitatis expreſſionem non fuiſſe a Teſtatore factam animo gravandi Hæredem ad perpetuam ipſius manutentionem, nec fuiſſe ab ipſo conſideratam ratione ſui, & in ſenſu perpetuæ ipſius conſervationis, ſed ſolum relative ad Dotem, ſive a ſe ipſo, ſive ab ejus Hærede conſtituendam, cujus conſtitutio quoties ſemel legitime contigiſſet, eo ipſo reſolvi debebat quæcumque ulterior propriæ Hæreditatis obligatio, ut proſequitur

tur Rot. *dicta deciſ. 433. num. 6. & ſeqq. coram Cerr.*

Quibus, & aliis adſtipulatur prævalida ratio deſumpta ex eo, quia ſicut poſt ſemel jam ab Hærede ſuis juribus utente legitime expletam Capellaniarum Dotationem ex eiſum, ac ſolidum quod nunquam unquam potuiſſet ſpecie Capitalium, emptitium annuum fructum reddentium, cer-
12 tum eſt, quod earumdem Capellaniarum commodo ceſſiſſet omne qualecumque fructuum incrementum, quod tractu temporis per figuratam hypotheſim ex iiſdem Capitalibus ſperari potuiſſet, ita & viciſſim earum periculo cedere debet omne decrementum, quod citra ullam vel minimam Hæredis aſſignantis culpam, tractu temporis ſupervenire contigit ſuper eorumdem aſſignatorum Capitalium fructibus, juxta correſpectivitatem, quæ de jure intercedere debet inter poſſibilem alteam Lucri, & Damni, ſive Commodi, & Incommodi, ut docet *Cujac. ad §. primum in Leg. Si ſic legatum ff. de legat. primo tom. 1 Rot. deciſ. 391 num. 11, & ſeqq. coram Bro. deciſ. 151 num. 1. coram clar. mem. Card. Caprara, & in Romana Fundationis Monaſterii 30. Martii 1716. §. Id enim, coram bo. mem. Corte.*

Quemadmodum vero præmiſſa Juris fundamenta præclare juſtificant, abſolutionem D. Principis Burghesii ob amortitis per Rev. Fabricam reſpectu Fundi Dotalis, ab ejus Authore conſtituti pro aſſignamento Capellaniarum, ita & pari jure militant reſpectu alterius ſimilis Fundi Dotalis, ab eodem ejus Authore conſtituti pro aſſignamento Anniverſarii perpetui Cardinalis Sergiour inſtituti in Sacroſancta Baſilica S. Mariæ Majoris, de qua in præſenti agitur, cum in hanc pariter Cauſam idem Cardinalis diſpoſuerit = *Che ſi dicar ogn'anno del mio Erede, e ſuoi Succeſſori in infinito ſcudi di moneta 60., ò vero tanti luoghi de Monti non vacabili, che fruttino detta ſomma &c.* = Repetita ulterius etiam in ordine ad hoc Anniverſarium illa notabili expreſſione = *Che ſe li l'avrò dotato io vita mia, non ſia tenuto ſarà, è detto il mio Erede, e ſuoi Succeſſori &c.* =
13 Qua de cauſa, hoc etiam loci opportune occurrunt ſuperius expreſſa Juris fundamenta, juxta quæ, eo ipſo quod Teſtator juſſit ab ejus Hærede in hanc Cauſam alternative quolibet anno præſtari = *Scudi di moneta 60., ò vero tanti luoghi di Monti non vacabili, che fruttino detta ſomma* =, ſtatui jure optimo debet, eumdem Hæredem ſuæ obligationi adæquate jam ſatisfeciſſe per electionem ſecundi modi in ipſius ſtrenuitatem, & ſubinde exſiſtere in propoſito exequendi hanc aliam piam Teſtatoris diſpoſitionem, ut in ſpecie firmarit Rot. *deciſ. 60. par. 11 Recen. deciſ. 314. num. 8. & ſeqq. par. 19. dec. 626. Tomus Secundus.*

coram Tarla deciſ. 391 num. 12. & ſeqq. coram Bellincaſ. & deciſ. 152. num. 1. coram clar. mem. Card. Caprara

Cæterum, ad uberius juſtificandum exemptionem utriuſque ex præmemoratis diſpoſitionibus a prædicto Cardinali Hærede promotam, aliæ etiam ſe offerebat præ-
14 valida animadverſio deſumpta ex eo, quod ſicuti nullum utique ſuboriri poſſet dubium, quin Hæres dicendus eſſet propriæ obligationi adæquate, & plene ſatisfeciſſe in caſu, quo ipſe in prædictarum Capellaniarum, & reſpective Anniverſarii cauſam aſſignaſſet Capitale pecuniarium, quod ſubinde ab iiſdem Capellanis, ac reſpective Canonicis inveſtitum in capitalibus Locorum Montium, aptum extitiſſet ad producendam eam fructuum quantitatem, quæ æquare potuiſſet annuum proventum ſc. 60. pro unaquaque ex prædictis Capellaniis, & reſpective pro jam dicto Anniverſario præſtitutum, ita & pari cenſura idem admittendum videtur in caſu præſenti, in quo Hæres quodammodo præveniens factum Capellanorum, & reſpective Canonicorum, in Capellaniarum, & reſpective Anniverſarii cauſam aſſignavit illamet tutiorem ſpeciem Capitalium, nempe Locorum Montium, quæ veniſſet inter juxta univerſalem hujus Almæ Urbis conſuetudinem, exigentem in ordine ad modum conſtituendi Piarum operum fundos, prælecta præſumenter fuiſſet ab ipſis etiam Capellanis, & reſpective Canonicis, quatenus ipſi curam ſuſcipere debuiſſent inveſtiendi Capitale pecuniarium in hujuſmodi Piarum diſpoſitionum cauſam ab Hærede perſolutum, & aſſignatum, cum negari profecto nequeat, quin per in utroque caſu concurrat ratio juſtificans Hæredis exemptionem ab ulteriori obligationis nexu, adeoque admittenda etiam ſit paruformis cenſura ejuſdem Hæredis exemptionem præſcribens, juxta familiares Juris regulas, authoritate præſidii non ampliat indigentes.

Atque hinc facili opera conciliari valent fuerunt Authoritates in oppoſitum deductæ,
15 & ſignanter Deciſiones noſtri Sac. Auditorii 165 par. 4. tom. 2. Recent., & deciſ. 165 par. 9, & aliæ recentius editæ in Romana Legatorum 4. Junii 1713. coram bo. mem. Lancetta, & 26 Aprilis 1706. coram clar. m. Card. Priolo = Omnes enim iſtæ, & quotquot aliæ in oppoſitum afferri poſſunt Authoritates procedere competentæ fuerunt in terminis, in quibus Teſtator perpetuo gravare, & obſtringere ſenſerit Hæredem ad menſuram unam certi annui reddituum in quo principaliter conſiſtere fuerint Legati, ſeu alterius diſpoſitionis ſubſtantia. A quibus tamen terminis longe diſtat præſens hypotheſis, in qua Piarum diſpoſitionum ſubſtantia principaliter conſtituta reſidebat in Dote, ſeu fundo dota-

li

li apto ad patiendum annuum proventum ſcuti 60., ibi = *La Dote di detti Cappellani ſia de 60 ſcudi di moneta ogn' anno per ciaſcun Cappellano* & c., cujus proinde annuæ quantitatis expreſſio in ſubjecta ſpecie ſtare non cenſetur in obligationem principaliter, ac per ſe, ſeu ratione ſui, ſed præciſe uti percipienda ex illa Dote, ſeu fundo dotali per hæredem aſſignando, adeoque ſiruum ſemper retinet, quod ſi Dos ab hærede conſtituta, certum enunciatum proventum atque reddidit die conſtitutionis, jam hæres non amplius ad ullum tenetur ſupplementum ob ſucceſſivam ejuſdem annui proventus diminutionem, ſequutam ex facto Principis, & citra ullam vel minimam ejuſdem Hæredis culpam.

Quibus ita ſe habentibus, inſulgibiles remanebant favorabiles reſpectus, quibus Jura noſtra proſequutum Piæ cauſæ, earumque executionem. Jam enim explorati

26 juris eſt, Piæ cauſæ favorem eo ſolum pollere juridico effectu, ut in piis diſpoſitionibus ſupplere, & convalidare poſſit extrinſecum & accidentalem defectum ſolemnitatum, ſecus autem alium intrinſecum, & ſubſtantialem defectum voluntatis, qui ubi, prout hic, ſolicite ſolum extitiſſe deprehendatur de conſtitutione congrui Fundi dotalis pro Capellanis, & inſpecto vè Anniverſariis apti ad patiendum annuum redditum ſc. 60. pro quolibet ex

27 iiſdem piis diſpoſitionibus, non exigit hæredis obligationem eſſe etiam extendendam ad ſupplendas diminutiones, quæ extra ullam ejuſdem hæredis culpam poſtmodum in annuo proventu potuerint cadere jam legitime in earumdem piarum diſpoſitionum fundum dotalem aſſignata, ut notant De Reſ *conſult* 61. num. 4., & *ſeqq.* Card. de Luc. *de legat. diſc.* 14 num. 5. Eminus D. meus Card. Petra *in ejus elucubrat. Comment. ad Conſtit. Apoſt.* tom. 2. *pag.* 312 num. 16., & *pag.* 304. num. 48. Carol. Anton. de Luc. *ad Franch. dec.* 911. num. 4. & *ſeqq.* Rot. *deciſ.* 530. num. 18. *par.* 19. *Recent.*, & *in Romana Fundationis Monaſterii* 10. *Decembris* 1714. § *Cum vero*, *coram bo. me. Lancetta*, & *in Romana Legatorum* 10. *Martii* 1717. § *Neque favor*, *cor. bo. me. Anſaldo*.

Quæ demum omnia prævalidum etiam recepere viſa fuerunt pondus ex ſuffragio longævæ obſervantiæ, in tium durantis ab annis 1643., & reſpective 1644., & ſeſe conſtantiſſime protendentis ad hodiernum uſque tempus, quo ſane temporis tractu, cum tam Capellani, quam Canonici pacifice acquieverint reductionibus ſinthuum Locorum Montium, quæ jamdudum fuerant pro hujuſmodi Piarum diſpoſitionum Dote aſſignata, nec unquam adverſus eas reclamaverint, ſed adhuc ipſis non obſtantibus plenarie ſatisfecerint oneribus per eaſdem Piæ diſpoſitiones injunctis, ob ſtatis recognitam ſuperextantis fructuum quantitatis ſufficientiam pro implemento eorumdem onerum: hæc ipſa proinde adeo longæva Patrum acquieſcentia congrua videtur aſſe referibilis ad jam exabetmum per ipſis compertum omnimodam ſubſiſtentiam, ac validamen aſſignationis jam ſemel legitime ab Hærede expletæ de Capitalibus in hujuſmodi Piarum diſpoſitionum Dotem, ſin fundum collatis, & quidem neglecta continua inſinuatione Capellanorum acquieſcentium referente ad eorum metum reverentialem erga Domum Burgheſiam. Jus obſtenentem

28 ipſis ac tenendi ad antum, cum exceptionis inſubſiſtentiam aperte convincat permultis qualitas obſervantiæ conſeſcentiæ non ſolum ex facto Capellanorum, ſed etiam Canonicorum, quorum reſpectu jam nulla concurrit talis metus reverentialis exceptio. Ex quo proinde promiſcuo conſortio aliarum quoque Perſonarum, quæ liberam obtinuiſſent reclamandi facultatem, præclare inſertur unanimi acquieſcentiam eſſe præciſe inſerendam ad recognitum ab omnibus præpeream Juvium defectum in ordine ad controverſum Supplementum, ut apposite concludit Rot. *deciſ.* 616. num. 3. *cor. Penia juxt. impreſſ. Venet.*

Et ita reſolutum fuit, cum ſuffragio etiam mei Ponentis, & utraque Parte ſatis audita &c.

R. P. D.

R. P. D. RATTO.

BURGEN. PRÆEMINENTIARUM.

Lunæ 25. Junii 1725.

ARGUMENTUM.

Modus geſtandi Superpelliceum cum Manicis ſuper humeros revolutis, ſi deſerviat ad diſtinctionem Canonicorum, Parochis, Beneficiatis, aliiſque Clericis inferioribus permitti non debet,

SUMMARIUM.

1 In Eccleſiaſtica Hyerarchia, cuicumque Ordini ſuperiori conſtituti ſunt peculiaria Inſignia, per quæ ab Ordine inferiori diſcerni poſſit.

2 Capitulum, & Canonici idem corpus cum Epiſcopo conſtituunt.

3 Canonici quoties Collegialiter conveniunt, repræſentant Eccleſiam Cathedralem, ſeu Metropolitanam.

4 Præcipuum diſtinctionis ſignum inter Clericos Ordinis ſuperioris, & Ordinis inferioris conſiſtit in habitu Habitus ratione.

5 Æqualitas Habitus, æqualitatem etiam Dignitatis arguit.

6 Ordinum, & Graduum confuſio eſt omnino vitanda.

7 Longæva & immemorabilis conſuetudo in materia Præeminentiarum vim legis obtinet.

8 Diverſitas Habitus non ſemper conſiſtit in diverſitate Figuræ, ſed regulatur etiam a circumſtantiis, & modo illum deferendi.

9 Exponitur Text. in cap. in Apoſtolica de Privileg. in 6.

10 In Synodo Provinciali quales Mitras deferunt Epiſcopi, & Abbates exempti?

11 Clerus, abſoluta Proceſſionibus, redit in confuſe, & non ſervat illum rigorem Ordinis, ſub quo receſſit ab eadem.

12 Ex quibus arguitur, quod modus geſtandi Superpelliceum cum Manicarum revolutione ſupra humeros, ſit peculiare ſignum, ut unus Ordo ab altero diſtinguatur?

13 Et idem modus prætenſus ab Ordine inferiori, intelligitur volitus ad æmulationem, & ad conſtituendam apparentem æqualitatem cum Ordine ſuperiori.

14 Ad effectum, ut Ordo ſuperior Capituli poſſit prohibere Ordini inferiori modum geſtationis Habitus, requiritur vel immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo, & cum qualitate conſueta.

15 Limita, ſi modus ille geſtationis Habitus ſit peculiaris Ordinis ſuperioris Capituli.

16 Habitus uſurpari in functionibus Eccleſiaſticis a nemine uſum potuiſt.

17 Obſervantia, ut juvet omnes de univerſitate Cleri inferioris, non conſtituitur ex pluribus actibus uſurpativis ab una, vel altera Perſona particulari procedentibus.

18 Scientia, quando inducta non dicatur in Capitulo, etiamſi agatur de Actibus, geſtis ſub ejus oculis.

19 Teſtibus vigore exceptionum perſonalium, vel ex eo, quod ſint viles, vel pauperes, vel in officio delinquentes, nulla fides adhibetur.

20 Ut Teſtes probent immemorabilem, quid requiritur?

21 Ad effectum probandi immemorabilem requiritur, ut ſaltem duo Teſtes ſint conteſtes in omnibus requiſitis præſcriptis a Gloſſ. in cap. 1. Fin. memoria de Præſcript. in 6. in modum, ut neque eadem requiſita conjungi poſſint.

22 Teſtis mendax, & falſus in uno, reputari debet talis etiam in omnibus.

23 In concurſu Teſtium hinc inde, præferuntur Teſtes numero plures.

24 Et habentes pro ſe aſſiſtentiam Juris.

25 Conſuetudo circa Indumenta Canonicorum in una Eccleſia, potuit eſſe diverſa in altera Eccleſia ex diverſa ratione.

DECISIO LIV.

ORta Pensionum mali Controverſia inter Dignitates & Canonicos Metropolitanæ Eccleſiæ Burgen., & Univerſitatem Cleri inferioris ejuſdem Civitatis ſuper jure deferendi in Proceſſionibus, aliiſque Eccleſiaſticis functionibus Superpelliceum cum Manicis elevatis ſuper humeros, quod a tempore, memoriam hominum excedente, privativum eſſe conſueverat Dignitatum, & Canonicorum ejuſdem Metropolitanæ Eccleſiæ, quamvis in judicio poſſeſſorio placuerit Reverendiſſimo Archiepiſcopo per decretum tribuere Univerſitati Cleri inferioris manutentionem in quaſi poſſeſſione deferendi manicas Superpelliceorum elevatas ſuper humeros in Proceſſionibus generalibus, Litaniarum, & Rogationum a puncto quo egredi deberent ab Eccleſia Metropolitana, quouſque perveniſſent ad Eccleſiam in qua facienda erat Rogatio; Delegata tamen Cauſa in gradu Appellationis per Capitulum interpoſitæ ad Reverendiſſimum de Herrera tunc dignissimum noſtri Ordinis Auditorem, & modo Epiſcopum Segunti num, ac Supremi Regii Conſilii Caſtellæ Gubernatorem, poſtquam Sacrum Auditorium geſtare exceptum de bono Jure in propoſitione habita die 1 Julii 1720. reſponderat, ut videlicet *de bono Jure idem ad eſſ. ſtam manutentionem*, per Sententiam Rotalem ſucceſſive latam ab eodem Reverendiſſimo de Herrera, pluribus deciſione diei 24 Januarii 1721. deſtinatum fuit = *Conſtare de bono Jure Capituli Eccleſiæ Metropolitanæ, ipſumque propterea manutenendum eſſe in poſſeſſione deferendi in quibuſcumque Eccleſiaſticis functionibus Superpelliceum cum Manicis elevatis ſupra humeros privative quoad alios Beneficiatos ejus &c.*

Hujuſmodi Judicato Rotali minime acquieſcens Univerſitas Cleri inferioris, alterius Appellationis cauſam commiſit coram bon. mem. Lancetta, coram quo petiit libera indulgen Remiſſionem ad probandum, quod modus deferendi manicas Superpelliceorum elevatas ſuper humeros non eſſet ſignum honorificum, & diſtinctivum Dignitatum & Canonicorum Metropolitanæ Eccleſiæ a reliquo Clero, quodque non emanet conſortendo primævo reſpectu Capituli quod etiam deferendi manicas ſic elevatas, & voti compos fieri promeruit, ut ex Deciſione ſuper Remiſſione deſuper edita die 1 Julii 1722 coram eod. bon. mem. Lancetta. Verum quia poſt lapſum terminum in litteris Remiſſorialibus præfixum, illuſque pluries prorogatum, non fuerit adhuc tranſmiſſus proceſſus Remiſſorialis, hinc rejecta inſtantia pro ulteriori prorogatione, demandata exiſtit propoſitio Cauſæ, & ſub die 28. Junii 1723 coram præfato bon. mem. Lancetta prodiit contumacialis reſolutio = *Pro confirmatione ſententiæ Rotalis* = Cum autem ſupervenerit tandem Proceſſus remiſſorialis, ſubrogatus Ego in locum bon. mem. Lancetta, in hodierna Audientia mediante conſenſu debito, ſubjeci Dominorum examini vires prædictæ Reſolutionis, & reſponſum habui = *STANDUM ESSE IN DECISIS* =

Subſiſtere namque viſum fuit, quod in Eccle-
1 ſia militante ad inſtar Coeleſtis Jeruſalem, & Eccleſiæ triumphantis, tum de Jure, tum ex univerſali conſuetudine, unicuique Ordini ſuperiori conſtituta ſunt propria, & peculiaria inſignia, per quæ ab Ordine, & cœtu inferiori diſcriminari debet, ut præter deducta in Deciſione diei 28 Junii 1723 *§ Quod Canonici, coram bon. mem. Lancetta* magiſtraliter firmavit Rota in *Cæſaraug. Præcedentiarum* 28. *Junii 1700 cor. bon. mem. Mollini, impreſſ. inter deciſ. Rot. recen. recoll. per Tolon. impreſ. deciſ. 319. num. 4*, quodque propterea Capitulares, & Canonici Cathedralis, ſeu Metropolitanæ in omnibus Eccleſiaſticis functionibus debent habere diſtinctionem ſupra alios Beneficiatos Cleri inferiores, & quidem ea optima ratione
2 quia Capitulares, & Canonici tanquam fratres & collaterales Epiſcopi, & unum, idemque corpus cum eo conſtituentes, ut ex *capit. novit. de his, quæ fiunt a Prælat., ubi Abbas num. 1. dixit Rot. deciſ. 611. num. 11 coram. Coccin.*, quoties ſi-
3 mul Collegialiter conveniunt, repræſentant ipſam Eccleſiam Cathedralem, ſeu Metropolitanam, ex animadverſis per Caſſan. *in catalog. Glor. Mund. part. 4. conſiderat. 30 verſ. ſed intellige, & Deciſ. quinta pro hac parte* Pinumoll. *deciſ. 1 num. 6 num. 8.* Rota *deciſ. 111 num. 9. part. 5. recent., & deciſ. 18. num. 7. poſt Antonell. de tur., & mer. cleric.*, & bene firmat deciſ. diei 24 Januarii 1721 *§ Quod profecto coram Reverendiſſ. de Herrera*, & altera diei 28. Junii 1723 *§ Quamobrem coram bon. mem. Lancetta*.

Unde cum præcipuum diſtinctionis ſignum
4 inter Clericos ordinis ſuperioris, & alios ordinis inferioris conſiſtat in Habitu, adhoc ut ex diverſitate veſtium Dominus a Servo, & Superior, & dignior a Subdito, vel a minus digno diſtinguatur, ut inquit Card. de Luc. *de Canon., & capit. diſc. 41. num. 11 circa finem*; cumque in Eccleſia Metropolitana Burgen. a tempore immemorabili delatio Superpelliceorum cum manicis elevatis ſuper humeros ſerva.

servata fuerit Dignitatibus, & Canonicis in quoddam signum peculiaris prærogativæ, ut distingui possint a cæteris Ecclesiasticis Cleri inferioris, qui licet simili Superpelliceo utantur, manicas tamen defunt, vel deautsit usque ad humum, vel brachia circumvolutas, manica ideirco resolutam sunt, hunc modum deferendi Superpelliceorum manicas esse debere prærogativam, & privativam earumdem Dignitatum, & Canonicorum, & non universo Clero communem: aliter enim si Beneficiati inferiores indistincte possint deferre manicas pari forma elevatas super humeros, nullum ulla daretur inter Clerum superiorem, & inferiorem contradistinctio Personarum, & graduum ex qualitate vestium dignoscenda, quia æqualitas Habitus æqualitatem etiam dignitatis
5 arguit, ut tradit per Pignatell. consult. can. 54. num. n, & consult. 59. num. 6. tom. 6. Mastrill. de Magistr. lib. 2 cap. 2. num. 24. & seqq. Ventrigl. in prax. part 2. annot. n. §. 2. num. 17. Oliv. de Fin. Eccles. part 3. quæst. 15. num. 56. & seqq. Rota decis. 150. num. 13. part. 6. recen., & in Grandeven. delationis Almutiarum 13. Januarii 1690. §. Ex quibus, coram bon. mem. Hnocardo cum aliis in Decis. diei 24. Januarii 1721. §. Ne aliter, coram Reverendissimo de Herrera, verum etiam inducerent maxima Ordinum, & graduum con-
6 fusio, in Ecclesiastica Hyerarchia omnino vitanda, ut admonet prædicta Decisio diei 24. Januarii 1701. §. Ad ulterius, cor. Reverendissimo de Herrera.

Quod autem in Ecclesia Metropolitana Burgen. potissimum signum contradistinctivum Dignitatum, & Canonicorum a Beneficiatis Cleri inferioris, consistat in delatione Superpelliceorum cum manicis elevatis super humeros, concludentissime justificatum remanebat ex uberrima depositione decem Testium ad instantiam Capituli super interrogatorio tum ter examinatorum, & unanimiter affirmantium, a tempore, cujus initii memoria non extat, Capitulum consuevisse habere proprium habitum distinctum ab illo Beneficiatorum inferiorum, & consistentem in Cappa, Mozzetta & Rocchetto tempore hyberno, & in Superpelliceis cum manicis elevatis, & humeris affixis tempore æstivo, ad differentiam Cleri inferioris manicas prædictas non elevat dessimentia, quam vel oblongas & usque ad humum demissas, vel brachiis circumvolutas: quæ
7 quidem longæva & immemorabilis consuetudo in hac Præeminentiarum materia vim legis obtinet & inviolabiliter servari debet, ut pariter deductos in Decis. diei 24. Januarii 1721. §. Cisalterum, cor. Reverendissimo de Herrera, communiter tenent Tondut. quæst. & resol. Benef. lib. 1. cap. 1. num. 3. Francesch. de Eccl. Cathedral. cap. 23. num. 172. & num. 177. & seqq. decis. 1. annot. 2. num. 1, & seqq. Speroll. decis. 179. num. 1. & seqq. Rot. decis. 19. num. n. & seqq. & decis. ni-orum 2 post Antonell. de Jur. & oner. Cleri decis. 319. num. 6. inter medies. per Palmam nep. tom 4. In Andrina Præeminentiæ super bono Jure 17. Februarii 1710. §. Praeter, coram R.mo D. Aldrovando. & in Romana Præcedentiæ 5. Maii ejusdem Anni §. Verum aliter, & 3 Junii 1720. §. Militanti, coram R.mo Crispo Archiepiscopo Ravennaten.

Neutiquam officiente, quod Superpelliceum ex consuetudine Ecclesiæ sit indumentum commune, ac dici potest competens omnibus Ecclesiasticis, ut proinde nullo modo Capitulum prætendere possit privativam illius delationem. Vis enim non sunt in privativa delatione Superpellicei, quam Capitulum minime prætendit ad exclusionem Beneficiatorum, sed in modo deferendi dictum indumentum, cæteroquin de per se commune tam Capitulo tam Beneficiatis Cleri inferioris. Nullam autem involvit repugnantiam, quod tempore æstivo, quo Dignitates, & Canonici non utuntur Cappa, Rocchetto, & Mozzetta, sed solo Superpelliceo, ad constituendum signum distinctivum Ordinis superioris ab inferiori, vel ex consuetudine immemorabili, vel ex Apostolico privilegio, cujus præsumptionem eadem immemorabilis inducit, discernendi potuerit modus deferendi Superpelliceum cum manicis, scilicet super humeros elevatis, quoad Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ, cum manicis vero usque ad humum demissis, vel brachio circumvolutis, quoad Beneficiatos Cleri inferioris.
8 Diversitas enim habitus non semper consistit in diversitate figuræ, sed quandoque regulatur etiam a circumstantiis, & modo illum deferendi, ut bene advertit Cassan. in catal. glor. Mundi part. 1. consid. 38. concl. 48. num 9. Thomassin. de veter. & nov. Eccles. disciplin. part. 1. lib. 2. cap. 50. num. 4. vers. minime recens. cum aliis in Decisione diei 28. Junii 1703. §. nec satisfaciebat, cor. bon. mem. Lancetta.

Et in comprehensionem hujusmodi assumpti conformis nobis suppeditat exemplum dispo-
9 sitio Textus in cap. ut Apostolicæ de Privileg. in 6. Quamvis enim tam Episcopis, quam Abbatibus Pontificalium privilegio decoratis, permittitur usus Mitræ, quæ in figura est eadem; nihilominus, ut in Conciliis Provincialibus aliquo dignosci possit diversitas inter Episcopos, & Abbates, & inter Abbates exemptos, & Abbates inferiores, differentia illa, quæ non adest inter unam Mitram, & aliam quoad figuram, consistit in circumstan-
10 tiis, & qualitate. Præscribitur enim, quod in eisdem Conciliis Provincialibus Episcopi

ſcopi utantur Mitra, auro, ac gemmis ornata, quæ vocatur *Pretioſa*, Abbates vero exempti Mitra auro intexta, quæ dicitur *Auriphrygiata*, Abbates autem inferiores Mitra *ſimplici*, & *Alba*, prout conſentanee ad eum *Primam* ultra adductos in Deciſione diei 24. Januarii 1721. § *ſed ulterius*, in *Rom de Herrera* animadvertunt Gavant. *in Manual. Epiſcop. verb. Abbat. num. 43. cum ſeqq.* Barboſ. *in Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 17. num. 54.* Lezan. *oper. regular. tom. 1. verb. Mitra num. 4. verſ. Abbates autem* Pax Jordan *elucubrat. Canon. tom. 1. lib. 5. tit. 3. num. 41.* Murg *ad Conſtit. Apoſtol. ad Conſtit. 16. & ann. Alexandri VIII. §. 7. num. 45.*

Quin ad evincendum, quod modus geſtandi Superpellicea cum manicis elevatis ſuper humeros non præſeferat ſignum honorificum, & contradiſtinctivum Ordinis ſuperioris ab inferiori obeſſe valeret circumſtantia illa, quod non ſolum Dignitates, & Canonici deferunt Superpellicea humeris affixa, ſed etiam Portionarii, medii Portionarii, & Beneficiati, ac Capellani ejuſdem Metropolitanæ, ex quo inferebatur, quod modus prædictus deferendi Superpellicea non ſuerit inductus ad diſcriminandum Ordinem ſuperiorem ab inferiori, nam alias non fuiſſet communis etiam Portionariis, mediis Portionariis, Beneficiatis, & Capellanis, qui ſunt Famuli, & Servitores Capituli. Ex prædictis namque Teſtibus ad illorum Capituli examinatis, non evincitur quod Beneficiati Metropolitanæ, aut alii inferiores Capellani deferant manicas Superpelliceorum ſuper humeros elevatas, ſed ſolum habitur, quod id præſeferant Dignitatibus, & Canonicis, & ab aliis de choro alio, quales ſunt Portionarii, & medii Portionarii, qui in Cathedralibus Hiſpaniæ habent Præbendas ad inſtar Canonicorum, nec recenſeri poſſunt inter Famulos, & Servitores Capituli, prout recenſentur ſimplices Capellani non habentes Præbendas.

Multoque minus attendi promeretur alia circumſtantia, quod quando abſoluta Proceſſione fit reditus ad Eccleſiam Metropolitanam, omnes nemine excepto deponant, & deferant manicas Superpelliceorum, ex quo deduci prætendebatur elevationem manicarum ſuper humeros nullum præſeferre ſignum honorificum, & diſtinctivum, quia alias tam in receſſu, quam in reditu manicæ deberent eodem modo deferri. Quandoquidem præſens controverſia verſatur in eo, an in Proceſſionibus Rogationum liceat Beneficiatis Cleri inferioris deferre manicas Superpelliceorum humeris affixas, & reſolutio dependet ab illa dumtaxat inſpectione, an in hoc determinato modo deferendi manicas conſiſtat tota diſtinctio, qua Dignitates, & Canonici repræſentan-

tes Clerum ſuperiorem, & ipſam Metropolitanam Eccleſiam, diſcriminantur a cætero Clero inferioris Ordinis, unde cum ex ſuperius deductis ſatis ſuperque conſtet, quod contradiſtinctio unius Ordinis ab alio conſiſtit in modo deferendi manicas, nil detrahit prætenſo Juri Capituli, quod quando Dignitates, & Canonici, abſoluta, & terminata Proceſſione, redeunt ad Metropolitanam, proprio commodo inſervientes manicas demittant. Non per hoc enim Superpelliceum cum manicis revolutis ſuper humeros, deſinit eſſe habitus privilegiatus, & contradiſtinctivus eorumdem, nec ideo efficitur communis cum reliquo Clero, dum quotidiana experientia nos edocet, quod

11 Clerus abſolutis Proceſſionibus, redit in confuſo, & non ſervat illum rigorem Ordinis, ſub quo incedit in eundo.

Eoque autem comprobatum remanebat, quod modus geſtandi Superpellicea cum manicis elevatis ſuper humeros, ſit contradiſtin-

12 ctivum Ordinis ſuperioris ab inferiori, quia ſi eſſet promiſcuum, & commune omnibus de Clero, Beneficiati Cleri inferioris uterentur prædicto modo in cæteris quibuſcumque functionibus Eccleſiaſticis, quas explent abſque interventu Capituli, nec reſtringeriſſent eorum prætenſionem ad ſolas Proceſſiones Rogationum, ac propterea cum in aliquibus functionibus Eccleſiaſticis, abſque Proceſſionibus fieri ſolitis a Clero inferiori abſque interventu Capituli, Beneficiati deferant Superpellicea cum manicis demiſſis, a Iſtalibus interrogatis, ut deponunt ipſimet Teſtes vigore remiſſoriæ Rotalis examinati, fateri oportet quod manicarum revolutio ſuper humeros non ſit modus geſtandi Superpellicea omnibus promiſcuus, & communis, ſed quod aliquid peculiare præſeferat, ut unus Ordo diſtinguatur ab alio, ex bene animadverſis in Deciſione diei 21. Junii 1723. § *Reliquum vero*, *coram bon. mem. Lancetta*, vel concludens ſatis quod autem Beneficiati ordinis inferioris in Proceſſionibus Rogationum deferre contendunt manicas Superpelliceorum eodem

13 modo quo illas deferunt Capitulares, quatenus appetunt in contrariis Dignitatum, & Canonicorum, falſam apparentes ſe coæquatos ipſis æquales, ut proſequitur Deciſio diei 24. Januarii 1721. § *Et profecto coram Reverendiſſimo de Herrera*.

Firmo itaque remanente, quod modus prædictus geſtandi Superpelliceorum manicas non ſit promiſcuus, & communis omnibus de Clero, ſed ſit ſignum præeminentiale, & diſtinctivum Capitularibus dumtaxat competens, extranea viſa eſt præ-

14 tenſio, quod ad inducendam in Capitulo actionem prohibitivam, probari debeat conſuetudo immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo, & quidem cum qua-

lita-

litate conſtiva, quod nempe alii de Clero deferre tentaverint manicas modo prædicto, fuerint rejecti per Capitulares, & rejectioni acquieverint.

Hujuſmodi namque requiſiti tunc demum neceſſaria forent, quando ageretur de actibus facultativis, & de illorum præſcri-
15 ptione; ſecus tamen dicendum eſt, quando in hoc determinato modo deferendi Superpelliceum antiſiſtit Præeminentia, & honorificus diſtinctio Dignitatum, & Canonicorum a cæteris Clero inferiori, in quibus terminis abſque alia probatione præcedentis prohibitionis, & ſubſecutæ acquieſcentiæ, cuique de Clero inferiori remanet interdictum, ne privativum habitum Capitularium aſſumat, propter injuriam,
16 quæ irrogaretur illi cujus talis habitus proprius eſt, & peculiaris, ut firmat Caſſin. *in Catalog. glor. mund. par. 1. conſid. 14. verſ. Item* illam dixit Rot. *in Terracinen. Inſignium 11. Decembr. 1702. §. Prædicto cor. bon. mem. Muto*, & animadvertit Deciſio diei 28. Junii 1724. *§. Conſilio*, cor. *bon. mem. Lancetta*.

Longe levioris ponderis compertum eſt objectum, quod ipſimet Teſtes a Capitulo inducti, non concludant negativam, imo potius affirment, aliquos Parochos, & Beneficiatos Cleri inferioris geſtaſſe manicas
17 ſuper humeros elevatas. Pauci namque actus uſurpativi ab uno, vel altera Perſona particulari procedentes, nullum jus tribuere potuerunt omnibus de univerſitate ejuſdem Cleri inferioris, multoque minus conſtituere valuerunt univerſalem obſervantiam, quæ conſtabiliri debet in integro corpore omnium Beneficiatorum, non in aliqua particulari Perſona, quando præſertim exceptis illis paucis, de quibus faciunt mentionem Teſtes, cæteri omnes Beneficiati Cleri inferioris conſueverint deferre Superpelliceum cum manicis, vel demiſſis, vel brachio circumvolutis, ut egregie animadvertitur Deciſio diei 24. Januarii 1721. *§. Allegata*, cor. *R.mo de Herrera*.

Ponderando præſertim, quod ipſimet Teſtes affirmant, dictos particulares actus paucorum Beneficiatorum evenisse abſque ſcientia Capituli, quæ quidem ſcientia fruſtra
18 inducitur contendebatur, ex eo quia actus geſſit ſub oculis Capituli in publicis Proceſſionibus, quibus idem Capitulum interveniebat. Ex eo namque, quod inter ingentem numerum Parochorum, & Beneficiatorum, qui intervenire ſolent dictis Proceſſionibus, unus, vel alter uſurpavit modum deferendi manicas Superpelliceis ſolis Capitularibus competentem, non recte arguitur, quod Capitulum habuerit ſcientiam hujuſmodi uſurpationis, quando omnes alii procedebant cum manicis demiſſis, aut brachio circumvolutis. Non enim ſuaſibile eſt, quod Capitulum explere potuerit hanc rigidam indagationem cujuſcumque particularis Perſonæ, quando de cætero videbat, quod integrum Corpus Cleri inferioris conſtitutum a majori parte Beneficiatorum, & Parochorum, non deferebat manicas ſuper humeros elevatas.

Initio autem contra Beneficiati Cleri inferioris evertere ſatagebant immemorabilem conſuetudinem privativam, militantem favore Capituli, mediante depoſitione illorum Teſtium ab ipſis inductorum in vim remiſſoriæ Rotalis, quia prædicti Teſtes plures urgentiſſimas patiebantur exceptiones,
19 tam in eorum perſonis, quam in dictis. Et quidem pro eo, quod attinet ad Perſonas, juſtificabatur ex parte Capituli omnes eſſe pauperes, viles, & quod plus eſt, tres ex ipſis, qui exercebant munus Notarii Apoſtolici, & Cuſtodis Carcerum Archiepiſcopalium fuiſſe ſuſpenſos, quia deliquerant in eorum Officio, ac proinde eiſdem Teſtibus ratione prædictarum exceptionum perſonalium nulla fides adhiberi poſſet ad tradita per Rot. *in Reatina Manutentionis 17. Januarii 1713. §. Secunda objectio*, cor. *R. P. D. meo de Camachos*, & in *Ceſenaten. Succeſſionis 9. Februarii 1704. §. In præterea*, cor. *eod.*

Quo vero ad eorum dicta animadverſum fuit,
20 quod duobus tantum exceptis, cæteri omnes uno deponunt de viſu per quadraginta annos continuos, & illi primi duo, qui deponere auſi ſunt cum dictis circumſtantiis, deficerunt in aliis ſubſtantialiſſimis requiſitis, præſertim in publica voce, & fama per verbum *ſcio* & *audivi*, ideoque inepti reputati ſunt ad conſtituendam probationem immemorabilis, pro
21 qua neceſſarium eſt, ut ſaltem duo ſint contextes in omnibus requiſitis præſcriptis a Gloſſa in *cap. 1. verb. memoria de præſcrip. in 6.*, eo modo ut neque eadem requiſita conjungi poſſint, juxta receptam Sacræ Rotæ ſententiam, de qua *in Deciſione 1256. num. 12. coram Emerix Jun.*, in *Albanen. Capellaniæ 5. Maii 1717. §. Hujuſmodi* cor. *R.mo de Herrera*, in *Brundeſina Prætenſi contractus 20. Martii 1719. §. Probationem* cor. *eod.*, & *in Taliana Decimarum 23. Junii 1713. §. Ex ſane* cor. *bon. mem. Fiſnaro*, & *16. Julii 1702. §. Quoniam*, coram *R. P. D. meo Cerro*.

Rurſus ad particularia deſcendendo, inter cæteras palpabiles contradictiones, quibus involvuntur præfati Teſtes, manifeſtiſſima comperta eſt illa, in quam incidit Teſtis primo loco examinatus, qui interrogatus in prima inſtantia Anno 1714. a quo tempore viderit Beneficiatos deferre manicas Superpelliceorum elevatas ſuper humeros, reſpondit a triginta Annis, & ab eo præciſo tempore, quo primo venerit in Civitatem Bergom., ut aſſiſteret ejus Patruo, qui Officium Parochi exercebat

cebat. Examinatas vero coram Judice remiſſoriali, audacter depoſuit, ad larvam vidiſſe per ſpatium quinquaginta Annorum, & ultra, uſque ad tempus metæ litis, quæ nimia depoſitio ſuper viſu per Annos quinquaginta conciliari non poteſt cum antecedenti, in quo faſſus fuit vidiſſe ſolum per Annos triginta ab eo ſcilicet tempore dumtaxat, quo venerat ad habitandum in Civitate Burgen. Sed quod magis eſt, idem Teſtis animoſe deponit, in Proceſſionibus ſex Capparum, quæ fieri ſolent in Eccleſia Metropolitana, & ad quas accedere tenetur omnis ex Beneficiatis cujuslibet Eccleſiæ Parochialis, vidiſſe Beneficiatos deferentes manicas Superpelliceorum revolutas ſuper humeros, prout deferebant Canonici ejuſdem Eccleſiæ, cum tamen in dictis Proceſſionibus mos ſit adhibere Pluviale obtegens manicas Superpelliceorum, quorum pluviali dilatationi modus putare non potuit ſenſu viſus ejuſdam Teſtis, qui id
22 circo tamquam mendax, & falſus in uno, reputari debet etiam talis in omnibus ad tradita per Bald. *in Leg. ſi ex falſis 42. num. 15 Cod. de tranſact. Rot. deciſ. 186. num. 15. cor. Cavalla, dec. 269. num. 7. par. 16. deciſ. 73. num. 1. par. 19 recent. deciſ. 23. num. 14. inter impreſſas ad tractat. Card. de Luc. tom. 1. lib. 7. & in Romana Dotis, & Lucii 10. Decembr. 1703. § Præfatium, cor. bon. mem. Muto.*

Cæterum, in concurſu Teſtium hinc inde cen-
23 ſuerunt DD potius adhærendum eſſe Teſtibus inductis ex parte Capituli, tum quia iſti ſunt numero plures, & omni exceptione majores, tum etiam quia ſuffragatur aſſiſtentia boni Juris, ut in terminis Teſtium utrinque plurium alias firmavit Rota *dec. 206. num. 9. cor. Pilulo dec. 378. num. 4. cor. Bubal. deciſ. 1. num. 7. par. 18.* Et in propoſito Teſtium, quorum depo-
24 ſitio habet pro ſe aſſiſtentiam Juris firmavit eadem Rot. *deciſ. 158. num. 7. apud Poſth. de manuten. deciſ. 473. & deciſ. 763. utrobique num. 4. cor.* Emerix *Jun. in Tarracon. Juriſgaium 11. Decembr. 1703. § Atque ex his, cor. bon. mem. Muto, in Caſſanen. Jurium Parochialium, ſeu Prætenſionum 6. Junii 1707. § Præterea, cor. bon. mem. Ceſarello, & in Romana Præeminentiæ 4. Februarii 1724. § Poſſeſſione, cor. bon. mem. D. Card. Falconerio.*

Nec diſſimilis apparuit conſuetudo aliarum Eccleſiarum Hiſpaniæ. Quoniam Teſtes inducti ex parte Beneficiatorum Cleri inferioris, quod Eccleſiæ Cathedrales Jacen. Granaten. Corduben. deponant, quod in Proceſſionibus Clauſtralibus, & generalibus omnes ſive Canonici, ſive Beneficiati Eccleſiarum Parochialium, deferunt manicas Superpelliceorum dimiſſas, nihilominus iidem Teſtes reparatur ſuper interrogatorii admittunt, quod Canonici Eccleſiæ Corduben. tempore æſtivo in ſuis Eccleſiis deferre aſſolent manicas in ſummitate humerorum, excepto tempore Proceſſionum vel quando ſingunt ad cantandas Antiphonas, atque altarios, quod Curati, & Beneficiati in Proceſſionibus aliiſque functionibus habeant quidem hunc morem deferendi manicas Superpelliceorum ſuper humeros, quando adſunt in propriis Eccleſiis, non ita tamen, quando accedunt ad Eccleſiam Cathedralem occaſione Proceſſionum quia tunc deferunt manicas dimiſſas.

Quo vero ad praxim Cathedralis Barchinonen., Teſtes per Beneficiatos inducti conveniunt in eo, quod Canonici dictæ Eccleſiæ tempore æſtivo habent proprium habitum contradiſtinctum a Curatis, & Beneficiatis, & conſiſtentem in Mozzetta coloris violacei cum faſciis purpureis, & ſimile exemplum diſtinctionis ſuper diverſo modo geſtandi manicas Superpelliceorum deſumebatur ex Teſtibus examinatis in Civitate Hiſpalen. referentibus, Canonicos & Beneficiatos in aliquibus functionibus peragi ſolitis in propria Eccleſia deferre manicas ſuper humeros, e contra vero illas demittere quando pergunt ad Eccleſiam Cathedralem, quod comprobatum quoque remanebit ex Epiſtola Capituli Hiſpalen., de qua *in Summario Capituli Burgen. num. 36.*

Denique hanc conſuetudinem vigere etiam in Eccleſia Metropolitana Compoſtellana, oſtenditur alia Epiſtola Capituli ejuſdem Eccleſiæ, *dicto Summario num. 3.*, ex qua habetur, quod Præbendati tempore æſtivo deferunt manicas Superpelliceorum elevatas ſuper humeros, alii vero de Clero inferiori hunc morem ibi uſurpare non audent. Et in omnem caſum ſemper verum erit, quod ſi in aliqua Eccleſia Hiſpaniæ contraria forſan viget conſuetudo, id procedere poterit ex quo in eadem ſignum diſtinctionis inter Clerum primi Ordinis, & alium inferioris gradus
25 conſtitutum in aliis induments, ut bene obſervat Decius die 28 Junii 1723. *§ Nihil denique, cor. bon. mem. Lancetta.*

R. P. D.

R. P. D. RATTO.

BURGEN. PRÆEMINENTIARUM.

Mercurii 26. Junii 1726.

ARGUMENTUM.

Confirmatur præcedens Deciſio, & rurſus admittitur, quod modus geſtandi Superpelliceum cum Manicis ſuper humeros revolutis, quo ſolent uti Canonici Cathedralis Eccleſiæ in proprii gradus diſtinctivum, nec Parochis, nec Beneficiatis, aliiſque Clericis inferioribus permitti debeat, quamvis Superpelliceum omnibus Clericis ſit commune, quando diſparitas licet modica conſiſtat in forma ejus delationis.

SUMMARIUM.

1 In Hierarchia Eccleſiaſtica quilibet Ordo ſuperior debet habere ſua propria, & particularia inſignia, per quæ contradiſtinguatur ab Ordine, & cœtu inferiori.

2 Quod præcipue conſiſtit in habitu.

3 Capitulum & Canonici Cathedralis ſeu Metropolitanæ ipſam Eccleſiam Cathedralem, ſeu Metropolitanam repræſentant, quoties inſimul collegialiter conveniunt.

4 In Hierarchia Eccleſiaſtica ſemper vitari debet Ordinum, & graduum confuſio.

5 In Præeminentiarum materia, conſuetudo præſertim immemorabilis, obtinet vim legis inviolabiliter ſervandæ.

6 Teſtes examinati in termino probatorio, poſt productionem Articulorum, eorumque admiſſionem, dici debent formiter examinati.

7 Superpelliceum eſt indumentum omnibus Eccleſiaſticis commune, ex cujus delatione nullum deſumi valet ſignum contradiſtinctivum Ordinis ſuperioris ab inferiori.

8 Limita, ſi contradiſtinctio conſiſtat quoad modum illud deferendi.

9 Et hæc contradiſtinctio reſtringi non debet ad certa loca, vel ad alteram functionem Eccleſiaſticam, ſed ſemper, & ubique ſervanda eſt, ut adducitur ratio num. 12

10 11 Quando Cardinalibus conceſſæ fuerit alia Galeri purpurei & quando veſtes coloris violacei, quibus utebantur Cardinales, commutatæ fuerint in Purpureas?

13 Adducuntur exempla, in quibus ob modicum diſcrimen inducta fuit contradiſtinctio, & diverſitas Ordinis ſuperioris ab inferiori, & majoris, vel minoris prærogativæ ſignificatio.

14 Modus deferendi Superpelliceum cum Manicis elevatis ſuper humeros præſefert indecentiam, non convenientem Eccleſiaſticæ Majeſtati.

15 Limita, ſi hoc eſſet in uſu in pluribus Cathedralibus.

16 Præſumi non poteſt, quod Epiſcopi permittere voluerint in propria Eccleſia abuſum, & illicitam obſervantiam.

17 In concurſu Teſtium, illi, qui ſunt numero plures & juris aſſiſtentia ſuffulti, contrariis Teſtibus præferuntur.

DECISIO LV.

JUS deferendi in Proceſſionibus, aliiſque Eccleſiaſticis functionibus Superpelliceum cum manicis elevatis ſuper humeros, quod in ſignum contradiſtinctivum gradus ſuperioris ab inferiori a tempore cujus initii memoria non extat, privativum eſſe conſueverat Dignitatum, & Canonicorum Metropolitanæ Eccleſiæ Burgenſis, intervertere ſatagens univerſitas Cleri inferioris dictæ Civitatis, habito recurſu ad Reverendiſſimum Archiepiſcopum, favorabile obtinuit decretum ſuper manutentione in quaſi poſſeſſione deferendi Manicas Superpelliceorum ſuper humeros extenſas in Proceſſionibus generalibus Litaniarum, & Roga-

initium a puncto quo egredi deberet ab Eccleſia Metropolitana, quouſque perveniret ad Eccleſiam, in qua facienda erat Rogatio.

Verum in gradu Appellationis per Capitulum interpoſitæ ad Sacrum Tribunal, delegata cauſæ cognitione Rmo Dño de Herrera Epiſcopo Segontino, poſt quam demandatam cautionem *de videretur de bono jure, etiam ad effectum manutentionis*, idem Reverendiſſimus de Herrera præfata Deciſione dici 24. Januarii 1721. promulgavit ſententiam declarantem = *Conſtare de bono jure Capituli Metropolitanæ Eccleſiæ, aliaque propterea dandam eſſe manutentionem in poſſeſſione deferendi in quibuſcumque Eccleſiaſticis functionibus Superpelliceum cum manicis elevatis ſuper humeros privative quoad omnes Beneficiatos inferiores.* Et ſucceſſive in ulteriori inſtantia dici 28. Junii 1723. *cor. bon. mem. Lancetta*, & 25. Junii ſuperioris Anni 1725. *cor. Me* in defuncti collegæ locum ſubrogato, prodiit reſolutio = *Pro confirmatione ſententiæ Rotalis* = Cum autem Univerſitas Parochorum, & Beneficiatorum Cleri inferioris adverſus poſtremam Deciſionem noviter audiri obtinuerit; hinc in hodierna Audientia diſceptandum propoſui conſuetum dubium = *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis?* = Sed adeo firma, & ſubſiſtentia comperta fuerunt fundamenta antecedentium Reſolutionum, ut Domini non dubitaverint reſpondere pro perſiſtentia = *IN DECISIS*.

Si enim in Eccleſia militante, & Hierarchia Eccleſiaſtica, ad exemplum cœleſtis Jeruſalem, & Eccleſiæ Triumphantis tum de jure, tum ex univerſali totius chri-
1 ſtiani Orbis conſuetudine quilibet Ordo ſuperior debet habere ſua propria, & particularia inſignia, per quæ contradiſtinguatur ab ordine, & cœtu inferiori, ut cæteris adductis concordantibus firmat Deciſio dici 28. Junii 1723 *§. Quod Canonici* cor. *bon. mem. Lancetta*, & alia dici 25. Junii 1725 *§. Subſiſtit*, coram Me, & noviſſime in *Biſulduen. Præeminentiarum* 18. *Martii præteriti §. 29. cor. R. P. D. meo Caligario*, hoc profecto diſtinctionis ſi-
2 gnum, quod inter Clericos utriuſque ordinis ſuperioris, & inferioris præcipue conſiſtit in habitu, ex animadverſis per Card. de Luc. *de Canon. diſc. 41. num. 2. alias ſu.* potiori jure tribuendum eſt Capitulo, & Canonicis Cathedralis, ſeu Metropolitanæ, qui tamquam Fratres, & Collaterales Epiſcopi, unum idemque Corpus cum eo conſtituentes ipſam Eccleſiam Cathe-
3 dralem, ſeu Metropolitanam repræſentant, quoties inſimul collegialiter conveniunt, *ut per Text. in cap. novit. de his quæ fiunt a Prælat. abſ. Abbas num. 2.*, communiter admiſſum Caſſan. in Cathal. Glor. Mund. *part. 4. conſiderat. 32. verſ. ſed intelligo*, & *verſ. quanta probat parte*. Pamuncl. *deciſ. 1. Anot. 9. num. 8. conveniunt* in Deciſione dici 24. Januarii 1721 *§. Quod praeſtat* cor. *Rmo de Herrera*, & dici 28. Junii 1723 *§. Quemadmodum* cor. *bon. mem. Lancetta*, & 25. Junii 1725. *d. §. Subſiſtere* cor. *Me*.

Hoc jacto fundamento animadvertebant Domini, quod licet Dignitates, & Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ Burgenſis tempore hyemali deferendo Cappam cum Mozzetta, & Rochetto ex hujuſmodi peculiari habitu prærogativo contradiſtinguantur a Beneficiatis Cleri inferioris; cum tamen tempore æſtivo ſola Superpellicea induantur, nullumque proinde haberent ſignum diſtinctivum, quo ſecerni poſſint ab Ordine inferiori, cumque a tempore immemorabili deferre conſueverint Superpelliceum cum manicis elevatis ſupra humeros, ut diſtingui poſſint a cæteris Eccleſiaſticis Cleri inferioris, qui licet ſimili Superpelliceo induantur, manicas tamen deferunt, vel demiſſas uſque ad humerum, vel brachiis circumvolutas, hinc iſque modus deferendi manicas Superpelliceorum, debet eſſe privativus earumdem Dignitatum, & Canonicorum, non autem communis univerſo Clero. Alias cum ſi Beneficiati inferiores poſſent deferre Manicas eodem modo, quo illas deferunt Dignitates & Canonici, non ſolum ulla daretur contradiſtinctio inter Clerum ſuperiorem, & inferiorem, ſed ulterius maxima cæterus Graduum & ordinum confu-
4 ſio in Hierarchia Eccleſiaſtica ſemper vitanda, ut admonet Rot. *in Biſuntina. Præeminentiarum* 18. *Martii currentis anni* 1726 *§. 30. cor. R. P. D. meo Caligario*, & firmant Deciſiones hujus cauſæ, illa nempe dici 24. Januarii 1721 *§. Sed ulterius* cor. *Rmo D. de Herrera*, & poſtrema dici 25 Junii 1725 *§. Dubiis in fine*, cor. *Me*.

Et ſane, quod prædictus modus deferendi manicas Superpelliceorum, a tempore quamcumque memoriam Hominum excedente, fuerit privative ſervatus inter Dignitates, & Canonicos in perſiſtinum ſignum contradiſtinctivum Ordinis ſuperioris ab inferiori, manifeſtiſſime reſultabat ex depoſitione decem Teſtium ad inſtantiam Capituli ſuper interrogatoriis formatis examinatorum, & uni voce deponentium, Dignitates & Canonicos ſemper habuiſſe proprium, & peculiarem habitum conſiſtentem in Cappa, Mozzetta & Rochetto tempore hyemali, & in Superpelliceis cum manicis elevatis ſuper humeros tempore æſtivo, ad differentiam Cleri inferioris deferentis Manicas pendulas vel oblongas & uſque ad humum demiſſas, vel brachiis circumvolutas. Ut proinde cum delatio Superpelliceorum cum manicis elevatis ſuper humeros, juxta inveteratam conſuetudinem a prædictis Teſtibus

ſtibus competebatum ſemper prædicata fuerit in ſignum contradiſtinctivum Dignitatum, & Canonicorum a reliquo Clero, dubitari amplius non poteſt, cum etiam hodie, per dictum modum deferendi Superpelliceum cum manicis, Dignitates, & Canonici diſtingui debeant a cæteris Presbyteris inferioris ordinis, quia in hac Præeminentiarum materia, Conſuetudo præſertim immemorabilis tantæ eſt efficaciæ,
5 ut obtineat vim legis inviolabiliter ſervandæ, ut præter adductos in Deciſione, quæ videri ſ. *Quod autem*, animadvertit Rot. *in Cibenen. Præminentiarum* 22. *Julii* 1701. ſ. *Prima cor. bon. mem. ill.^mi Olim, in Nullitatis Præcedentiæ* 3 *Julii* 1713 ſ. *Et excedenter, cor. Emo D. Card. Sitito, & in Bisinen. Præminentiarum* 2 *Julii* 1715 ſ. *Modo, cor. R. P. D. meo Collegainæ*.
Nil relevanti objecto alias excitato, quod prædicti Teſtes a Capitulo inducti deponant ſimpliciter ad perpetuam, & non fuerint examinati formiter. Illorum namque examen factum nimirum in prima inſtantia citata Parte, & infra terminum a Reverendiſſimo Archiepiſcopo præfinitum ad probandum. Unde cum intra hunc terminum utraque Pars produxerit articulos, & curaverit Teſtes examinari, inſubſiſtens eſt prætenſio, quod Teſtes fuerint examinati ſolum ad perpetuam, quia tamquam examinati in termino probatorio poſt pro-
6 ductionem Articulorum, eorumque admiſſionem, dici debent formiter examinati.
Multoque minus obſiſtere poterit, quod cum Superpelliceum ſit indumentum omnibus Eccleſiaſticis commune, nullum ex illius delatione valeat deſumi ſignum contra-
7 diſtinctivum Ordinis ſuperioris ab inferiori. Objectum namque urgeret, quatenus Capitulum prætenderet privativam delationem Superpellicei, ad excluſionem Beneficiatorum; ſecus tamen dicendum eſt dum Capitulum non contrövertit, quod Beneficiati deferant Superpelliceum, ſed
8 ſolum prætendit, quod modus illud deferendi ſit diverſus, ut ex hac diverſitate dignoſcatur diſtinctio inter unum, & alium ordinem Perſonarum. Stat enim bene ſimul, quod Superpelliceum ſit de per ſe indumentum indifferens, & utrique Ordini commune, & quod ad conſtituendum ſignum diſtinctivum Ordinis ſuperioris ab inferiori, vel ex immemorabili conſuetudine, vel ex præſumpto Privilegio Apoſtolico ab eadem immemorabili reſultante, induci potuerit diverſus modus deferendi Superpelliceum cum Manicis ſcilicet ſuper humeros elevatis quoad Dignitates & Canonicos, cum Manicis vero uſque ad humeros demiſſis, vel brachio circumvolutis quoad Beneficiatos Clericos ſeorſum in reſpondendo eidem objecto ponderat Deciſio, quæ revidetur ſ. *Nunquam*. Cum itaque ſignum contradiſtinctivum inter

Tom. X. unica

Capitulum, & Beneficiatos Cleri inferioris conſiſtat in modo deferendi Manicas Superpelliceorum, nemo impropria dignoſcebatur earumdem Beneficiatorum prætenſio, cui adhæſit in prima inſtantia Reverendiſſimus Archiepiſcopus, in eo conſiſtens, quod ſaltem ipſis concedi debeat delatio Superpelliceorum cum manicis ſuper humeros elevatis in tribus ſignatis Proceſſionibus Rogationum, quibus interveniunt etiam Dignitates, & Canonici. Siquidem cum dictæ Proceſſiones Rogationum fieri ſoleant eo tempore, quo Dignitates, & canonici hyeme jam tranſacta utuntur dumtaxat Superpelliceis; ſi illarum occaſione permitteretur Clero inferiori delatio Superpelliceorum eodem modo, quo illa deferunt Dignitates, & Canonici, ſublatum penitus remaneret quodcumque diſcrimen habitum inter Clerum ordinis ſuperioris, & inferioris, unde ſi in cæteris omnibus Eccleſiaſticis Functionibus, ex diverſo modo delationis Superpellicei cognoſci debeat diverſitas inter Capitulum, & Clerum inferiorem, nulla eſt aſſignabilis ratio, cur hæc diverſitas dignoſci etiam non debeat in Proceſſionibus Rogationum, in quibus oriretur idem abſurdum inducendi utriuſque
9 Ordinis confuſionem: diſtinctio namque Gradus ſuperioris ab inferiori, non eſt reſtricta ad certa tantum loca, & ad unam potius, quam ad aliam functionem Eccleſiaſticam, ſed ſemper, & ubique ſervanda eſt, cum Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ſemper congruat, ut ſinguli in ſuis officiis, & gradibus maneant, quemadmodum probe conſiderat Rota *in Biſinen. Præminentiarum* 13. *Martii proxime* ſ. 18. *tit. R. P. D. meo Collegainæ*.
Hinc intelligentiam nobis compenſat hiſtoricum exemplum Summi Pontificis Pauli II. anno 1464 ad Eccleſiæ univerſalis Regimen aſſumpti, qui S. R. E. Cardinalibus uſum Capitii Rubri, & Mitræ Damaſcenii ſericæ conceſſit, ut etiam in Pontificalibus functionibus dignoſcerentur a Prælatis inferioribus. Quamvis enim excelſum Purpuratorum Collegium ratione peculiarium indumentorum, quibus decoratum fuerat, a cæteris ordinibus inferioribus in quibuſcumque actibus indifferentibus, & fere in omnibus Eccleſiaſticis Functionibus diſcerni poſſet, præſertim poſtquam Innocent. IV. in Concilio Lugdunenſ. celebrato an. 1244 duodecim aſſectis eidem Sacro Collegio Car-
10 dinalibus, in vigilia Nativitatis Domini, eis Galerum purpureum conceſſerat, ut firmat Caſſanæus *in Catalog. Glor. Mund. part. 3. conſid. 4. verſic. Innocent. IV.* Cohell. *in notit. Cardinalat. cap.* 11. *pag. mihi* 28. *lit.* B, P. Auguſtin. Oldoin. *in addit. ad Ciacon. tom.* 2. *ad Innocent. IV. col. mihi* 114. *litt.* E. Et rurſus poſtquam Veſtes

 colo-

11 coloris violacei uſque tunc uſitatæ ab eiſdem S. R. E. Cardinalibus commutatæ fuerant in purpureas, vel ab eodem Innocentio IV in dicto Concilio Lugdunenſi ut refert R. P. D. Battaglin in *Hiſtor. univerſal. Concil. ad Concil. Lugdunenſ. 1. num. 2.*, vel ut alii volunt a Bonifacio VIII. anno 1294., ut obſervat Cohell. in *tract. Cardinal. t. d. cap. 11 pag. 18, lit. B.* Ciaccon in *vita Bonifacii VIII. tom. 2. col. mihi 297, lit. D.* ibi = *Quibus, & purpureas veſtes induit* = Conſiderans tamen prædictus Pontifex Paulus II quod in Functionibus Pontificalibus Cardinales Sacris induti veſtibus, non dignoſcebantur a Prælatis inferiorum ordinum præterquam loco, ex indeſtit uſum Capitii Rubri & Mitræ Damaſcenæ ſericæ, ut hoc ſupremus Ordo in omnibus actibus diſcerni poſſet a cæ-
12 teris Ordinibus inferioribus, quemadmodum teſtatur aliquis Card. Papienſis in ſuis *Commentariis lib. 1. pag. mihi 370. num. 40.* inquiens = *Cardinalibus, qui Sacris induti Veſtibus a Prælatis inferiorum ordinum, præterquam loco, non noſcebantur, uſum Mitræ Sericæ Damaſcenæ ſpecie, rubeaque Capitia indulſit.*

Abſque eo quod efficerat reſponſio per Beneficiatos data in ultima cauſæ propoſitione, occaſione novæ petitæ Audientiæ, quod ſcilicet ſignum diſtinctivum inter Ordinem ſuperiorem, & inferiorem, poſſit quidem conſiſtere, vel in diverſitate habitus nobilioris, vel in figura, & colore ejuſdem habitus, nunquam tamen in ſimplici modo deferendi unum eundemque habitum omnibus communem. Quamvis enim ut plurimum Auctoritates & exempla ad id allegata, conſiſtunt diſcrimen vel in diverſitate habitus, vel in illius colore, aut nobiliori figura, & ornatu, non tamen inde excluditur, quod ſignum diſtinctivum poſſit etiam conſiſtere in modo delationis ejuſdem habitus, vel ex qualibet alia licet minima circumſtantia, quando præſertim prout hic, inveterata & immemorabilis conſuetudo hanc diverſitatem conſtabilivit in ſolo modo deferendi Manicas, vel ad humum demiſſas, aut brachiis circumvolutas, vel ſuper humeros elevatas. Et de facto non deſunt conſi-
13 milia exempla, in quibus ob modicam diſcrimen inductum fuit contradiſtinctio, & diverſitas Ordinis ſuperioris ab inferiori, & majoris, vel minoris prærogativæ ſignificatio ut per *Text. in cap. ut Apoſtolicæ de Privileg. in 6.* advertunt Caſſinius in *tabul. Glor. mund. part. 1. conſid. 83. concluſ. 46. num. 9* Pignattell *conſult. 54. num. 6. tom. 6.*, ubi differentia, & contradiſtinctio inter Canonicos & Beneficiatos ex eo ſolum deſumitur, quod Beneficiati, vel Capellani habentes cum Canonicis uſum Almutiarum, illa ab humeris ad brachia dimittunt in ſignum reverentiæ, atque obſequii ſtatim ac Chorum ingrediuntur, vel functiones agunt coram Canonicis, Thomaſin *de veter. & nov. Eccleſ. diſciplin. part. 1. lib. 2 cap. 52. ſub num. 4. §. ubi inc.*, ubi ex epiſt. Nicolai III. modicum refertur diſcrimen intercedere debere inter Cappas Canonicorum, & illas Beneficiatorum, aliorumque Clericorum inferiorum Vaticanæ Baſilicæ Rot. *dec. 399. in part. 12. recent.*, ubi in celebri controverſia inter Monachos Benedictinos, & Baſilienſes ſuper delatione Cucullæ, ne induceretur promiſcua confuſio, conſtituta fuit differentia in majori amplitudine, & longitudine geſtari ſolitæ per Benedictinos, ideoque non deferendæ a Baſilienſibus, qui illi debent manicis breviantibus, & archatibus.

Nullam vero promeretur animadverſionem exceptio promoveri ſolita, quod hujuſmodi mo-
14 dus deferendi Superpelliceorum manicis elevatis ſuper humeros, præſeferat omnem indecentiam, & tolerari non debeat tamquam minus conveniens honeſtati Eccleſiaſticæ. Ultra quod enim hujuſmodi inſpectio decentiæ, & honeſtatis, quæ de ratione deſumenda foret a Sacra Rituum Congregatione, non cadit ſub examine præſentis cauſæ, in qua ſolum diſceptatur an modus prædictus debeat eſſe privativus ſolis Dignitatibus, & Canonicis, vel potius etiam communis Beneficiatis inferioribus, qui minus recte illum de inhoneſtate, & indecentia redarguunt, quando ipſimet ſtrenue contendunt, etiam Clero inferiori competere delationem Superpelliceorum cum manicis elevatis ſuper humeros, nihilominus ponderandum Domini, quod modus prædictus non ſo-
15 lum fuit per tempus immemorabile permiſſus, & obſervatus in Archidiœceſi Burgenſi, ſed adhuc etiam permittitur, & eſt in uſu in pluribus aliis Metropolitanis, & Cathedralibus Regnorum Hiſpaniæ, & ſignanter in Eccleſia Hiſpalenſi, & Compoſtellana, ut probatum fuit in antecedenti Deciſione diei 25 Junii 1725 §. *Nec diſſimilis cum ſeqq. ibi. nec.*; ideoque hic, & nunc aſſerinon non poteſt, quod prædictus modus deferendi Superpellicea ſit minus conveniens diſciplinæ Eccleſiaſticæ, & honeſtati Clericorum, cum
16 fuſibile non ſit, quod tot Præſules, qui tam in præteritum, quam ad præſens poſiti fuerunt Regimini ſacrarum Eccleſiarum, permittere voluerint, ut in eorum Diœceſibus, & præſertim in Metropolitani, ſeu Cathedrali Eccleſia propria ſponſa, deteſtabiles irreperent abuſus, & per adeo conſiderabilem temporis lapſum conſoveretur obſervantia illicita, & minus honeſta, prout in ſimilibus caſibus animadvertit Rot. *in Legionen. Parochialis 2. Jul. 1706 §. Prout male cor. bon. mem. Kaunitz. in Mantuana Banorum 7. Maii 1717. § 18.*

Google

§. 18. verſic. tamen videamus, cor. R.mo D. meo Aldrovando Decano, in Trojana deletionis Crucis ſuper bono Jure 10. Decembr. 1708. §. Deſpiſ. cor. eod., & 18 Lucana … nii 1 April. 1718 §. Inhabitantibus, cor. Em. D. Card. Falconerio.

Quibus ita ſe habentibus, immemorabilis conſuetudo privativa militans favore Capituli, attento contra in antecedentibus cauſæ propoſitionibus coram Me, ſubverti prætendebatur ex depoſitione aliorum Teſtium, quos in vim remiſſionæ Rotalis examinari curavit Univerſitas Beneficiatorum Cleri inferioris. Tum quia conſtitit, & conſtat, quod omnes prædicti Teſtes erant pauperes, & viles, & quod plus eſt, tres ex ipſis Notarii Apoſtolici, & Cuſtodis exercitati muneri incumbentes tamquam delinquentes in eorum officio fuerant ſuſpenſi, ut obſervat Deciſio, quæ revidetur §. *Iroto autem*; tum etiam quia duobus tantum exceptis, ceteri omnes non deponebant de viſu per 40. annos continuos, & illi duo, qui hanc circumſtantiam exprimebant, deficerant in alio ſubſtantialiſſimo requiſito ad immemorabilem concludendam, ac præſertim in requiſito publicæ vocis, & famæ, per verbum *fuit*, & *eſt*, quinimo plures ex eiſdem Teſtibus manifeſtiſſimis contradictionibus, & mendaciis involvebantur, ut præſertim quoad Teſtem primo loco examinatum diſtincte oſtendit eadem Deciſio §. *Rurſus*, tum demum, & ſummatim quia, Teſtes ſummiter inducti ex parte Capituli erant numero plures, ac pro-
17 pterea majorem fidem ſibi vindicabant, & tamquam aſſiſtentia Juris ſuffulti contrariis Teſtibus erant præferendi, ut concludit ſæpedicta Deciſio, quæ revidetur §. *ceterum*, & probat Rot. *in Bisinianen. Præeminentiarum 1 Jul. 1725 §. illis vero, & 18 Martii præteriti §. 22 … R.P.D. meo Calcagnino.*

Et ita, remiſſive in reliquis habentibus ſe Dominis ad præcedentes cauſæ Deciſionibus, Capitulo, & Canonicis Metropolitanæ jure ſua deducentes, Univerſitate vero Parochorum, & Beneficiatorum Civitatis Burgen., luculenter diſtinctionem potente, reſolutum fuit.

R. P. D. RATTO.

BURGEN. PRÆEMINENTIARUM

Veneris 7. Martii 1727.

ARGUMENTUM.

Rurſus approbatur modus geſtandi Superpelliceum cum Manicis ſuper humeros revolutis, quo ſoleat uti Canonici Cathedralis Eccleſiæ in propris gradus diſtintivum, privative quoad Parochos, & Beneficiatos, aliosque Clericos inferiores, quamvis Superpelliceum omnibus Clericis ſit commune, quando diſparitas licet modica, conſiſtat in forma ejus delationis, ſicuti dictum fuerat in Deciſionibus ſupra poſitis, quæ hic confirmantur.

SUMMARIUM.

1 In Eccleſiaſtica Hierarchia Ordini ſuperiori conſtituta ſunt propria, & particularia inſignia, per quæ ab ordine, & cœtu inferiori diſtingui poſſit.

2 Initio naſcentis Eccleſiæ nullum aderat diſcrimen inter veſtes Clericorum, & Laicorum.

3 Progreſſu temporis certa Indumentorum forma fieri cœpit, ut ea mediante Clericorum ordines inter ſe diſtinguerentur.

4 Præcipuum diſtinctionis ſignum inter Ordinem ſuperiorem, & inferiorem conſiſtit in habitu.

5 Ex majori Indumentorum ornatu, majoritas Dignitatis apparet.

6 Graduum, & Ordinum confuſio in Eccleſiaſtica Hierarchia ſemper eſt evitanda.

7 Contradiſtinctio inter Clerum ſuperiorem, & inferiorem cognoſcitur ex diverſitate, & qualitate veſtium.

8 Æqualitas habitus arguit etiam Dignitatis æqualitatem.

9 Teſtes, contra Indecentem, ſuperlativum probationis gradum attingunt.

10 Signum contradiſtinctivum debet eſſe conſtans, & uniforme ubique locorum, & co-

& occaſione cujuſlibet functionis, ut cognoſcatur diſtinctio gradus ſuperioris ab inferiori, & unus Ordo cum alio non confundatur.

11 Non eſt permittenda æmulatio, quod Beneficiati, æquales appareant Dignitatibus, & Canonicis.

12 Superpelliceum fuit indifferenter introductum pro omnibus Clericis, ex determinatione Concilii Baſileæ *ſeſ.* 21. ad Sacras Eccleſiaſticas functiones obeundas,

13 Sed modus illud deferendi, poteſt eſſe diverſus ad conſtituendum ſignum diſtinctivum inter Superiores ab inferiori, & quando?

14 Modus deferendi manicas Superpelliceorum elevatas ſuper humeros, eſt parum decens, & minime convenit honeſtati Eccleſiaſticæ.

15 Hæc cognitio pertinet ad Sac. Rituum Congregationem.

16 Et non licet impugnare a quibus prætenditur.

17 Præſertim ſi eſt in uſu in pluribus Metropolitanis, & Cathedralibus Regnorum Hiſpaniæ. Hujus rei ratio.

18 In conflictu Teſtium, illi præferuntur, qui ſunt numero plures, omni exceptione majores, & juris aſſiſtentia ſuffulti.

DECISIO LVI.

Antiquiſſimam conſuetudinem ſupra quamcumque memoriam Hominum inductam, inviolabiliter antiquis temporibus obſervatam, & conſtantiſſime adhuc vigentem in Eccleſia Metropolitana Burgen., cujus vigore Dignitatibus, & Canonicis tamquam in contradiſtinctivum gradus ſuperioris ab inferiori competit jus deferendi in Proceſſionibus, aliiſque Eccleſiaſticis functionibus Superpelliceum cum manicis elevatis ſuper humeros privative quoad Beneficiatos, & alios de Clero inferiores, 1 qui Superpelliceorum manicas non aliter deferre conſueverunt, quam vel uſque ad humum demiſſas, vel brachia circumvolutas, poſt maturum Cauſæ examen, & ſedulo aſſumptam boni Juris diſcuſſionem, comprobavit etiam Sacrum Auditorium per duplicem Rotalem ſententiam, primam nempe latam a bon. mem. de Herrera, prævia Deciſione diei 24. Januarii 1721., qua definitum fuit = *Conſtare de bono Jure Capituli, ipſumque propterea manutenendum eſſe in poſſeſſione geſtandi in quibuſcumque Eccleſiaſticis functionibus Superpelliceum cum manicis elevatis ſuper humeros privative quoad alios Beneficiatos inferiores* = Secundam vero a memetipſo promulgatam poſt tres Deciſiones editas die 28 Junii 1723 cor. bon. mem. Lancetta, nec non die 25 Junii 1725., & 26 Junii ſuperioris Anni 1726 cor. Me.

Cum autem ad novam reclamationem Beneficiatorum, aliorumque Cleri inferiorum, ob ſuperventam Turni variationem, denuo in gradu ulterioris Appellationis mihi fuerit directa commiſſio in hodierna Audientia, congregatis per me propoſito, reſponderunt DD. = *SENTENTIAM ROTALEM ESSE CONFIRMANDAM*.

Subſiſtens namque, & undique firmum comperitum fuit fundamentum in præcedentibus cauſæ Deciſionibus conſtabilitum, quod ſcilicet in Eccleſia militanti, ad inſtar cœleſtis Jeruſalem, & Eccleſiæ Triumphantis, quilibet Ordo ſuperior contradiſtingui debet ab inferiori, & ad hunc effectum, tum de jure, tum ex univerſ- 1 ſali conſuetudine cuicumque Ordini ſuperiori conſtituta fuere propria, & particularia inſignia, per quæ ab ordine, & cœtu inferiori diſcriminari valeat, ut bene ponderat Deciſio diei 28 Junii 1723. *§. Quod Canonici* cor. bon. mem. Lancetta, & proſequitur altera diei 25 Junii 1725. *§. Subſiſtere* cor. Me, ac etiam ultima diei 26 Junii 1726. *§. Si enim*, pariter cor. Me. Indeque evenit, quod licet ab 2 initio naſcentis Eccleſiæ nullum adeſſet diſcrimen inter Veſtes Clericorum, & Laicorum, ut erudite probat Thomaſſin. *in vet. & nov. Eccleſ. diſciplin. tom. 1. part. 1. lib. 2. cap. 43. num. 1. & ſeqq.*, 3 progreſſu tamen temporis unicuique officio, & Dignitati certa indumentorum forma tradi cœpit ad eum profecto finem, & effectum ut ex mediantia Clericorum ordines diſtinguerentur inter ſe, ut colligitur ex iis, quæ S. Gregorius Magnus ſcripſit ad Joannem Epiſcopum Ravatinatem, dum illius Clero Mampulorum uſum conceſſit, de quibus in *Canon. 22. diſt. 63.* Godefrid Hermant. *Clav. Eccleſ. Diſciplin. in voc., & honeſt. Cleri pag. 199.*

Si itaque præcipuum diſtinctivum ſignum inter 4 ordinem Superiorem, & inferiorem conſiſtit in habitu, ut animadvertit Card. de Luc. *de Canonic. diſc. 41. num. 2. circa fin.*, ita modum ut ex majori Indumen- 5 torum ornatu, majeſtas quoque Dignitatum appareat, ut expreſſe dicitur *in Cap. 61. Apoſtolica de Privileg. in 6.* & profeſſi ſunt Patres Concilii Salisburgenſis celebrati anno 1386. *Canon 6. de diſferen. habit. major., & inferior. ubi ut Canonica tiſtetur Auctoritas, quod ex majori decore, & majeſtate eorum apparere debet majeſtas Dignitatum* =, ſequitur inde, quod ſicuti Dignitates, & Canonici Me-

tro-

tropolitanæ Eccleſiæ Bergam tempore hyberno contradiſtinguntur a Beneficiatis Cleri inferioris, mediante delatione Cappæ cum Mozzetta, & Rocchetto, ita contradiſtingui debent tempore æſtivo, quo utuntur ſolo Superpelliceo. Cum autem Dignitates, & Canonici ad hoc diſcrimen inducendum per tempus immemorabile deferre conſueverint Superpellicea cum manicis elevatis ſuper humeros, & mediante hoc peculiari ſigno diſtinctus remanſerit Ordo ſuperior ab inferiori, dum Eccleſiaſtici Cleri inferioris, licet uti fuerint ſimili Superpelliceo, manicas tamen detulerint, vel uſque ad humum demiſſas, vel brachiis a tergo revolutas, graduſque utrique modus deferendi Manicas elevatas ſuper humeros non debet eſſe communis omnibus Cleri, ſed privative dumtaxat ipſarum Dignitatum, & Canonicorum, illis maxime obtinetur
6 gradinum, & ordinum conſenſu, in Eccleſiaſticis Hyerarchiis ſemper vitanda, aliaſque diverſa inter Clerum ſuperiorem,
7 & inferiorem contradiſtinctio, ex diverſitate, & qualitate Veſtium cognoſcenda, quia æqualitas habitus, æqualitatem etiam
8 Dignitatis hoc arguerent, ex animadverſis per *Pignatell. conſult. Canon. 54 num. 6., & conſult. 59 num. 6. tom. 6. Ventrigl. in prax. part. 2. Annot. 3 §. 2. num. 27.* Rota in *Gerunden. Delationis almutiarum 13. Januarii 1690. §. Ex quibus etc. hoc num, Herosinale*, & exteris adductis obſervat Deciſio diei 25 Junii 1725 §. *nedum*, & 26 Junii 1726 §. *Ut ſuſſi*, cor. *Me*

Quodque revera Dignitates, & Canonici a tempore immemorabili conſtaverint uti prædicto ſigno diſtinctivo deferendi manicas Superpelliceorum elevatas ſuper humeros, & quidem privative quoad Beneficiatos, ceteroſque Eccleſiaſticos inferioris ordinis, ſitis ſuperque juſtificatum remanebat ex ſecreta depoſitione decem Teſtium ad inſtantiam Capituli formiter examinatorum, etiam quibus concedant etiam ipſimet Teſtes vigore remiſſorialis Rotalis a Beneficiatis inducti, ultro admittentes, quod Parochi, & Beneficiati Cleri inferioris in propriis Eccleſiis deferunt manicas Superpelliceorum humi demiſſas, vel brachio involutas, ut *in præſenti Summario Capituli num. 16. lit. D. E. F., & num. 17. litt. A. & B., & num. 18. litt. D., & num. 20. litt. E. F. G. H. I., & num. 31. litt. B. & C.*, qui
9 proinde contra inducentes Superaltivum probationis gradum attingunt, juxta tradita principia de quibus Rot. *in Dauten. jur. decif. 813. num. 18., coram Celſo, deciſ. 150. num. 6., & coram cont. deciſ. 35. num. 4. part. 19. & in Urbevetana Capellaniæ 17. Julii 1686. §. Multoque minus par ma*

Abſque eo quod ad enervandum vim prædi-

cti immemorabilis conſuetudinis, cujus vigore ex diverſo modo deferendi Superpelliceorum manicas inducta fuit contradiſtinctio Ordinis ſuperioris ab inferiori, obeſſe valeat, quod Beneficiati non renuant deferre manicas oblongas, & uſque ad humum demiſſas, aut brachiis advolutas in omnibus aliis functionibus, ſed ſolum reſtringunt eorum prætenſionem ad delationem Superpelliceorum cum manicis ſuper humeros elevatis in tribus ſignatis Proceſſionibus Rogationum, quibus interveniunt etiam Dignitates, & Canonici. Nulla namque eſt aſſignabilis diſcriminis ratio cur Beneficiati, aliique Eccleſiaſtici Cleri inferioris, qui per diverſam habitus formam diſtinguendi ſunt a Canonicis, deferre debeant Superpellicea cum manicis oblongis uſque ad humum demiſſis aut brachiis obvolutis, in quibuſcumque Eccleſiaſticis functionibus, quibus non intervenit Capitulum, in Proceſſionibus vero Rogationum, ad quas convenient una cum Capitulo deferre poſſint
10 Manicas elevatas ſuper humeros, quando de cætero ubique locorum, & occaſione cuiuſlibet functionis, ſignum contradiſtinctivum debet eſſe conſtans, & uniforme, ſemperque congruit ordinatæ Hierarchiæ Eccleſiaſticæ regimini ut cognoſcatur diſtinctio gradus ſuperioris ab inferiori, & unus Ordo cum alio non confundatur, prout ſequeretur quatenus in Proceſſionibus Rogationum Beneficiati geſtarent manicas Superpelliceorum eodem modo, quo illas deferunt Dignitates, & Canonici, ut animadvertit Deciſio diei 27. Junii 1726. §. *Omnia itaque*, cor. *Ma*.

Quatenus ex hujuſmodi relevantia Beneficiatorum dumtaxat reſtricta ad Proceſſiones Rogationum, quibus interveniunt etiam Dignitates, & Canonici non abs re conjici poteſt, quod illorum prætenſio meram ſapiat æmulationem, & coæqualis prærogativæ uſurpationem, & appetentiam, ſoloque tendit ad illum finem, ut in dictis functionibus Rogationum, in quibus, tam Dignitates, & Canonici, quam Beneficiati conjunctim proceſſionaliter incedunt, ſublato de medio unico illo ex-
11 terno ſigno diſtinctivo Ordinis ſuperioris ab inferiori, Beneficiati æquales appareant Dignitatibus, & Canonicis, quod non eſt permittendum, ut egregie conſiderat Deciſio diei 24. Januarii 1721. §. *Profecto*, cor. *bon. mem. de Heiteta.*

Non relevante, quod Superpelliceum ſit indumentum competens indiſtincte omnibus Eccleſiaſticis, ideoque ex illius delatione, nequeat deſumi ſignum aliquod contradiſtinguens unum ordinem ab altero. Vis enim non ſtat in ſimplici, & materiali delatione Superpelliceî, quam Capitulum non prætendit ſibi privative competere ad excluſionem Beneficiatorum, ſed in diver-

diverſo modo deferendi dictum indumentum, quamvis autem Superpelliceum fuerit
12 indifferenter introductum pro omnibus Clericis, ex determinatione Concilii Bahlenſ. *ſeſſ.* 21. ad Sacras Eccleſiaſticas functiones obeundas, ut refert Durand. *in ration. Divin. Offic. lib.* 3. *cap.* 1. Piſcar. Caſtald. *in prax. ceremon. lib.* 2. *ſect.* 1. *cap.* 13. *num.* 1. Gavant. *in comment. ad rubr. Miſſal. part.* 2 *tit.* 1. *verb. ſuperpelliceum*, non inde tamen excluditur, quod
13 modus illud deferendi poſſit eſſe diverſus ad conſtituendum ſignum diſtinctivum Ordinis ſuperioris ab inferiori, nullamque involvit repugnantiam, quod Superpelliceum ſit de per ſe indumentum commune omnibus Eccleſiaſticis, & quod vel per immemorabilem conſuetudinem, vel per Privilegium Apoſtolicum ab eadem immemorabili præſumptive reſultans induci potuerit, ut Dignitates, & Canonici illud deferant cum manicis elevatis ſuper humeros, Beneficiati vero Cleri inferioris cum manicis uſque ad humum demiſſis, vel brachio involutis, ut reſpondendo objecto firmarunt omnes præcedentes cauſæ Deciſiones, Prima nempe diei 24. Januarii 1721 *§. In quibus* cor. bon. mem. de Herrera, Secunda diei 25 Junii 1723. *§. Nec ſatisfaciebat, & ſeqq.* cor. bon. mem. Lancetta, Tertia diei 25 Junii 1725. *§. Neutiquam obſtabat*, cor. Me. & demique Quarta diei 26 Junii 1726 *§. Multoque minus* penes cor. Me.

Multoque minus ad intentum Beneficiatorum ſuffragari poterat exceptio aliàs inculcata,
14 quod prædictus modus deferendi manicas Superpelliceorum elevatas ſupra humeros tamquam parum decens, & minime conveniens honeſtati Eccleſiaſticæ tolerari
15 non debeat. Inſpectio namque decentiæ, & honeſtatis, cujus cognitio pertinet ad Sac. Rituum Congregationem, non cadit ſub examine præſentis Cauſæ, in qua ſolum quæritur an prædictus modus debeat eſſe privativus pro ſolis Dignitatibus, & Canonicis, ſeu potius etiam communis Beneficiatis Cleri inferioris, qui
16 minus recte poſſunt hodie redarguere dictum modum geſtationis Manicarum, tamquam minus honeſtum, & indecentem, quando ipſi uſque nunc totos impenderunt conatus, etiam aſſumendo, mediante remiſſoria Rotali, probationem immemorabilis ad effectum ſubſinendi, quod ſaltem in Proceſſionibus Rogationum Clero inferiori competeret jus deferendi manicas Superpelliceorum elevatas ſuper humeros.

Et nihilominus demum ponderabant DD., quod prædictus modus delationis Manicarum, non ſolum fuit obſervatus per tempus immemorabile in Archidiœceſi Burgenſi ſub oculis tot Archiepiſcoporum, qui illum permiſerunt, ſed ulterius adhuc eſt in uſu in pluribus aliis Metropolitanis, &
17 Cathedralibus Regnorum Hiſpaniæ, & ſignanter in Eccleſiis Hiſpalenſi, & Compoſtellana, ut ponderat Deciſio diei 25 Junii 1726 *§. Nec diſſimilis*, & poſtrema, diei 25 Junii 1725 *§. Nullum vero* cor. Me; adeoque ſuaſibile non eſt, quod idem modus diſconveniat honeſtati Cleri totius, & Diſciplinæ Eccleſiaſticæ, cum præſumi non debeat quod tot Præſules permittere voluerint, & velint in eorum Eccleſiis obſervantiam illicitam, minus honeſtam, & Eccleſiaſticæ Diſciplinæ contrariam, ut proſequitur eadem noviſſima Deciſio diei 26. Junii 1726. *dicto §. Nullum vero*, cor. Me.

Denique ad elumbrandam immemorabilem conſuetudinem privativam militantem favore Capituli, nullius efficaciæ comperte ſunt depoſitiones Teſtium, quos Univerſitas Beneficiatorum Cleri inferioris examinari curavit in vim remiſſoriæ Rotalis, tum quia iidem Teſtes, ultra quod ſubjacent ſubſtantialiſſimis exceptionibus, tam in perſona quam in dictis, nullatenus authadent immemorabilem cum ſuis neceſſariis requiſitis, tum etiam quia majorem fidem ſibi vindicant, & præferendi veniunt alii Teſtes
18 a Capitulo inducti, tamquam numero plures omni exceptione majores, & juris aſſiſtentia ſoffulti, ut diſtincte conſiderat mea præcedens Deciſio diei 25 Junii 1725. *§. Ierra, tum ſeqq.*, & reaſſumit altera diei 26 Junii 1727 *§. fin.*

Et ita, Capitulo Metropolitanæ dumtaxat Informante, Beneficiatis vero Cleri inferioris pluribus intimationibus lacceſſitis, diu expectatis, & ex abrupto aſſectantium dilationem petentibus, reſolutum fuit.

R.P.D.

R. P. D. RATTO.

BURGEN. PRÆEMINENTIARUM.

Veneris 27. Junii 1727.

ARGUMENTUM.

Hæc eſt quarta Deciſio confirmatoria præcedentium ſupra poſitarum in qua pariter approbatur modus geſtandi Superpelliceum cum Manicis ſuper humeros revolutis quo ſolent uti Canonici Cathedralis Eccleſiæ in proprii gradus diſtinctivum, privative quoad Parochos, & Beneficiatos, alioſque Clericos inferiores.

SUMMARIUM.

1 De ſtylo Sacræ Rotæ, cauſa in nova propoſitione ita committi debet, ut ſuffragium præſtare poſſint Auditores diverſi ab illis, qui in antecedentibus inſtantiis ſuffragati fuerant. Et de ratione.

2 Tum ex diſpoſitione Juris, quam ex universali conſuetudine, quilibet Ordo ſuperior in Eccleſiaſtica Hierarchia debet habere ſua peculiaria inſignia, & indumenta, per quæ contradiſtinguatur ab ordine, & cætu inferiori.

3 Graduum, & ordinum confuſio in Eccleſiaſtica Hierarchia eſt ſemper vitanda.

4 In Præeminentiarum materia conſuetudo, præſertim immemorabilis, vim legis obtinet.

5 Depoſitioni Teſtium, alii contrarium nequeunt, qui ſubjacent ſubſtantialibus exceptionibus tam in perſona, quam in dicto.

6 Teſtes, quando non probent immemorabilem cum ſuis requiſitis?

7 In concurſu Teſtium hinc inde, præferuntur illi, qui ſunt numero plures, & ab omni exceptione immunes, ac juris aſſiſtentia ſuffulti.

8 Superpelliceum eſt Indumentum omnibus Eccleſiaſticis commune: cujus privative delatio ab Ordine majori prætendi nequit.

9 Exinit quoad modum ad effectum diſtinguendi Ordinem ſuperiorem ab inferiori.

10 Modus deferendi Superpelliceorum manicas elevatas ſuper humeros eſt patrum decens, & non convenit Eccleſiaſticæ dignitati.

11 Hujuſmodi cognitio pertinet ad Sac. Rituum Congregationem.

12 Quod improbare nequeunt illi, qui ſimili modo Superpelliceum deferre prætendunt.

13 Præſertim ſi decens reputari debeat ex conſuetudine aliarum Eccleſiarum, & quare? & num. ſeq.

DECISIO LVII.

Controverſiam Præeminentialem exortam inter Dignitates, & Canonicos Metropolitanæ Eccleſiæ Burgen., & univerſitatem Cleri inferioris dictæ Civitatis ſuper jure deferendi in Proceſſionibus, aliiſque Eccleſiaſticis functionibus manicas Superpelliceorum elevatas ſuper humeros, quod ab immemorabili tempore privativum eſſe conſuevere Dignitatum, & Canonicatum ejuſdem Metropolitanæ in ſignum contradiſtinctivum ordinis Superioris ab inferiori, definivit prius in judicio poſſeſſorio Reverendiſſimus Archiepiſcopus Burgen. favore dictæ Univerſitatis, mediante ſuo Decreto, quo eidem tribuit manutentionem in quaſi poſſeſſione deferendi manicas ſuper humeros extenſas in Proceſſionibus Litaniarum, & Rogationum a parocho, qui Beneficiati egredi deberent ab Eccleſia Metropolitana, quouſque pervenirent ad Eccleſiam, in qua facienda erat Rogatio.

Verum devoluta Cauſa in gradu Appellationis per Capitulum interpoſitæ ad Sacrum Tribunal, & cumulato petitorio cum poſſeſſorio, geminæ prodierunt ſententiæ Rotales conformes. Prima nempe lata e bon.

bon. mem. de Herrera, prævia Deciſione diei 24. Januarii 1721., Secunda vero a memetipſo promulgata poſt tres Deciſiones editas die 28. Junii 1723 cor. bon. mem. Lancetta, & die 23. Junii 1725., & 26. Junii 1726. cor. Me, quibus declaratum fuit = *Conſtare de bono Jure Capituli Metropolitanæ, ideoque propterea dandam eſſe manutentionem in poſſeſſione deferendi in quibuſcumque Eccleſiaſticis functionibus Superpelliceum cum manicis elevatis ſuper humeros, privative quoad omnes Beneficiatos Inferiores* =

Minime acquieſcens hujuſmodi judicato Univerſitas Beneficiatorum, novam reportavit commiſſionem in gradu ulterioris Appellationis, quæ ob ſuperventam Turnorum mutationem, mihi pariter fuit directa ad effectum, ut in nova cauſæ diſ-
3 cuſſione ſuffragium præſtare poſſent Auditores diverſi ab illis, qui in antecedentibus inſtantiis ſuffragati fuerant, & ſic conſultum remaneret indemnitati appellantis, ne iterum eorumdem ſuffragiorum judicio ſubjici deberet, juxta laudabilem Sacræ Rotæ Stylum, de quo in *Tamajolen. Beneficii 20. Januarii currentis anni 1727 § 1. tamen illius § 99. 101. R. P. D. mei Nuntii*. Quamobrem in audientia diei 7. Martii præteriti, diſceptando propoſito dubio = *An ſententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda?* = & in contumacia, Univerſitatis Beneficiatorum Cleri inferioris pluries monitæ, diu expectatæ, & ſub affectata dilatione inſtantia reſolutionem cauſæ protrahere ſatagentis, reſponſum fuit = *Pro confirmatione ſententiæ Rotalis* =

Succeſſive tamen poſt evulgatam Deciſionem, ut Univerſitas prædicta experimento diſceret, Sacrum Auditorum, ea qua decet maturitate, & quantum fieri poteſt utrinque caſtigatam rationibus ſedulo perpendere eſſe unice intentum ad exæquale juſtitiæ diſtributivæ implementum, fuit illico admiſſa ad beneficium novæ Audientiæ adverſus præfatam reſolutionem, veriſimili præſertim conveniente ſpe, quod ſicuti tanta anxietate ſub eadem die 7. Martii breviſſimam dilationem ad alteram ex Rotæ proxime imminentibus poſtulaverat, ita longioris temporis opportunitate aſſequuta, deducere non omiſiſſet in nova cauſæ propoſitione rationes omnes, propter quas ſibi fortaſſe blandiebatur oſtendere poſſe præcedentium Judicatorum injuſtitiam. Conceptam attamen ſpem ſefellit eventus, quia licet ego tam quam cauſæ Ponens repetitis vicibus ejus Defenſoribus, & Agenti denunciaverim, quod omnino in una ex his poſtremis Audientiis ante ferias generales aſſumendum erat cauſæ examen, pluresque deſuper interceſſerint judiciales intimationes, nihilominus omnes diligentiæ ceſſerunt in irritum, dum tandem ejuſdem Univerſitatis defenſores obduratum Animum non comparendi nutu apertiſſime patefecerunt. In hoc itaque rerum ſtatu, ne debitus juſtitiæ curſus diutius remorari contingeret, ſub aſſueto dubio conſului hodie Dominos meos, & habui reſponſum = STANDUM ESSE IN DECISIS =

Firmiſſimum namque denuo compertum fuit illud fundamentum in omnibus cauſæ Deciſionibus amplexum, quod ſcilicet tam
2 reſpectu diſpoſitione juris, tum attenta univerſali conſuetudine, quilibet Ordo ſuperior debet habere ſua peculiaria inſignia, & indumenta, per quæ contradiſtinguatur ab ordine, & cœtu inferiori, ut firmat Deciſio diei 28. Junii 1723. § *Quod Canonici*, cor. bon. mem. Lancetta, & proſequuntur aliæ diei 25. Junii 1725 § *Subdiſtere*, 26. Junii 1726 § *Si enim*, & 7. Martii præteriti § *Subjiciens*, coram Me. Unde cum Dignitates, & Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ Burgenſis, qui tempore hyberno contradiſtinguuntur a Beneficiatis Cleri inferioris, mediante delatione Cappæ cum Mozzetta, & Rocchetto, ad inducendam ſimilem contradiſtinctionem tempore æſtivo, quo ſolo Superpelliceo utuntur, per tempus immemorabile diſtincte conſueverint Superpelliceorum manicas elevatas ſuper humeros, ad differentiam dictorum Beneficiatorum, aliorumque Eccleſiaſticorum Cleri inferioris, qui licet pariter uti ſoleant Superpelliceo, illius tamen manicas detulerunt, vel uſque ad manum demiſſas, vel brachio obvolutas, hic profecto modus deferendi Manicas elevatas ſuper humeros, non debet eſſe communis univerſo Clero, ſed privative dumtaxat ipſarum Dignitatum, & Canonicorum; alias enim non ſolum nulla dignoſceretur diſtinctio inter ordinem Superiorem, & inferiorem, ſed maxima oriretur graduum, & ordinum
3 confuſio in Eccleſiaſtica Hierarchia ſemper vitanda, ut probat Deciſio diei 14. Januarii 1721 § *Sed ab erlu* cor. bon. mem. de Herrera, 25. Junii 1725. § *Verb*, 26. Junii 1726. § *Hoc juſto*, & 7. Martii præſenti § *Si ſiquis* cor. Me, & firmat Rota in *Burgen. Præeminentiarum 18. Martii 1726. § 30. 121. R. P. D. mei Calcagnino*.

Dubitari non poterat, quod revera per tempus quæmcumque memoriam Hominum excedens in Eccleſia Metropolitana Burgenſi prædictus modus deferendi manicas Superpelliceorum fuerit privative ſervatus inter Dignitates, & Canonicos in peculiare ſignum diſtinctivum Ordinis ſuperioris ab inferiori, dum ex depoſitione decem Teſtium ſuper interrogatoriis ſpecifice examinatorum ad inſtantiam Capituli, juſtificatum remanebat Dignitates, & Canonicos ſemper habuiſſe proprium, & diſtinctum indumentum, conſiſtens in Cappa, Mozzetta, & Rocchetto, tempore

pore hyemali, & in Superpelliceo cum Manicis elevatis ſuper humeros tempore æſtivo, Beneficiatos vero Cleri inferioris, ut diſtinguerentur a Dignitatibus, & Canonicis conſueviſſe deferre Manicas prædictas ad oblongas, & uſque ad brachium demiſſas, vel brachiis circumvolutas. Idcoque ſi delatio Superpelliceorum cum manicis elevatis ſuper humeros juxta vetuſtiſſimam conſuetudinem, a præfatis Teſtibus comprobatam, præciſe ſervata fuit ad effectum, ut Dignitates, & Canonici ſecerni poſſent a reliquis Eccleſiaſticis Cleri inferioris, nequit amplius dubitari, quin etiam hodie dictus modus deferendi Manicas debeat eſſe privativus Dignitatum, & Canonicorum, cum in hac præeminentiarum materia Conſuetudo præſertim
4 immemorabilis totam operetur, tantæque ſit efficaciæ, ut vim legis obtineat, quemadmodum præter addu bas in Deciſione diei 25 Junii 1723 §. *Quod autem*, & 26 Junii 1726 §. *Et ſane*, coram Me, comprobat Card. de Luc. *de Præeminent. diſc.* 23. num 11 Rot. *deciſ.* 469 num 3 *part.* 19. *tom.* 2 *recent. in Cracovien. Præcedentiæ* 25 Februarii 1715 §. *Prima ea*, cor. clar. mem. *Card. Scotto*, *in Taurin. Præeminentiarum ſuper reſcriptis* 23 *Junii* 1719 §. *Hæc militat*, cor. R. P. D. meo *de Gamaches*, & *in Novarien. Præminent.* 26. *Julii* 1726. §. *Ad augendam*, cor. Me.

Abſque eo quod univocam depoſitionem prædictorum Teſtium contraponi valerent alii Teſtes examinati ad inſtantiam Univerſitatis Cleri inferioris in vim remiſſionis Ro-
5 talis, tum quia ſubjacent pluribus ſubſtantialiſſimis exceptionibus tam in Perſona, quam in dictis, ut probat Deciſio diei 25. Junii 1725 §. *Ultra autem*, cum duobus ſeqq. cor. Me. Tum quia non con-
6 cludunt immemorabilem cum ſuis debitis requiſitis, ut animadvertit eadem Deciſio
7 §. *Quo vero*. Tum denique, quia in concurſu Teſtium hinc inde, ſemper præferendi ſunt illi a Capitulo inducti, tamquam numero plures ab omni exceptione ammotos, & juris aſſiſtentia ſuffulti, ut animadverſis per Rot. *in Seſſanimia Præeminentiarum* 18. *Martii* 1726. §. *ac cor. R. P. D. meo Calcagnino*, & proſequutus Deciſio diei 25. Junii 1725 §. *Centrum*, 26 Junii 1726 §. *Quibus ita*, & 7. Martii præteriti §. *Denique*, cor. Me.

Haud ſufficiente, quod ex conſuetudine Eccleſiæ Superpelliceum ſit indumentum om-
8 nibus Eccleſiaſticis commune, ideoque Capitulum prætendere non poſſit privativam illius delationem. Capitulum namque minime contendit ſibi privative competere delationem Superpellicei ad exclusionem Beneficiatorum, ſed ſolum ſuſtinet, quod modus illud deferendi, debeat eſſe diverſus, ad conſequendum ſignum diſtinctivum inter Ordinem ſuperiorem, &

inferiorem. Stat autem bene ſimul, quod Superpelliceum, tamquam indumentum omnibus Eccleſiaſticis commune, deferri valeat tam a Dignitatibus, & Canonicis, quam a Beneficiatis, & quod per immemorabilem conſuetudinem ſecum ferentem præſumptionem cujuſcumque Apoſtolici Privilegii, præveniri indoeri, ut Dignitates, & Canonici illud deferant cum Manicis elevatis ſuper humeros, Beneficiati vero Cleri inferioris cum manicis oblongis, & uſque ad brachium demiſſis, vel brachiis involutis, ad conſequendum
9 neceſſarium illum finem, quod ex hujuſmodi diverſo modo delationis indumenti, cæteroquin indifferentis & communis, Ordo ſuperior contradiſtinctus remaneat ab inferiori, prout reſpondendo objectis firmant omnes Cauſæ Deciſiones, Prima nempe 24. Januarii 1721. §. *In minime* cor. bon. mem. de Herrera, Secunda diei 28 Junii 1723 §. *Nec ſatisfaciebat*, & *ſeq.* cor. bon. mem. Lancetta, Tertia diei 25. Junii 1725 §. *Nunquam*, Quarta diei 26. Junii 1726 §. *Multipliciter*, ac demum Quinta 7 Martii præteriti §. *Nec relevan-*
11 *tes* cor. Me.

Paſſim neque obeſſe videbitur, quod modus prædictus deferendi Superpelliceorum
10 Manicas elevatas ſuper humeros ſit parum decens, & minime conveniat honeſtati Eccleſiaſticæ, quodque propterea tolerari non debeat. Hæc enim ſuſpectio
11 decentiæ, & honeſtatis, cujus cognitio pertineret ad Sac. Rit. Congregationem, non cadit ſub examina præſentis cauſæ, in qua ſolum diſceptatur, an idem modus debeat eſſe privativus quoad ſolas Dignitates, & Canonicos, ſeu potius communis etiam quoad cæteros Eccleſiaſticos Cleri inferioris, qui multo minus poſſunt hodie redarguere dictum modum
12 tamquam indecentem, & honeſtati Eccleſiaſticæ adverſantem, quando uſque nunquam adhibuerunt conatum ad effectum probandi etiam media ne Reverendiſſimi Rotali, quod ab immemorabili tempore Beneficiati Cleri inferioris, ſaltem in Proceſſionibus Rogationum ſoliti fuerunt deferre Manicas Superpelliceorum elevatas ſuper humeros, prout deferunt Dignitates, & Canonici, ut ponderat Deciſio diei 26 Junii 1726 §. *Nullam vero*, & altera diei 7 Martii præteriti §. *Multaque motus* cor. Me.

Animadvertendo præſertim, quod hæc con-
13 ſuetudo deferendi Manicas Superpelliceorum elevatas ſuper humeros, non ſolum molevit per tempus immemorabile in Metropolitana Eccleſia Burgenſi, ſed alternatim viget in aliis pluribus Metropolitanis, & Cathedralibus Regnorum Hiſpaniæ, prout ſignanter juſtificatum fuit quoad Eccleſiam Hiſpalenſem, & Compoſtellanam, & obſervat Deciſio diei 25 Junii 1725.

§ *Nec diſſimilis*, 26 Junii 1726 § *Nullum vero*, & 7 Martii præteriti § *Et ſubſiſtentias*, cor Me, Ideoque figurabile non eſt, quod modus prædictus ſit parum decens, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ diſconveniens, cum præſumi non debeat, quod tot inſignes Præſulas ad regimen dictarum Eccleſiarum aſſumpti, tam in præteritum, quam ad præſens ſub eorum propriis oculis permittere voluerint, & veluti obſervantiam putam decentem,

minus honeſtum, & Eccleſiaſticæ Diſci-
14 plinæ contrarium, ut conſideratum fuit
in prædicta Deciſione diei 26 Junii 1726.
§ *Nullum vero*, & in illa diei 7 Martii
præteriti § *Et ſubſiſtentias* cor Me.

Et ita remiſſive in reliquis habentibus ſe Dominis ad præcedentes Deciſiones, & Capitulo Metropolitanæ dontaxat informante; Univerſitate vero Cleri inferioris in ſua inexcuſabili contumacia firmiter perſiſtente, reſolutum fuit.

R. P. D. RATTO.

CALARITANA JURIUM PAROCHIAILUM SUPER BONO JURE.

Lunæ 2. Julii 1725.

ARGUMENTUM.

Agitur de facultate, qua pollet Parochus in aſſociatione funeris ſui Parochiani, qui tumulari debeat in Eccleſia Regularium, ſita extra fines ſuæ Parochiæ, & intra terminum alterius.

SUMMARIUM.

1 Rota reſpondet etiam contra Informantem.
2 Parochus occaſione aſſociandi funus ſui Parochiani ad Eccleſiam Regularium, ſitam extra fines propriæ Parochiæ, Cotta, & Stola indutus, ac Cruce elevata, libere tranſire poteſt per alienam Parochiam, etiam alterius Diœceſis, irrequiſito ejus Parocho.
3 Reſolutiones Sacrarum Congregationum, emanatæ per viam legis univerſalis, ubique ſunt ſervandæ, & tanquam leges in quocumque Tribunali recipi debent.
4 Quas Reſolutiones ſemper reverenter amplectitur S. Rota.
5 Quando Parochianus in aliena Eccleſia eſt ſepeliendus, delatio funeris uſque ad illam pertinet ad proprium Parochum.
6 Qui tamen is debet aſſociare funus uſque ad Eccleſiam Regularium, in qua Cadaver ſepeliendum eſt, & in ejus liminibus tenetur illud dimittere, benedicere, eique dare ultimum vale.
7 In confinio vero ejus Parochiæ tenetur conſignare Cadaver alteri Parocho.
8 Contra.
9 Crux in funeribus non extollitur in ſignum demonſtrativum Juriſdictionis, ſed tanquam Chriſtianorum vexillum, ſub quo Defunctus in vita militavit.
10 Delatio Stolæ in Parocho eſt ſignum Parochialis officii, & Juriſdictionis.
11 Juriſdictio Parochi non cenſetur turbata, ſi alter Parochus, aſſociatus Cadaver ſui Parochiani ad Eccleſiam Regularium, ſitam in aliena Parochia, Stolam deferat.
12 Præſertim ex praxi Eccleſiarum Urbis, quæ dat legem, & normam ubique ſervandam.

DECISIO LVIII.

Civitas Calaris, Regni Sardiniæ Metropolis, duo inter cætera habet Suburbia, unum nempe vulgo dictum *Leapole*, ſeu, *della Marina*, cui præeſt Eccleſia Parochialis S. Eulaliæ, in qua degunt plures Presbyteri Communitatem efformantes, alterum vero nuncupatum *di Villanova*, cui ſimiliter præeſt altera Eccleſia Parochialis S. Jacobi cum ſua Presbyterorum Communitate. Extra vero dicta Suburbia verſus Maris Litus, conſtructæ reperiuntur aliquæ Eccleſiæ, & Conventus Regularium, ac præſertim PP. Ordinis Minorum Obſervantium, Trinitariorum, & Redemptionis Captivorum, in quibus Eccleſiis ſæpe contingit,

nopt, ut eorundem Suburbiorum habitatores Sepulturam eligant.

Anno 1720 ſequuto obitu cujuſdam Mulieris de Suburbio *Leapola*, quæ ſepulturam ſibi elegerat in Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis PP. Redemptionis Captivorum, Parochus S. Eulaliæ Cotta, & Stola indutus, ac elevata Cruce, cum Communitate Presbyterorum ſuæ Parochialis, proceſſionaliter aſſociavit dictæ Mulieris Cadaver uſque ad præfatam Eccleſiam, in qua humari debebat. Prætendente autem Parocho S. Jacobi quod ille S. Eulaliæ ſuam turbaverit juriſdictionem, ſtante quod Cruce elevata, nec non Cottam, & Stolam deferens tranſiverat per Parochiam Sancti Jacobi, intra cujus circumdatium exiſtere contendebat dictam Eccleſiam, & Conventum PP. Redemptionis Captivorum, delata fuit judicialis contentio ad Curiam Archiepiſcopalem Calaritanam, in qua ſub motivo, quod in toto Territorio poſito extra mœnia, tamquam proprio Suburbii Villænovæ ſpectet ad Parochum Sancti Jacobi jus adminiſtrandi Sacramenta, aliaque jura Parochialia exercendi, prodiit ſententia declarans = *Communitatem S. Eulaliæ nullum jus habere ad hoc, ut extra terminum propriæ Parochiæ aſſiſtere valeat in forma Communitatis, & Cruce Parochiali erecta in funeribus mortuorum Suburbii Leapola, ſi extra dictam Parochiam elegerint ſepulturam in aliqua ex ſuperius memoratis Eccleſiis*.

Ab hujuſmodi judicato Eccleſia Parochialis, & Communitas S. Eulaliæ interpoſuit Appellationem ad Delegatum Apoſtolicum Judicem Gravaminum in Regno Sardiniæ, qui diſcuſſionem boni Juris aſſumere noluit, in ſummariiſſimo poſſeſſorio decrevit = *Communitatem Parochialis Eccleſiæ S. Eulaliæ manutenendam fore, & eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi, aſſiſtendi in funeribus Defunctorum in dicta Suburbio* (ſcilicet Leapolæ) *decedentium, & Officium funerale celebrandi in forma Communitatis, & Cruce Parochiali erecta, etiamſi Sepulturam ſibi elegerint in aliqua ex relatis Eccleſiis, dummodo tamen exiret Cadavera mortuorum per portam denominatam de Jeſus, non vero per portam denominatam de Villanova* =, & non eo contextu reſervavit Communitati, & Parocho S. Jacobi jura ſibi competentia in judicio plenario, ſeu petitorio.

Cum autem ad reclamationem Parochi, & Communitatis S. Jacobi commiſſa mihi fuerit ulterioris appellationis cauſa de mandato Sacri Tribunalis adhærentis inſtantiæ ejuſdem Parochi S. Jacobi una cum aliis contemporaneis dubiis, altero nempe ſuper Manutentione, & altero ſuper remiſſoria, & compulſoria petita ex parte Parochi & Communitatis S. Eulaliæ diſceptandum propoſui in hodierna Audientia = *An, & de cujus bono Jure conſtet* = Sed quamvis Parochus S. Eulaliæ, totis viribus intentus ab obtinendam compulſoriam, & remiſſoriam ſuper hoc dubio petitoriam concernente, reſolutionem diſcerſi expeteret, cum tamen Sacra Rota pro exacto juſtitiæ complemento, ad rigoroſam diſcuſſionem cauſarum etiam in contumaciam alterius ex Partibus ſedulo intenta, prætenſionem Parochi, & Communitatis S. Jacobi prorſus jure deſtitui cognoverit, non dubitavit reſpondere *contra Informationem*, ſcilicet = CONSTARE DE BONO JURE ECCLESIÆ PAROCHIALIS S. EULALIÆ EJUSDEM COMMUNITATIS =, prout in ſimilibus caſibus alias reſcribere conſuevit, & ſignanter in *Romana Lauretana Mentium 11 Decembris 1713 cor. illo Paluzzerio, in Romana Legati de Conſiſio ſuper funeribus 25 Junii 1714 coram bo. mem. Anſaldo, & in Barcin. Benefitiorum 10 Februarii 1719 cor. eod. Emo D. Card. Falzonerio*.

Quippe namque inſpectione illa, an Eccleſiæ, & Conventus Regularium extra Suburbia Civitatis Calaris, & prope littus Maris exiſtentia reperiantur intra limites Eccleſiæ Parochialis S. Jacobi, ſeu alterius Parochialis S. Eulaliæ, quæ quidem in ſpecimen extimum a deciſione præſentis controverſiæ ſeparantur Domini; Fundamentum reſolutionis in eo conſtitutum fuit, quod etiamſi Eccleſia B. Mariæ Virginis PP. Redemptionis Captivorum, in qua Mulier prædicta ſepulturam elegerat, & aliæ omnes prædictæ Regularium Eccleſiæ ſitæ eſſent intra limites Parochiæ S. Jacobi, adhuc Parocho ejuſdem Parochiæ nullum jus competere poſſet ad effectum impediendi liberum tranſitum per illam alteri Parocho S. Eulaliæ aſſociante cadaver propriæ ſubditi uſque ad

a Eccleſiam ſepelientem. Parochus enim occaſione aſſociandi funus ſui Parochiani, qui in Eccleſia Regularium extra fines propriæ Parochiæ exiſtente Sepulturam elegit, Cotta, & Stola indutus, ac Cruce elevata libere tranſire poteſt per alienam Parochiam, etiam alterius ejuſdemque Diœceſis, irrequiſito ejus Parocho, ut in puncto definivit Sacra Congregatio Concilii in Papien. *Funerum 28. Novembr. 1671*, ibi = *Parochus Defuncti tranſeundo per Parochiam unius Parochi alterius ejuſdemque Diœceſis, ad effectum deferendi proceſſionaliter Cadavera ad Eccleſiam Regularium, poſſit libere, & licite per eandem cum Stola, & Cruce elevata tranſire, etiam irrequiſito Parocho*. = Ac denuo declaravit etiam Sacra Congregatio ſuper Negot. Epiſcop. & Regul. propoſita die 15. Novembris 1675. teſte Matthæucc. in *Official. Cur. Eccleſiaſt. cap. 11. num. 2. in fin.*, ibi = *licere propriis Parochiis defuncti tranſeundo per Parochiam unius Parochi alterius ejuſdemque Diœceſis, ad effectum deferendi proceſſionaliter Cadavera ad Eccleſiam Regularium*,

lanam, poſſe liberè, & licitè per eandem cum Stola, & Cruce elevata tranſire, etiam irrequiſito Parocho. ☞

Quæ profectò Sacrarum Congregationum reſo-
3 lutiones emanatæ per viam legis univerſalis, punctualiter ubique ſervandæ veniunt, & tanquam Leges in quocumque Tribunali recipi debent, ut animadvertit Rota *in Perusina Præeminentiarum 2. Decembris 1711. §. Porrò, cor. bon. mem. Anſaldo, in Romana Jurium Parochialium 27. Julii 1714. §. Ideoque cod., in Perusina Jurium Parochialium 7. Decembr. 1716. §. Idque, cor. bon. mem. Lancetta, & in Romana Matrimonii 3. Junii 1719. §. Inſiſtendum, cor. R. P. D. meo Curio.* Præſertim verò in
4 noſtro Sacro Auditorio, quod earumdem Sacrarum Congregationum oracula, ea, qua par eſt reverentia, ſemper veneratur, ac ſequi profeſſum fuit, ut ex ſubjecta materia videre eſt *in Neapolitana Jurium Parochialium 23. Martii 1722. §. Utique cor. bon. mem. Anſaldo, & in dicta Perusina Jurium Parochialium 7. Decembr. 1716. §. Neque amplius, cor. bon. mem. Lancetta.*

Et in individualibus terminis, quod quando
5 Parochianus in aliena Eccleſia eſt ſepeliendus, debeat funus uſque ad illam perſtrui ad Parochum proprium, egregie firmat Gambarus *in cap. si Antiqua num. 20. poſt med. de Conſtitut. in 6.* Gratian. *diſcept. Forenſ. cap. 492. num. 29.* Amoſtaz. *de cauſ. Piis lib. 6. cap. 3. num. 23.*

Quinimò juxta communem Doctorum omnium
6 ſententiam ab eadem Sacra Congregationibus receptam, proprius defuncti Parochus non ſolum poteſt, ſed debet aſſociare funus, uſque ad Eccleſiam Regularium in qua Cadaver ſepeliendum eſt, & in ejus foribus tenetur Cadaver dimittere, benedicere, eique dare ultimum vale alias proprio muneri ſibi incumbenti deficeret, ex animadverſis per Lantuſc. *theatr. Regular. verb. Exequiæ,* Barboſ. *in Summ. Apoſtolic. deciſ. verb. Funeral. num. 1., & de Parochi part. 3. cap. 26. num. 75., & de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 2. cap. 10. num. 75.* Paſſerin. *de Stat. Homin. tom. 2. quæſt. 187. art. 4. num. 19. verſ. Parochus tamen.* Nicol. *lucubrat. canon. lib. 4. tit. 15. num. 25. verſ. 3.* Amoſtaz. *de cauſ. Piis lib. 6. cap. 3. num. 15.* Romaguer. *ad conſtit. Synodal. Gerunden. lib. 3. tit. 9. cap. 3. num. 20.* Tondut. *quæſt. Beneficial. lib. 2. cap. 63. num. 26.* Ventrigl. *in prax. for. Eccleſiaſt. tom. 2. annot. 31. §. 5. num. 37.* Card. de Luc. *de parochis diſc. 31. num. 6.* Paramell. *theſ. 1. annot. 10. num. 18.* & declaravit Sac. Cong. Rituum *in Senogallien. 13. Julii 1675. ad quintum dubium apud* Matheuc. *in Official. cur. Eccleſ. cap. 20. ſub num. 1.,* & Sac. Cong. Epiſcopor. *in Lucerina funerum 22. Septembr. 1702. Tom. II. mem. Card. Ferraris, & in Senogallien. Sepultura 23. Decembr. 1707.*

ad ſecundum dubium Pontiſ. el. mem. Card. Gabrielio, ubi in fortioribus terminis Eccleſiæ ſepultura poſita in alia Diœceſi.

Atque hinc quælibet aſſiſtentia juxta per jus deſtituta nititur Domini prætenſio Parochi S. Jacobi, in eo conſiſtens, quod communitas Eccleſiæ Parochialis S. Eulaliæ aſſociando funera ſuorum Parochianorum, qui elegerunt Sepulturam in dicta Eccleſia Regularium prætergredi non valeat Raſtrum Portæ Suburbii *de Villanova,*
7 ſed ibidem conſignare teneatur Cadaver communitati Eccleſiæ S. Jacobi, quæ proſequendo funus ſub propria Cruce Parochiali illud tranſferat uſque ad prædictas Regularium Eccleſias. Si enim proprius
8 Parochus defuncti tenetur aſſociare illius Cadaver uſque ad fores Eccleſiæ, in qua tumulandum eſt, ibique illud dimittere, benedicere, eique dare ultimum vale, ut ſuperius oſtenſum fuit, hoc non eidem Parocho injunctum adimpleri non poſſet, quatenus in via publica non adhuc vias Eccleſiæ pro Sepultura electæ conſignari deberet Cadaver alteri Parocho, per cujus Territorium ob accidentalem cauſam aſſociationis funeris tranſeundum eſſet; eòque propter dicendum venit, quod Parochus S. Eulaliæ, ut muneri ſui incumbit, non ſolum ducere poteſt funus ſui Parochiani uſque ad Raſtrum Portæ Suburbii *de Villanova,* ſed illud proſequi debet etiam per alienum Territorium, donec perveniat ad Eccleſiam ſepelientem, ut in ejus foribus data cadaveri ultimum vale, illudque benedicere valeat, Et præſertim adſtipulante ratione quod Parochus *jurisdictionem* illam, quam habet in ſuum Subditum in ordine ad ea omnia, quæ ad ſuum officium pertinent, tanquam illius Paſtor exercere poteſt independenter in quocumque loco, ut in propoſito advertit Pignatell. *conſult. Canon. 58. num. 21. & in tom. 3.*

Non relevante, quod cum Parochus habeat intentionem fundatam quoad exercitium omnium Actuum, & Juſium Parochialium tam in Eccleſia Parochiali, quam intra fines totius Parochiæ, privativè quoad omnes, ſi Parochus S. Eulaliæ liberè tranſire poſſet per Suburbium *de Villanova,* & Cruce elevata, ac Stola, & Cotta indutus proceſſionem funeralem ducere uſque ad Eccleſias Regularium, turbata remaneret Juriſdictio Parochi S. Jacobi, intra cujus Parochiæ circumdationem omnes dicti Actus peragerentur: Parochus enim S. Eulaliæ ducendo funus ſuorum Parochianorum ad Eccleſias Regularium, in quibus electa fuit ſepultura, non invadit Juriſdictionem alienam, ſed propriam exercet, quia juriſdictio Parochi erga proprium ſubditum defunctum non præſcribitur intra certos limites, ſed eò uſque durat, donec illius Cadaver perveniat ad Eccleſiam Regula-

rium,

Google

ctum, in qua perperam Sepulturæ tradebet; in medium, ut quotieſcumque, & ubicumque illud in tali ſtatu tranſportem contingat, repelli nequeat Parochus ab exercitio ejuſdem juriſdictionis, ut probe adnotarunt Navar. in *Summa Bullar. Commentat. 31. ſub num.* 1. Vener. *in examen Epiſcopal. lib. 6. cap.* 12. *de ſepultur. mortuor. in Eccleſ. Regular. num.* 4. Ventrigl. *in prax. fori Eccleſ. tom.* 1. *annot.* 31. *§. Unic. Numer.* 39. Lavor. *var. lucubrat. tit.* 11. *cap.* 3. *num.* 110. Rota *in Romana Jurium Parochialium* 18. *April.* 1720. *§. Dubitandum, cor. R. P. D. meo Cerro*, *& in Romana Funeralium* 1. *Martii* 1720. *§.* 20. *cor. R. P. D. meo Cabagnino*.

Hoc autem juridico principio retento, ſequitur, quod juriſdictio Parochi per cujus Territorium accidentaliter tranſit alter Parochus aſſociando funus ſui ſubditi, nullo modo læſa remanet, nec ex elevatio-
9 ne Crucis, nec ex delatione Stolæ. Crux enim in funeribus non extollitur in ſignum demonſtrativum alicujus juriſdictionis, ſed ſolum tamquam Chriſti auorum vexillum, ſub quo Defunctus in vita militavit, ut obſervat Vitalis *in Clement. Archiepiſcopo De Privileg. num.* 3. *ibi ex iſtis infero, quod Crux, quæ defertur per Sacerdotem ante funus tempore Sepulturæ, quæ portatur ad Eccleſiam, portatur ſolum cauſa devotionis, & memoriæ Paſſionis Chriſti in ſignum, quod funus iſt illius hominis, qui dum vixit, & moriens, fuit dicto ſignaculo Sanctæ Crucis inſignitus, non autem cauſa alicujus Præeminentiæ debet deferri* = Paſſerinus *de ſtat. homin. tom.* 2. *quæſt.* 187 *art.* 4. *num.* 186., *verſ. Sed ratio, ibi = Sed ratio aperta, & manifeſta in promptu eſt, quia Crux eſt militiæ Chriſtianæ vexillum, ſub quo militant, qui in Chriſtum credunt, unde merito antecedit funeralem proceſſionem in ſignum, quod Defunctus, dum vixit ſub Crucis vexillo Chriſto militavit, unde & eſt in eorum numero, qui conſecuturi præmia Chriſti militibus promiſſa ſperamus*.

Delatio vero Stolæ, licet, in Parocho ſit ſi-
10 gnum Parochialis Officii, & juriſdictionis, ut pluribus adductis Sac. Congregationis Concilii decretis firmat Rota *in Nullius, ſeu Montis Caſſinen. Monumentorum ſuper delatione Stolæ* 22. *Junii* 1714. *§. Meritis cor. bon. mem. Anſaldo*, cum tamen, ut dictum eſt, hoc Parochiale Officium, & juriſdictio quoad Defunctum ſpectet ad proprium illius Parochum, donec Cadaver perveniat ad Eccleſiam Regularium,
11 in qua ſepeliendum eſt; poteſt utique dictus Parochus libere deferre Stolam, nedum intra ſuæ Parochiæ limites, ſed etiam in Proceſſione funerali egrediente dictos limites, etiam deferre poteſt intra fines alterius Parochiæ, per quam fit tranſitus, cum exinde alienæ juriſdictio turbata cenſeatur, ut in puncto edocent Barboſ. *in jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 76., *&* 77.; *& in Summ. Apoſtolic. decis. verb. Stola num.* 2. *&* 3. Paſſerin. *de Stat. Homin. tom.* 2. *quæſt.* 187. *art.* 4. *num.* 190. *verſ. Sic vero* Gobat *conſult. diſq.* 118. *num.* 6, & conſervat deducta per Rot. *in dicta Nullius, ſeu Montis Caſſinen. Monumentorum ſuper delatione Stolæ* 22. *Junii* 1714. *§. Conſonantia, cor. bon. mem. Anſaldo*, ubi quod Stola unice deferenda eſt a proprio Parocho illorum, quorum Cadavera aſſociantur.

Accedebat denique in hujus manifeſtiſſimæ
12 veritatis comprobationem inconcuſſa praxis, quæ ſervatur in Urbe Roma, ubi ſub noſtris oculis quotidie videmus Parochos unius Parochiæ, Cruce elevata, nec non Cotta, & Stola indutos, indifferenter tranſire per alias Parochias intermedias pro aſſociandis Cadaveribus ſuorum Parochianorum ad Eccleſias, in quibus ſepulturam ſibi elegerunt; quæ quidem praxis Urbis, tamquam Magiſtræ omnium Eccleſiarum totius Chriſtiani Orbis dat Legem, & normam ubique ſervandam, eoque etiam in dubio ſtandum, ex collectis per Barboſ. *de Offic. & pot. Epiſcop. part.* 3. *allег.* 78. *num.* 35. Pignatell. *conſult. Can.* 76. *num.* 11. *tom.* 5. Sperell. *deciſ.* 76. *num.* 16. Rot. *deciſ.* 588. *num.* 7. *cor. Cavalerio deciſ.* 460. *num.* 62., *& deciſ.* 563. *num.* 2., *&* 3. *part.* 19. *recent.*, *in Mediolanen. Parochialis* 9. *Julii* 1708. *§. Hinc, cor. bon. mem. Omanæ*, *in Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. *§. Nihilo tamen, cor. bon. mem. Anſaldo*, *in Caſtellanen. Præcedentiæ ſuper bona Jure* 27. *Januarii* 1713. *§. Illiſum, cor. eod., & in Romana Jurium Parochialium* 18. *Aprilis* 1720. *§. Poſtremo, cor. R. P. D. meo Cerro*.

Et ita, ex fundamentis, ut ſupra conſtitutis, mihi ſuerunt Domini ad reſpondendum contra tranſeuntem.

R. P. D.

R. P. D. RATTO.

CALARITANA JURIUM PAROCHIALIUM SUPER MANUTENTIONE.

Lunæ 2. Julii 1725.

ARGUMENTUM.

Agitur de Manutentione, concedenda habenti bonum jus, & poſſeſſionem. Quid requiratur ad effectum præſcribendi Actus facultativos, & quando illi non remaneant præſcripti?

SUMMARIUM.

1 Manutentio conceditur ei, cujus favore negotium principale, ſeu petitorium canonizatum fuerit.

2 Præſertim ſi concurrat quoque poſſeſſio.

3 In concurſu Teſtium hinc inde, præferri debent deponentes favore habentis Juris aſſiſtentiam.

4 Actus facultativi per quodcumque temporis ſpatium ab aliquo exerciti, non inducunt præſumptionem, niſi probetur, quod alias voluerit eodem modo agere, quodque fuerit prohibitus, & prohibitioni acquieverit.

DECISIO LIX.

Abſoluto examine Dubii bonum juris concernentis quod hodie *contra Informationem* reſolutum fuit, quæſivi iterum a Dominis meis *an, & in qua ſit danda Manutentio?* ac ſed pariter *contra Informantium* habui reſponſum = *DANDAM ESSE MANUTENTIONEM PAROCHO S. EULALIÆ* =

Quandoquidem tamen præfatis, Manutentio contextualiter diſcutiatur cum ipſo bono jure, & ex rationum momentis fuſe ſuis expenſis in contemporanea Deciſione, Sacrum Tribunal alarum agnoverit bonum jus competens Eccleſiæ Parochiali, & Communitati S. Eulaliæ, ad effectum, ut ejus Parochus occaſione aſſociandi funera ſuorum Parochianorum, qui decedunt in Suburbio *Lapoli*, Cruce elevata, nec non Cotta, & Stola indutus libere tranſire poſſit per Territorium alterius Parochiæ S. Jacobi, donec perveniat ad Eccleſias Regularium, in quibus Cadavera ſepeliri debent, atque eidem Parocho S Eulaliæ ſuper annexis omnium præfatorum

1 relatum decernenda erat Manutentio, quæ tamquam pediſſequa boni juris, abſque ulteriori indagine ſemper conceditur ei, cujus favore negotium principale, ſeu petitorium canonizatum remanſit, ut mille ex ſtamatis Rota, & *ſignanter in Romana Jurium Parochialium 27. Junii 1714. §. Convenit, cor. bon. mem. Anſaldo, in Gerun-*

dien. Jurium Parochialium ſuper Manutentione 27. Martii 1716 §. Maxime, cor. Reverendiſſimo Criſpo Archiepiſc. Ravennaten., in Forolivien. Jurium Parochialium 7. Decembris ejuſdem Anni §. Sed. cor. bon. mem. Lancetta, in alia Gerunden. Jurium Parochialium ſuper Manutentione 5. Maii 1719. §. Etenim, cor. ſuperius cor. R. P. D. meo Cerro, & in Bononien. Beneficiorum ſuper Manutentione 9. Martii 1722. §. Licet inter, cor. R. P. D. meo Caliagno, & in Imolen. Reparat. ſuper Manutentione 8. Junii currentis Anni 1725. §. Conſtito, cor. Me.

Eoque fortius concedenda viſa eſt manutentio Parocho S. Eulaliæ, cujus favore concurrit etiam quaſi poſſeſſio aſſociandi Cadavera uſque ad prædictas Regularium Eccleſias, & tranſeundi per aliam Parochiam S. Jacobi, ut deponunt plures Teſtes pro ejus parte inducti, qua ſtante

2 poſſeſſione aſſiſtentiam boni Juris comitante, numquam denegari ſolet Manutentio, ut proſequitur Rota *in d. Gerunden. Jurium Parochialium ſuper Manutentione 27. Martii 1716. §. Conſiſtit, cor. Reverendiſſimo Criſpo, in Calaritana Manutentionis 16. Januarii 1722. §. de poſſeſſione, cor. Reverendiſſimo de Herrera Ep. Segovien., in d. Bononien. Beneficiorum ſuper Manutentione 9. Martii ejuſdem anni §. Attamen, cor. R. P. D. meo Caliagno, in Tuſcana Decimarum ſuper Manutentione 30. Junii 1724. §. Eo-*

§. Eoque certius, cit. Ebo D. Card. Falconeris, & in d. Leodien Ripoſiti ſuper Manutentione S. Pauli prætertii §. Proſtatim, cor. me.

Abſque eo quod obeſſe valeant, quod alii Teſtes deponant favore Parochi S. Jacobi, Cadavera Defunctorum Suburbii Leopole in Eccleſias Regularium ſepeliendi, fuiſſe alias aſſociata per Parochum S. Eulaliæ uſque ad Raſtrum Portæ nuncupatæ di *Villanova*, ibique conſignata Parocho S. Jacobi, qui illa ſub ſua Cruce Parochiali transferre conſuevit ad præfatas Eccleſias Regularium. Tum quia in concurſu Teſtium hinc inde, ſemper eſ-
5 ſent præferendi illi, qui deponunt favore Parochi S. Eulaliæ habentis pro ſe aſſiſtentiam Juris, ut monet Rot. *deciſ.* 457. *num* 5. *et Duran* ... *Jun deciſ.* 16 *num.* ... *cor.* S. M. *Alexandro VIII deciſ* 501. *num.* 4 *part.* 13. *recent*, *in Gerunden* ... *Parochialitatis ſuper manutentione* 5. *Maii* 1719 § *Primo*, ... R. P. D. ... *Cerro*, & *in Bergam.* ... 23 *Ju*...

4 ...*ali prætereà* §. *Cæterum*, ... *me*. Tum & fortius, quia cum agatur de actibus facultativis, hujuſmodi actus, etiam per mille annos exerciti, nullum præjudicium inferre potuiſſent Parocho S. Eulaliæ aſſiſtentia Juris fulcito, niſi probaretur, quod ipſe eum Proceſſione funerali voluerit prætergredi Raſtrum Portæ di *Villanova*, & libera tranſire per Territorium Parochi S. Jacobi, quodque fuerit prohibitus, & prohibitioni acquieverit, ut tradita per Epiſcop. Rocca *diſp. Jur cap.* 58. *num* 13. Antonell. *de temp. Legal. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 4. Rot. *deciſ.* 885. *num.* 8. *cor. Emerix Jun deciſ.* 308. *num.* 11., & *ſu part* 17. *deciſ* 595. *num.* 11. *part* 18 *tom* 1. *recent.*, *in Bituntina Statutorum* 26. *Junii* 1719. § *De cætero*, *cor. bon. mem. de Maryaux*, & *in Bononien. Canalis Navigli ſuper Privativis* 1. *Julii prætereà* § 17. *cor. Me*.

Et ita, utraque Informante, reſolutum fuit.

R. P. D. REZZONICO POSTEA CLEM. XIII.

LEODIEN. MANUTENTIONIS.

Lunæ 30 *Aprilis* 1731.

A R G U M E N T U M.

Manutentio ad ſtatum poſſeſſionis conceditur. Præcedendi autem poſſeſſio ex quibus ſatis probata dicatur?

S U M M A R I U M.

1 Manutentio ad ſtatum poſſeſſionis conceditur, ſive tam in de corporalibus, ſive de incorporalibus juribus.

2 Teſtes licet non formiter examinati, ſufficientem tamen conſtituunt probationem in Judicio manutentionis, in quo leviores probationes admittuntur.

3 Eoque magis, ſi ultra idoneam ſcientiæ cauſam, ... ætate, ... Sacerdotio, ... Eccleſiaſtica dignitate præcellant.

4 Leodienſis Eccleſiæ res, & conſuetudines ab Hiſtoricis relatæ, & a quibus?

5 Hiſtoricis in materia conſuetudinis, & obſervantiæ ſuper rebus antiquis, non parum eſt deferendum.

6 Maxime, dum teſtimonium perhibent de propriæ Patriæ uſibus, de quibus individue informati præſumuntur.

7 Ad Præeminentiæ, & Præcedentiæ probationem in primis conſiderari actus plurimi tam antiqui, tum moderni Seſſionis in loco digniori, & Prioritatis in Terræ Secundus.

Subſcribendo.

Atque indeclinabilem conſtituunt conſuetudinem.

8 Conſuetudo in materia Præeminentiarum jus tribuit, ac totum facit.

9 Abbates ratione Dignitatis, debent cuicumque, qui Epiſcopo ſit inferior, præcedere.

10 Abbates, nequeunt abſque ſpeciali Epiſcopi indulto uti Pontificalibus omnimodis extra ſeptæ Monaſterii.

11 Inferior quandoque ratione Sacri diguioris Habitus, vel ornamenti, Superiorem præcedit.

12 Simplices Presbyteri, imo & Diaconi, ac Subdiaconi Pluvialibus, Planetis, vel Dalmaticis parati, antecedant Canonicos, ipſique Vicario Generali.

At non ideo Præeminentiam ſibi valent afferere in aliis actibus. *ibid.*

13 Abbates Pontificalibus induti, licet Archidiaconis præcedant in aliquibus functionibus...

ctionibus, nequeunt jus præcedendi in alios quoque actibus ſibi afferere, aiſi illud concludenter probent, nec manutentionem obtinere valent.

Unicos enim ille actus, non autem Sectis ornamentum, quam dignitati referibilis eſt, ad generis æquivocas. *ibid*

24 Ex actu ad ſic referibili, tamquam æquivoco, nullum jus concedendæ manutentionis argumentum inſurgit.

25 In Edictis Synodalibus, ſubmittitur tam Abbatibus, quam Archidiaconi, antepoſitio Abbatum facta per Notarios ſequentes conſuetam formulam, nequit tribuere Præcedentiæ prærogativam, quæ ex conſuetudine Archidiaconis ſit debita.

26 Documenta nunquam in Actis producta, tanquam extra Mundum, nullam probationem conſtituunt.

27 Abbates ſi ſederunt immediate poſt Decanum ſedentem a dextris Epiſcopi, & Archidiaconi e latere ſiniſtro ſictum poſt Epiſcopum, dignitatem locum Archidiaconi obtinuerant; utpote Epiſcopo proximiores.

18 Maxime, ſi prius fuere interrogati, & ſuffragium dederunt ante Abbates.

19 Ex unico Præcedentiæ actu, verificato ante motam litem, Manutentio competit.

20 In Judicio manutentionis non eſt attendenda exceptio requirens altiorem indaginem, ſed ad petitorium eſt remittenda. *&* num. 25.

21 Archidiaconalis dignitas ex ſui originaria inſtitutione dicitur oculus Epiſcopi, & habet adnexum Vicariatum ſum exercitio Juriſdictionis Epiſcopalis, & prima Dignitas in Cathedrali Eccleſia poſt Epiſcopalem dicitur.

22 Juriſdictio hæc in pluribus Regionibus in deſuetudinem abiit.

23 In aliquibus tamen adhuc viget, & ſignanter in Diœceſi Leodienſi.

24 Quænam vero ſit Archidiaconorum Leodienſium juriſdictio?

25 Manutentio in præcedendo concedi debet ad tramites longævæ poſſeſſionis.

26 In longæva ſive poſſeſſione quilque conſervandus eſt, donec de Titulis in oppoſitum allegatis in ſuo formali Judicio plenius diſcutiatur.

DECISIO LX.

ORta inter Archidiaconos Cathedralis Eccleſiæ Leodien., & Abbates Regulares SS. Jacobi, & Laurentii diſſidio circa Præcedentiam in Actibus, Seſſionibus, & Eccleſiaſticis Functionibus, tam publicis, quam privatis, delata fuit ſupremo noſtro Tribunali controverſia cognitio, ſuſpenſiſque ex parte Archidiaconorum Petitorii: propoſito ad eorum inſtantiam in Summariſſimo Poſſeſſorio conſueto dubio = *An, & quibus ſit danda manutentio* =, cui reſponderunt Domini = *MANUTENTIONEM ESSE DANDAM ARCHIDIACONIS*. =

Ex pluribus ſiquidem, ac relevantibus facti ſupra ſumptum, concludebant Archidiaconi ſe ſe reperiri in actuali poſſeſſione habendi præcedentiam erga dictos Abbates SS. Jacobi, & Laurentii, unde manuten-

1 tio, quæ ad ſtatum poſſeſſionis conceditur, ſive nec ſit de corporalibus ſive de incorporalibus juribus, eisdem denegari neutiquam poterat, ut generalibus conclu-ſi, in terminis Præcedentiæ firmant Poſſh. *de manut. obſer. 10. num 31. & ſeq.* ibique Rot. *dec. 32. & 33. per tot.* Tundut. *quæſt. Benef. lib. 1. cap. 84. num. 3.* Frances *de Eccleſ. Cathedr. cap 33 num.* 171, *&* 177 Rot. *in Pampilonen. Præeminentiarum* 31 *Febr.* 1700 *§ Fertius, & § Poſtello, cor. bon. mem. dell' Olmo, & in Placen. Juris ſedendi in choro* 16. *Julii* 1705. *§ Probatur, cor. R̃mo Criſpo, & in Taurin. Præeminentiarum ſuper manutentione* quod ceſſerunt 19. Novembris 1717 *§ Ex illa etim, cor. bon. mem. Anſaldo*.

Singillatim autem rundetenus ea quæ adducta fuerunt, ad fundandam dictorum Archidiaconorum quaſi poſſeſſionem præcedendi, primo loco ſe ſe offerebant octo ſupra viginti Teſtes, quorum nonnulli individuos referunt Actus, in quibus præcedentiam ſuper quoſcumque Abbatiſſas Monaſteriorum exiſtentium in Civitate, ac Diœceſi Leodienſi, ſemper Archidiaconi obtinuerant, omneſque unanimiter deponunt de hac longæva quaſi poſſeſſione Præcedentiæ, abſque eo quod unquam fuerit in contrarium executioni demandatum, vel auditum qui Teſtes,

2 quamvis non fuerint ſimul ter examinati, ſufficientem tamen probationem conſtituere viſi ſunt, ſicut in hoc ſummariſſimo Manutentionis Judicio, in quo leviores admittuntur probationes, ut in hisce terminis firmat Rot. apud Poſſh. *de manut. d. obſ. 30. num 4. &* Pamphilio *Præeminentiarum* 7. *Maii* 1701 *§. Fortaſſe, cor. bon. mem. Omnec, & d. Placen. Juris ſedendi in choro* 16. *Julii* 1704 *§ Nil obſtat., cor. bon. mem. Muto, & in Mediolanen. Præeminentiarum* 1. *Decembris* 1705. *§ Ad eſt dudum vero, cor. bon. mem. Anſaldo*; at-

3 tento præſertim qualitate in pluribus ex dictis Teſtibus concurrentis, quæ ultra idoneam ſcientiæ cauſam, fidem ſui conciliat, dum alii ætate, alii Sacerdotii, alii Eccleſiaſtica Dignitate graves dignoſcuntur *Cap. in noſtra de Teſt. leg. 1. Lib. ex-*

men

meu ſ. Tiſſes ſ eodem. Rote arr. Argnil. deciſ 110. num. 21, & cor. Eus Falconer. deciſ 12. cem 7. nt. 3 de Breef tom 1.

Longævam hanc quaſi poſſeſſionem Præcedentiæ corroborant ſecundo, tum Antiqui, tum moderni Hiſtorici ex profeſſo ſcribentes de rebus, & conſuetudinibus Eccleſiæ Leodienſis, inter quos præcipuus ex antiquis Peter Bartholomæus Fiſen è Societate Jeſu *in ſua Hiſtor. Eccleſ. Leodien.*, in qua loquens de diſtincte Archidiaconorum Dignitate, & Juriſdictione ait = *Eorum ex Dignitas eſt in Eccleſia Leodienſi, ut Abbates etiam in Conſeſſione antecellant* = Weteſpen *Jur Eccleſ. univ lib. 1. tit. 11. num 23.* Xemet Doctor Lovanien. *in tract de Archidiac. cap. 6., & 8 per tot.*, & inter Modernos Louren *in tract de Orig. Offic. & Jur. Præpoſit Eccleſ. Leodien. diſſert 10. di Præced. & Juriſdict. num 15 & 16.* nuperrime P. Bonille Carmelita *in ſuo Conſiſt. Leodien. Hiſtor. impreſſ Anno 1715., ibi = S'aſſumano, che queſto ſommo Pontefice (idest Leo III.) ai le primerogh iſtanni dal medeſimo Veſcovo ottano in Luogo &c. Iſtital ette Archidiacconi, li quali anno il privilegio della precedenza nell' Aſſemblee ſopra gli Abbati Mitrati* =

5 Quibus Hiſtoricorum traditionibus in materia conſuetudinis, & obſervantiæ, ſuper rebus aut quaſi in latebris abſconditis, non parum eſt deferendum, *ad Text. in cap. cum tanſam 19. di probat* Gemminen. *in cap. Quamvis ante ſi et diſt.* Pariſ *conſ. 1. cum 50 lib. 1.* Rot. *in Coſſ. deciſ 328. ſub cem. 10, tot. Emtrix Jur. deciſ. 24 num. 3, in Andrien. Præminen. sistam ſupra bene Jure 17 Februarii 1710 §. Neque, coram Rño Aldrovando, cam alia in Bolonia. Bicorum 4. Octobris 1706 § Speciali, cor. bon. mem* Corelio, Maxime

6 dum res eſt de Hiſtoricis, qui teſtimonium perſcribent de propriæ Patriæ uſibus, quorum præſumuntur habere individuam informationem, ut bene ponderat Rot. *apud Poſth. di Merit. deciſ 594. num 11, in Leodien, Juriſdictionis 17. Januarii 1699. § Sed ſtarum, tot. el. mem. Card.* Sime, & magis in ſpecie laudeto nominatum dicto P. Fiſen. *in Leodien. Juriſdictionis 27. Aprilis 1705 § Abſque re quod in ſin. cor. bon. mem. Anſeldo.*

Teſtium, & Hiſtoricorum fidei ſtimulantur tertio innumera Acta, & monumenta, tum antiquorum, tum modernorum temporum lete *in Summæ Archidiaconorum* regiſtrata, ex quibus longæva eorumdem poſſeſſio antecellendi Abbates verificare plenius eruitur. Conſtitit enim, Archidiaconos primum ſemper obtinuiſſe locum in Seſſionibus, Subſcriptionibus, ejuſque

7 Actibus, & Locis, in quibus cum Abbatibus hactenus convenerant, quæ certo certius ad Præeminentiæ, & Præcedentiæ ſuperioritatem plenam conſe-

cunt, ut de Seſſione in loco digniori Petrinell *deciſ 1. Anno 6. cum 17.* Ad dem ad Ludovic *deciſ. 421. verſ. Præcedentiæ* Rot. *apud Poſth di Merit. deciſ 594. num. 11.* & de potentate in Subſcribendo notat Franc *di Eccleſ. Cathedr. cap 33. num 163. cum plurib. ſeqq.* Petrinell *deciſ 1. cent. 6. num. 17.* Adden. ad Ludovic *loc. cit. § Verum, prope fin.* Rot. *apud Poſth di Merit deciſ cap num 7.* Quæ omnia præcipue ſimul juncta citra dubium ſuperiore Archidiaconorum conſtituunt indeclinabilem conſuetudinem, quæ

8 in materia Præeminentiarum jus tribuit, an totum facit, *ad Text. in Cap. Cum olim extra de conſuetud*, ubi per Bald. Gloſſ *in Cap. 2. Verbo Auſcultetur de ſin. di Offic. Archidiac.* Cyriac *controv. 401 num 173.* Rot. *apud Poſth de merit. deciſ 31. num. 6, deciſ. 594. num. 3, & in Tampinnen Præeminentiarum 3. Februarii 1700. §. Feriam, 7. Martii 1701. § Iterum, & 27. Junii ejuſdem Anni § Ex Teſtibus, cor. bon. mem. dall' Olmo.*

Hinc autem inconcuſſam obſervantiam, & reſpectivam quaſi poſſeſſionem fruſtra infringere ſatagebant Abbates SS. Jacobi, & Laurentii, ſive quæ in Proceſſione, quæ pro celebrande tranſlatione Corporis Divi Lamberti ſingulis renovatur Annis,

9 ipſi Archidiaconis præcellant, ſive quia ratione Dignitatis, quæ præfulgent, deberent cuicumque alteri Perſonæ, quæ ſit Epiſcopali inſignita præferri. *Ad Text. in Cap. Hac conſult. di Offic. dileg. in 6. cap. Statuimus de major. & obed. Abb. de cap. per totum 30. de Judic.* Leput *alleg. 84. num. 11.* Franco *di Eccleſ. Cathedr. cap 33 cum 61 & 63.* Tambur *de Jur. Abb. diſp. 1. quæſt. 2. n. 6. tem 1.* Rot. *apud eundem deciſ. 41 num. 2., cor. Ottobon deciſ. 4. num 30.*

Quod enim attinet ad præcedentiam in dicta Proceſſione, quam ultro Archidiaconi admittebant, ejusmodi fuit in facto, quod licet dicti Abbates ex ſpeciali Indulto, ea occaſione, Mitra, & Sandaliis induti, & Baculum pro manibus geſſentes, præcellerent dictos Archidiaconos, attamen in aliis Actibus, ipſa Proceſſione ſub eadem die expleta ſolito, dicti Abbates ſedent poſt Archidiaconos quia de re, qua ad Actum ſolemnis Proceſſionis, non inconguæ videbitur dicendum, primum locum illis ultimo fuiſſe intuitu dictorum Pontificalium Ornamentorum, quibus ex ſpeciali Epiſcopi conſenſu utuntur, cum alias tale quid Abbatibus extra ſepta Mona-

10 ſterii non ſit permiſſum extra ſolemne, & generale Decretum S. C. R. 27 Septembris 1659., approbatum a S. M. Alexandro VII., de quo Piten. *diſcept. 101. num. 38. tom. 4* & bene ponderat Scarfantoni *ad Stceper, lib. 1. in animadverſ. ad tit. 19 a num. 9. uſque ad 12.* Rot. poſt Card. de Luc. *de Juriſdict. deciſ 66. per tot. tom. 1.*

T 2 In

ut dies ſiquidem frequentiſſime accidit,
21 quod inferior, cæteroquin poſtponendus, in aliquo nihilominus particulari caſu, ratione ſacri digniori Habitus, vel Ornamenti, ſuperiorem præcedat: ſuperpliceatum Presbyterum uno & Diacono, ac Sub-
22 diacono cum Pluvialibus, Planetis, vel Dalmaticis parati antecedunt Canonicos, ipſique Vicario Generali, abſque eo quod, ex hoc pro inducenda præeminentia in aliis Actibus, ulla deſumi valeat præſumtio, Gratian. *diſcept. Forenſ. cap. 498 num. 63. & ſeq., cap. 845. num. 38* Lotter. *de Re beneſic. lib. 1. cap. 17 num. 21.* Tambur. *de Jur. Abb. lib. 1. diſp. 11 quæſt 3 num. 5*, & ad idem declaravit S. R. C. *in Veronenſi 13 Septemb. 1670.*, ut relatio per Monacell. *in form. tom. 4. pag. 99 num. 10.* Rot. *in Lucana Præeminentiarum 3. Februar. 1710. § Nullaque* ... *coram bon. mem. dell'Olmo.*

Atque hinc cum Archidiaconi non contravenirent Abbatibus, Indutis Pontificalibus in dicto ſolemni Actu Proceſſionis, locum præ-
23 cedentiam, tenentur illi ad effectum de quo agitur, in aliis quoque actibus illam conſimiliter juſtificare, ut manutentionem valeant obtinere: alias enim ex illo unico actu, qui ſiltem non minus Sacris Ornamentis, quam Dignitati reſultat ad tanquam ſeparato, nullum in-
24 fungi pro decernenda prima in oppoſitum manutentione argumentum Pamimell. *anaut. 2. num. 46. auſſ. 1.* Rot. *in recent. dec. 182 part. 17 in Albin. Prælatur. De Curſa ſuper Poteſtate 8. Martii 1712. § Nobis* ... *coram Anſaldo, in Caietana Præcedentiarum 7 April 1716 § ſinal. cor. eod., & in Romana Præcedentiæ 4. Febr. 1709. § Hæc autem, coram Eño Falconerio, inter quæ impreſ. in Miſcell. diviſ. 75. num. 14.*

Hujuſmodi vero Actus nullatenus dici poterant juſtificati ex quibuſdam Decretis Synodalibus, quæ intimata dicuntur primis Ab-
25 batibus, quam Archidiacono ultra quod omnia illa ſunt Ediſcla directa Dioceſanis, & Singulis, & conſcribuntur a Notario, qui conſuetam ſequuntur formulam, neque ſunt ex eorum arbitrio per antepoſitionem unius, vel alterius Perſonæ, auferre prærogativam Præcedentiæ, ex longæva conſuetudine debitam, attenderemus ſint hæc documenta nunquam fuiſſe in actis
26 producta, adeo ut tanquam extra Mundum exiſtentia nullum probationis genus conſtituant, juxta regulam, de qua Rot. *cor. Emerix Jun. deciſ. 140 ſub num. 10, & in Neapolitana Liquidationis ſuper Emphyteuſis 3. Julii 1713. in fin. coram Emin. Falconer. inter ejus impreſ. deciſ. 3. de Miſcellan.*

Etiamſi in Synodo convocata de Anno 1548
27 ſub Epiſcopo Georgio ab Auſtria annunciatum comperiatur, ſediſſe Abbates immediate poſt Decanum ſedentem a dextris Epiſcopi, atque alios a latere ſiniſtro ſtatim poſt Epiſcopum ſedentes Archidiaconum, ſequitur, quod uſque tunc digniorem locum obtinuerint Archidiaconi, utpote Epiſcopo proximiores. Sed quod magis eſt, in ipſamet Synodo Archidia-
28 coni interrogati etiam primi fuerant, ac ſuffragium dederunt ante Abbates, ex quo patet Archidiaconos præceſſiſſe dictos Abbates in ſedendo, ex quo oritur in votando præcedentia, ad notata per Archidiac. *in cap. fin. de Sepult. in 6.* Caſſan. *in catal. Glor. Mund. part. 4 conſid. 19.* ubi egregie Rot. apud Poſth. *de Manut. dec. 594. n. 19.*

Eoque leviores ponderis agunt ſunt præfati Actus Synodales, quia poſterioribus temporibus præceſſiſſe Archidiaconos indubium eſt, ut præ cæteris aſſumi ex Synodo Anni 1618, in quibus hinc inde ſederunt a dextris, & ſiniſtris Epiſcopi, primum Archidiaconi, & ſubinde Abbatiæ, quod ſatis ſuperque eſt, ut Archidiaconi in præſenti Judicio concedatur Manutentio, quæ ex unico etiam actu
29 ſubſiſtit de tempore ante motam litem, competit, ut in his terminis Præcedentiæ notant Rot. *in cap. 2 num. Emiſsiu. num. 91. & ſeq. de Conſtit.* Gratian. *diſcept. Forenſ. cap. 845 num. 5.* Parinoll. *deciſ. 1 num. 5.* Rota *in recent. dec. 168 num. 4. part. 6, & in dicta Viatin. Juris ſedendi in Choro 16. Junii 1705. § Et ſortius, cor. bon. mem. Muti, & in Aretina Præeminentiarum 2. Martii 1711. § Verum, cor. Rño P. D. meo Aldrovando Decano.*

Exceptio demum argumentorum Dignitatis, qua
30 pollere contendunt Abbates, etſi non habeant Territorium ſeparatum, & ordinariam Juriſdictionem in Clerum, & Populum Parochianum, apud Dominos apparuit altioris indaginis, & minime aſſumenda in præſenti Judicio; inſpecto po-
31 tiſſimum, quod dignitas Archidiaconalis ex ſui primæva, & originaria inſtitutione dicitur oculus Epiſcopi, & habet annexam Vicariatum cum exercitio Juriſdictionis Epiſcopalis, & in Cathedrali Eccleſia dicitur prima poſt Epiſcopalem, juxta *Text. in cap. 1, & tot. tit. de Offic. Archid.* Fagnan. *in cap. ad hæc eod. tit. num. 30.* Barboſ. *de Canonic. & Dignitatib. c. 5 num. 2. & ſeq.* Cocceper. *Lucubr. Canonic. lib. 1. tit. 10 num. 9.* Pirhingh. *in Jus Canonic. tit. de Offic. Archid. lib. 1. tit. 23 n. 4.* ... *in Oſnabrugen. Juriſdictionis 29 Januarii 1725. § Id autem, cor. bon. mem. Cerro.*

Et quamvis talis Juriſdictio in pluribus Regio-
32 nibus in deſuetudinem abierit, & extincta fere videatur, ut notat Card. de Luc. *de Judic. diſc. 3. num. 10., de Prælat. diſc. 20 per tot., & de Canonic. diſc. 30. num. 7,* adhuc in aliquibus Regionibus vigens
33 perdurat, ut ſignanter accidit quoad Archidiaconos Leodienſes, qui nullam paſſi fuerunt viciſſitudinem in antiquis Juribus, Prærogativis, & Præeminentiis, dum non ſolum non habent ſimplicem honorificum titulum, ſed a Leone III. Summo Ponti-
fice

ſiœ in partem Sollicitudinis Paſtoralis aſ-
24 ſumpti fuerunt, & in Locorum diſtrictu cuilibet particulariter aſſignato, repræſentando in ampliſſima Diœceſi Ipſo Epiſcopalis Antiſtitis Leodienſis eidem ſtatu tt condunt, Synodos celebrant, cenſuras relaxant, conferunt Beneficia, & ad illa inſtituunt, ac deſtituunt; de cauſis tum Civilibus, tum Criminalibus cognoſcunt, aliaque multa explent ad Epiſcopalem Juriſdictionem pertinentia, ſicuti uiten ejuſdem Civitatis Hiſtoricos, aliaque documenta hodie per ipſos exhibita, ſæpe ad miſſis in contradictorio judicio noſtrum Tribunal, & ſignanter *in Leodien. Juriſdictionis 11 April 1698. cor. bon. mem. Molinæ, & 27 Junii 1703. ¶ Præterea, & ¶ Quinimmo, cor. bon. mem. Lancetti 7. April 1704. ¶ Maxime, & 27 dicti Menſis 1705. ¶. Siquidem, cor. bon. mem. Anſaldi.*

Proindeque reſervata prætenſæ majoris Dignitatis diſcuſſione ad Petitorium, retardari interim non poterat Manutentio ad tra-
25 ctatus longævæ poſſeſſionis præcedendi, in qua reperiuntur Archidiaconi, ut præteſſe monet Rot. apud Poſth. *et Manuſ. deciſ. 32. num. 5. & 6., & deciſ. 134. num. 1.* Nil enim magis æquitati, & ratio-
26 ni conſonum eſſe poteſt, quam ut quis in ſua longæva poſſeſſione conſervetur, donec de titulo in oppoſitum allegato in ſuo formali judicio plenius diſceptatur, & ſit ed tramites poſſeſſ., ad ſumata per Poſth. *et Manut. obſerv. 44. num. 2.*, Rot. *cor. Pamphil. deciſ. 213. num. 4., cor. Dunozet Jun. deciſ. 13. num. 1. in Cerusien. Admiſſionis ad diſtributiones 18 Februarii 1707. ¶. Et ſine difficultate, cor. bon. mem. D. Aldrovando Decano.* Et magis in ſpecie ad materiam Præcedentiæ, Rot. *in Pampilonen. Præcedentiarum 3 Februarii 1700. ¶ Sed illam, cor. bon. mem. dicti Olivæ, & in Caſſanen. Præeminentiarum 22. Junii 1701. ¶ Verum, coram eodem.*

Et ita Archidiaconis Informantibus, Abbatibus vero dilationem, & cumulationem Poſſeſſorii cum Petitorio poſtulantibus, reſolutum fuit.

R. P. D. CALCAGNINO.

ROMANA CELEBRATIONIS MISSARUM.

Veneris 13. Junii 1732.

ARGUMENTUM.

Latè oſtenditur, quam religioſè ſervandæ ſint ultimæ Teſtatorum voluntates, ubi præſertim agitur de Legatis piis. Et licet Sancta Sedes de plenitudine ſuæ poteſtatis valeat commutare, ſeu alterare Pias Defunctorum diſpoſitiones, tamen ſi gratia impetretur, prout in Caſu Deciſionis, tacita veritate, vel expreſſa falſitate, non ſubſiſtetur; maxime ſi taciturnitas veri, aut falſi expreſſio difficiliorem reddidiſſet Gratiam.

SUMMARIUM.

1 Voluntas Defuncti, tamquam lex, religioſè ab hærede ſervanda eſt.
2 Et illam intervertendo, dicitur per quam dam ſpeciem furti, rem diſpoſitam contrectare.
3 Neque ultima voluntas impleri debet ſolum quoad ſubſtantiam, ſed etiam quoad modum.
4 Miſſarum celebratio, certo in loco ex Teſtatoris voluntate perpetuo celebrandarum, non debet alio transferri.
5 Per alterationem ultimarum voluntatum, tollitur ſolatium illud, quod ſæpius piis mentis morientibus indulgere.
6 & 7 Hæc tamen intelliguntur, ſalva Summi Pontificis auctoritate.
8 Quæ Teſtatoribus in Cauſam Piam legantur ſub onere perpetuæ celebrationis Miſſarum, deſinunt eſſe bona Laicalia, & efficiuntur de dominio, ſeu adminiſtratione Eccleſiæ.
9 Et habentur tamquam Deo, & Sanctis ſuis conſecrata.
10 & 11 Summum autem plenaria adminiſtratio ad Pontificem pro tempore ſpectat, tamquam caput viſibile ejus Eccleſiæ.
12 Pontifex ſemper præſumitur ex juſta cauſa movere, neque ſilentio admittitur probatio in contrarium.
13 Et habet Cœleſte arbitrium, ſtatut ipſi dici non valeat, cur ita facis?

14 Ob-

14 Obſervantia perpetua diſpoſitorum in ultimis voluntatibus circa modum, non prodit a Jure divino, vel naturali, cui diſpenſari non poſſit, ſed a Jure poſitivo & a legibus civilibus.
15 Non poteſt a Teſtatore prohiberi.
16 Hujuſmodi facultatem, commutandi ultimas voluntates, habent etiam Principes laici in rebus ſub eorum dominio, & Juriſdictione exiſtentibus.
17 Poteſtas, quam habent Summi Pontifices commutandi pias diſpoſitiones, differt ab illa, quam habent in hac materia Principes ſeculares: Ratio diverſitatis.
18 De hujuſmodi auctoritate Summorum Pontificum nullatenus ambigendum eſt.
19 Reſcriptum mendacio impetratum, licet aliis legibus conſentaneum, eſt nullum, & ſi mendacium ſit etiam fraudolentum, poteſt impetrans puniri.
20 Impetrato per mendacium reſcripto, debet Judex delegatus procedere, non ſecundum impetrantis aſſertionem, ſed pro tenore veritatis.
21 Reſcripta contra jus elicita, ab omnibus Judicibus retractanda ſunt, niſi forte ſit aliquid, quod non lædit alium, & petenti proſit.
22 Impetrans litteras Apoſtolicas, tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate, illarum commodo prorſus caret.
23 Neque circa id diſcrimen eſt inter reſcripta Gratiæ, & reſcripta Juſtitiæ.
24 Tam veri taciturnitas, quam falſi ſuggeſtio, nullam reddit gratiam.
25 Præſertim, quando alterutra, difficiliorem Papam ad gratiam reddidiſſet.
26 Sepulchra debent eſſe ab Altare diſtantia.
27 Eligens ſibi in aliqua Eccleſia ſepulturam, cenſetur eandem præelegiſſe ſuum poſt obitum domicilium. & num. 29.
28 Cum Teſtator jubet aliquid in foro fieri, id peragendum intelligitur in foro ejus domicilii tempore effectuum ad illud.
30 Ubi perpetuæ Miſſæ celebrandæ demandantur abſque ſpecificatione Eccleſiæ, celebrari debent in Eccleſia ſepulchrali.
31 Eccleſia iſta, tamquam magis acquiſitiva ipſi animam defuncti, prædilecta cenſetur.
32 Et ſicuti ſuſtinet ſervitium ſepulturæ, ita quoque commodum Celebrationis Miſſarum ſentire debet.
33 Obreptionis vitium inducitur, ſi tacetur id, quod poterit voluntatem a conceſſione gratiæ retrahere potuiſſet.
34 Non creditur impetratum a plenaria, & abſoluta Principis voluntate, cum in aliquo magno veritas reticetur.
35 Animæ Defuncti, meritis, & interceſſione adjuvatur illius Sancti, in cujus Eccleſia corpus ſuum recondi voluit.
36 Contriſtantur Animæ Defunctorum, cum videant ſe fraudari præcepto in via ſuffragio.
37 Nullum datur pro Animabus Purgatorii majus, neque uberius ſuffragium, quam Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium.
38 Quoties non agitur de jure quærendo, ſed de jam quæſito, non ſolet a Pontifice derogari.
39 Tranſlatio Miſſarum de una Eccleſia ad alteram denegari ſolet, ubi agatur de Miſſis perpetuis quæ a Teſtatore inibi ſepulto, pro ejus Animæ Suffragio relictæ ſint.
40 Circumſtantia Eccleſiæ ſepulchralis non operatur, ut hæres adigatur ad ibi Celebrationem faciendum Miſſæ a Teſtatore relictas, vi coactiva, ſed directiva, rationis ſcilicet directivæ honeſtatis.
41 In qualibet Eccleſia ſequitur implementum, ſemper pius Diſponens obtinet totum id, quod in executionem ſuæ ultimæ voluntatis debetur.
42 Præſertim quando Miſſæ relictæ, ad Altare privilegiatum transferuntur, nam ut pinguius voluntati Defuncti conſulatur.
43 In quibus caſibus procedat concluſio poſita ſub num. 41.
44 Argumentum a pinguiori Implemento locum non habet in iis caſibus, in quibus certa, ac determinata diſponentis voluntas præfinita eſt.
45 Jura altari quæſito, derogare voluiſſe concedens, non præſumitur.
46 Onus impoſitum hæredi intelligi poteſt, quod ſit perſonale ad illius vitam, non autem perpetuum.
47 Per venditionem Capellæ transfertur tantummodo jus proprium, atque utile illius dominium, ratione materialium pretio æſtimabilium.
48 Et semper Legata pia, contemplatione illius determinatæ Eccleſiæ facta.
49 Non omne Legatum Miſſarum perneceſſe importat Suffragium pro Anima Teſtatoris, licet ſæpe id præſumatur.
50 Quando Eccleſiæ nominatio ſtat demonſtrative tantum, tunc de facili permittitur Miſſarum celebratio, extra illam.
51 Ad hoc ut reſcriptum non ſortiatur effectum, ſufficit, quod ſi veritas narrata fuiſſet, Pontifex difficilius conceſſiſſet, aut veriſimiliter non conceſſiſſet.
52 In pari cauſa potior eſt favor Teſtatoris, & quæſitum jus Legatarii, quam Hæredis contra ipſius Teſtatoris votum petentis.
53 Gratia ex defectu voluntatis Concedentis, ipſo jure nulla cenſetur.
54 Expreſſa Diſponentis voluntas pro lege ſervanda eſt.
55 Relicta a Teſtatore celebratione Miſſarum in aliqua Eccleſia, tenentur Hæredes ad ſolvendum id, quod pro conſumptione Sacrarum Supellectilium debetur.
56 Quod quis facto ſuo approbavit, amplius impugnare non valet.
57 De natura ſubrogationis eſt, ut qualitates

ſatio

ſubrogantes indent, & omnia illius onera in ſe recepit.

58 Onus in una parte a Teſtatore injunctum, repetitum cenſetur etiam in altera.

DECISIO LXI.

Beatiſſimo Padre. „ La Conteſſa „ Giuſtina Geneura Baldinotti di „ Carpegna, Oratrice umiliſſima „ della S. V., proſtrata a ſuoi Santiſſimi Piedi divotamente rappreſenta, come la Marcheſa Ghezzi Baldinotti nel ſuo ultimo Teſtamento obbligò detta Oratrice ſua Figlia, ed Erede di far celebrare una Meſſa quotidiana nella Chieſa di S. Gio. de Fiorentini di Roma, finanto che dall' Oratrice foſſero ricuperati alcuni crediti ad eſſa Teſtatrice ſpettanti; Dopo la qual ricupera ne ordinò la compra di Luoghi 14. di Monti in credito della Cappella Baldinotti eſiſtente nella Chieſa ſuddetta. E perchè i Creditori del Duca Baldinotti, il quale ha eretta la ſudetta Cappella, hanno giudizialmente ottenuto la vendita di eſſa Cappella, la quale paſſerà in breve ad altra Famiglia, e così mancherà il motivo, che ha indotto la Teſtatrice ad ordinare la celebrazione della Meſſa quotidiana nella prefata Cappella, e Chieſa: Supplica pertanto la S. V. di volere concedere la facoltà di far celebrare la ſudetta Meſſa nella Chieſa di S. Pantaleo delle Scuole Pie di Roma all' Altare privilegiato, dove l' Eminentiſſimo Gaſpare di Carpegna ha laſciato nella ſuddetta Chieſa due Meſſe la Settimana in perpetuo, ove l' Oratrice ha una particolar divozione. Che della grazia &c. = *Die 22. Junii 1729. Ex Audientia Sanctiſſimi* = *SANCTISSIMUS ANNUIT, UT PETITUR.*

Paulo poſt, Animo fa. me Benedicti XIII in cœleſtem Patriam reverſa, cum Deus Opt. Max. regimini ſuæ univerſalis Eccleſiæ præfecerit S. D. N. feliciter regnantem, Venerabilis Eccleſia S. Joannis Inclytæ Nationis Florentinorum Urbis ad verſus præmiſſas preces conqueſta eſt ideoque obtinuit delegari cognitionem R. P. D. Furietto Locumtenenti Eminentiſs. Vicarii ſuper expoſita nullitate dicti Reſcripti ex capite *Obreptionis*, & *Subreptionis*; qui poſt crebres utriuſque Comparitionis momenta relaxavit mandatum pro continua celebratione, & per definitivam ſententiam pronunciavit nullum, & inexequibilem præfatum S. M. Bened. XIII Reſcriptum pro impediendo celebratione dictæ Miſſæ quotidianæ in eadem Eccleſia S. Joannis, ac pro ſolutione Utenſilium Sacriſtiæ ejuſdem Eccleſiæ ad formam Teſtamenti dictæ March. omiſſæ Marthæ Baldinotti. Verum præfata Juſtina, credens ſe nimium læſam fuiſſe, obtinuit in Sac. noſtro Auditorio ulteriorem negotii cognitionem, præſita commiſſione mihi directa, ad cujus tramites ſubſcripſi dubium = *An mandatum Emi Vicarii ſit exequendum* = quo DD. meis exhibito, reſponderunt deſuper = *AFFIRMATIVE* =

Pro hujuſmodi judicio ferendo habita præ oculis fuit diſpoſitio Marthæ Antoniæ Ghetti, Matris prædictæ Oratricis, quæ poſt ſibi præelectam ſepulturam in monumento ejus Viri in dicta Capella præexiſtente, ita diſpoſuit *ut E ſopra le porzioni a me Teſtatrice ſpettanti ſopra le ſuddette Eredità Paterna, Materna, e Maritale impongo il peſo di comprare 14. Luoghi di Monte Camerali liberi, e non vacabili, ſotto il nome della Cappella di S. Zenobio, nella Chieſa di S. Gio. de Fiorentini, ed il loro bimeſtrale frutto per la ſomma di ſcudi 36. annuali, ſia perpetuamente obbligato alla celebrazione di una Meſſa quotidiana in eſſa Cappella, coll' elemoſina manuale di un giulio per Meſſa al Sacerdote, che la celebrerà in ſuffragio dell' Anima mia, delli miei Genitori, del detto mio Fratello, del Duca mio Marito, e Conteſſa mia Figlia, quando la Maeſtà Divina la chiamerà all' altro Mondo, ed il reſiduo fruttato di eſſi Monti, dedottane la metà del Notaro, uſſi a Beneficio della Sagreſtia di eſſa Chieſa per gli utenſili di eſſe Meſſe quotidiane; e fintanto che non ſaranno ricuperate le dette mie ſpecificate eredità per li ſ., e per comprare eſſi luoghi Camerali, eſſa Conteſſa mia Figlia, ed Erede, col frutto della ſua dote farà giornalmente celebrare nella ſudetta Chieſa eſſe Meſſe di ſuffragio.*

Ex quibus verbis apprime colligitur, ex dicto Pontificio Reſcripto extra ſincerum concedentis voluntatem hunc ius produci, nempe certæ voluntatis Defunctæ interverſionem, læſionem rationis honeſtatis, & demum Tertii præjudicium. Siquidem palam eſt Teſtatricem voluiſſe celebrationem Miſſæ perpetuæ in Capella S. Zenobii, exiſtente in Eccleſia S. Joannis; quæ voluntas ab hærede pro tempore executa,

1 & in poſterum ſervari debuit, prout jus Cæſareum præſcribit = *Diſponat Teſtator, & erit Lex* = *§. Diſponat. Auth. de Nupt. coll. 4. L. cum quæſit. ff. de Legat. L. ex facto §. Vetum ff. de hæred. inſtit. L. 11. ff. de condit. & demonſtr. ibi* = *In iis, quæ extra Teſtamentum incurrunt, poſſunt res ex bono, & æquo interpretationem capere; ea vero, quæ ex ipſo Teſtamento oriuntur, neceſſe eſt ſecundum ſcripti juris rationem expediri, hoc eſt ſecundum ſcripturam Teſtamenti* =. *Et in Auth. de Sanct. Epiſ. §. Sed hoc præſenti. Verſ. fin.*

&

& latè Siement. *lib. 1. ſelect. cap. 8. ſignanter num. 22.*
Quodque & Jus Pontificium ſumme commendat, præcipue *in Clem. quia contingit de Relig. Domib. cap. non quidem 3. de Teſtam.* ibique etiam Gonzalez *c. 7 cap. ſi heredes eſſe & cum ſeq.* ut Quilibet enim Teſtamenti factionem non carens, poteſt Gentium, & Civili jure, prout libi placuerit
2 libere de rebus ſuis diſponere, abſque eo quod *c*[illegible], quod ipſe juſſerit. in ſervitutes, vel ab eo, quod in libertum amplius non redit, ſubſtitutum conſentit. Nam clas quodammodo per ſpeciem fuit diverſe rei diſpoſitæ contradictio fieret. *Textu in L. Legatum ff. de admin. rer. ibi* [illegible] *Legatum* [illegible] *ita* [illegible] *rem, quam Diſponentes voluit, ultra Tribes ſi collit totum* [illegible].
Qui quidem favor, ſervandæ ſidei deſiderio* [illegible], non ſolum obtinet pro integra
3 diſpoſiti habitum, ſed etiam pro* [illegible] *eſt* [illegible] *obſervantia, ac de uno in alterum converſio, ſeu translatio rei legatæ ſequitur. Prodit enim quippe eſt* [illegible] *bono* [illegible] *in poteſtate, ut* [illegible] *legatæ Tribunus in* [illegible] *Theatri* [illegible] [illegible], *ut ſinhalium ſi* [illegible], & ad* [illegible] *Conversim* [illegible] *Reſol. lib. 3. cap. 6. num. 6.* [illegible] *ac in ſpecie de Legato Miſſarum perpetuarum certo loco ex voluntate Defuncti celebrandarum, quod hujuſmodi
4 celebratio in diverſo loco fieri non debet* [illegible] *Navar. in Manuali cap. 25. num. 134.* [illegible] *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 73. num. 4.* [illegible] *Card.* [illegible] *num. 6 Petrus de Ubald. de Canon.* [illegible] *Epiſc. & Tribunal cap. 7. num. 39.* [illegible] [illegible] *num. 15.* [illegible]
Ex ipſe namque Teſtamenti ſectione* [illegible] *potuit* [illegible] *quæſtio ad naturam* [illegible] *ejus ultimæ voluntatis in ſui ſpecifica
5 forma* [illegible] *per aliquam* [illegible] *eandem, hoc jure ſibi debito fraudaretur, nec eſſet* [illegible] *plus ultimæ voluntatis ſolitum, quod & præcipua æquitate* [illegible], & ſummo Reipublicæ bonorum momentibus placuit relinquere *L. 1. C. de Sac. Eccl. L. ſi* [illegible] *ff. de* [illegible] *Teſt. L. ſi* [illegible] *ff. de condit. & demonſtr. L.* [illegible] *quemadmodum Teſt. aper.* Bald. in *Authent.* [illegible] *Teſtat. num. 1. Cod. ad L. Falcid. L.* [illegible] *de* [illegible] [illegible] Gloſſ. in *cap.* [illegible] *verb. voluntatem de Teſtam.* Gonzal. *loc. ſup. cit. cap. 3. num. 7. & cap. 6. num. 6. in* [illegible] *Teſtam.*
Quamquam enim a prælaudatis juribus allegetur heres, in pro libito ſuæ voluntatis Defuncti vota nequeat pervertere, nihilominus tamen minus in themate haud competere [illegible] Eccleſiæ S. Joannis actionem repoſcendi perpetuæ Miſſæ celebrationem in ejus Capella S. Zenobii, eo quia ex auctoritate Pontificii Reſcripti celebratur in altera Eccleſia S. Panthaleonis translata fuit, quod ritè fieri potuit, cum perpetuis
6 noncuria intereſſe de non commutandis, ſeu alterandis Defunctorum pijs diſpoſitionibus intelligantur, ſalva Summi Pontificis auctoritate, ut perſpicue diſponitur in præcit. *Clement. cap. contingit de Relig. domib. ibi* [illegible] *Cum tamen ea, quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata Fidelium, & ad illum debeant, non ad alium, ſalva quidem ſedis Apoſtolicæ auctoritate, converti.*
Itaut apud Canoniſtas, & Theologos crebrior
7 invaluit ſententia hujuſmodi poteſtatem, & uſum collaudans, ut notat Gloſſ. *in d. Clem. verb. ſedis Apoſtolicæ, & ibi* Abbas *verb. ſalva Papa, ibid* Card. *in c.* [illegible] *num. 9.* Vitalin. *ibid. num. 111 & 113. & ſeq.* Covarr. *num. 9.* Petrus de Ubald. *cap. 7. num. 37 prop. fin.* [illegible] *Epiſcop. & Petrob.* [illegible] *num. 15. pet.* [illegible] & ubiſtera præſupponitur *in cap.* [illegible] *teſte* [illegible] *cap. ex* [illegible] *Clem.* [illegible] *§. Nos* [illegible] *de Sepult.* & tradunt Felin. *cap. cum accedentes num. 17. in fin. de conſtitut.* Abbas *in cap. nos quidem, num.* [illegible] *Pirrz de Lara de Anniverſ. lib. 1 num. 11.* Fagnan. *in 1. part. 3. Decretal. cap.* [illegible] *de Præbend. num. 16. idem in 1. part. 1. decret. cap.* [illegible] *num. 67.* Gemen. *conſ. 65. in princip.* Anchoran. *conſ.* [illegible] *Alex. conſ. 1. num. 19.* [illegible] Bald. *conſ. 29. num. 2. in fin. lib. 6.* Federic. de Senis *conſ. 191. num. 4.* Roman. *conſ. 368. num. 27.* Oldrad. *conſ. 64. in fin.*
Ea præſertim ſuadente ratione, quia quæ a
8 Teſtatoribus in Cenſum* [illegible] *legantur ſub onere perpetuæ celebrationis Miſſarum, debitum eſſe Laicis bona, atque efficiuntur de dominio, proprietate, ſeu* [illegible] Eccleſiæ *Cap. exequiſitus, & ibi Gloſſ.* [illegible] *de Fin.* [illegible], habentque tamquam Deo & Sanctis ſe* [illegible] *Cat.*
9
10 *quæſtum de rer. permut.* Itaque vero plenaria adminiſtratio ad Pontificem pro tempore, uti capiti* [illegible] Eccleſiæ ſpectat, ut late, & erudite Fagnan. *in par. 2. lib. 3. Decretal. cap.* [illegible] *ad* [illegible], *vel Monach.* [illegible] *num. 16. cum plur. ſeqq.* Innoc. *in cap. cum ſuper. Num. 3. de cauſ. poſſeſ. & propriet. & in cap.* [illegible] *num. 2. de Fer.*
11 [illegible] Debito proinde jure oportet ſic omnino* [illegible], et ſupremæ adminiſtrationi Pontificiæ ſubeſſe, ut præcæteris notavit Paul. de Caſtro *conſ. 488. num. 3.* Covarr. *var. reſol. lib. 3. cap. 6. poſt num. 7 verſ. ſed* [illegible], & late Fagnan. *in præcit. cap.* [illegible] *num. 24. ubi ipſum probat in 1. part. decret. cap. cum quidem de Teſtam. num. 36. ubi &* [illegible]
Semper quippe Pontifex præſumitur ex cauſa
12 rationabili moveri, adeoque nec admittitur probatio in contrarium. Roman. *cit. conſ. 368.* num.

num. 38. ubi concord. Gigas *in tract. de Penſion. quæſt. 35. num 7.* Fagn. *in 1. par. 3. decretal. cap. nos quidem de Teſtam. num. 36. verſ. quinimo* Gulſem. de monte *in Clau. quæ contingit de relig. domib.* Petr. de Ubald *in tract. de port. canonic. & Epiſc. ante num. 38. verſ. Reſpondi* Monet. *de commut. ult. volunt. cap. 5. n. 151. & ſeq.* Hojed. *de incompatib. benef. par. 1. cap. 19. num. 12.*, & Canoniſtæ in ſubjecta materia tenent,
13 quod Pontifex inſit cœleſte tribunal, juxta *Gloſſ. in cap. quanto de translat. Epiſc. litt. G. verb. veri Dei = Nec ipſi dici poſſit, cur ita facis = 12. q. ad Apoſtolicæ de re judic. cap. in memoriam diſt. 19. de Pœnit.* Bartolom. Socein. Sen. *conſ. 13. num. 28. verſ. quia tom. 1.* Caſtren. *conſ. 415. num. 6.* Fagnan *in 2. par. lib. 2. decret. d. cap. quanto de Translat. num. 47. verſ. quoniam.*

Neque id grave videri debet, ex quo Teſtamenti factio ſit de jure Gentium, atque
14 Civili. Hæc enim obſervantia perpetua diſpoſitorum circa modum non prodit a Jure divino, vel naturali, cui diſpenſari non poſſit, ſed quidem a Jure poſitivo, ſeu legibus civilibus, ut ponderat Card. de Luc. *in relat. Cur. Rom. diſc. 20. num. 15. cum ſeq.*, taliter ut prohibitio commu-
15 tandæ voluntatis a Principe, in ejus elogio per Teſtatora demandatæ, caſſa, & irrita habenda eſſet, utpote adverſativa juri canonico, & divino, quod ſcilicet detur aliqua diſpoſitio commodum ſpirituale primario reſpiciens, quæ juriſdictioni, & adminiſtrationi Pontificiæ non ſubſit, ut late proſequitur Fagnan. *in præd. cap. nos quidem de Teſtam. num. 41. cum plur. ſeqq.*, & idem Fagnan. *in 2. par. lib. 3. decret. in cap. relatum, ne Clerici, vel Monachi num. 39.* Bern. *conſ. 49. num. 11. & per tot. lib. 2.* Bald. *Conſil. 81. num. 2., & 1. lib. 1.* Petr. de Ubald *in tract. de canon. port. Epiſc. cap. 7. num. 38.*

Eoque minus de hac Pontificia poteſtate ambigendum eſt, quia ſicuti Quintum, &
16 Cæſarum jura hujuſmodi poteſtatem cæteri Principes tribuerunt in locabbus rebus ſpectantibus ad eorum dominium, & juriſdictionem *L. legatum ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertinen.* Bald. *in L. Gallus ff. Et ſi tantum num. 146. ff. de lib. & Poſthum. idem in L. ſi Teſtamento in fin. C. de Teſtam.* Pinell. *in rubr. de reſcind. vendit. par. 1. cap. 3. num. 10.* Dec. *conſil. 357. num. 5.* Socein. *Jun. conſ. 65. num. 3. vol. 2.* Cephal. *conſil. 121. num. 38.* Bero. *conſ. 42. num. 4. num. 2.* Crevett. *conſ. 297. num. 7. lib. 2.* Landens. *de privileg. §. 21.* Molin. *de Primog. lib. 1. cap. 8. num. 31.* Peregrin. *de ſi. dicam. art. 52. num. 125. & ſeqq.* Monet. *de commut. ult. volunt. cap. 6. concl. 2. numer. 10.*, Ita potiori jure tribuendum eſt Summis Pontificibus in piis diſpoſitionibus, quorum ſubſtantia cum ſit pietas er-
17 ga Deum pro Animarum ſuffragio, hinc parum refert, an quod accidentale variatio contingat per commutationem unius in alterum modum, dum eadem proſpectio erga Deum ſervatur ratio, eademque remaneat diſpoſiti ſubſtantia, quod in Principibus Sæcularibus longe diverſum eſt, ut non immerito quoad iſtos exorbitans dijudicetur actus, uti optime diſtinguit Card. de Luca *in Relat. Romæ. Cur. diſc. 20. num. 16. & ſeqq.*

Quamquam vero de prælaudatæ Summorum Pon-
18 tificum auctoritate ambigendum non ſit, ut in ſpecie proſiterenn Fagnan *in 2. part. lib. 3. Decretal. cap. Relatum num. 40. in fin. verſ. quo circa dubitare.* Gratian *conſ. 63. in princip.*, nihilominus quanta excelſa, & ſublimis ſit Principum auctoritas, adhuc illa de par ſe tantum non facit, ut quæ eorum Reſcriptis mandata ſunt, irrevocabiliter debeant eſſe munſtra, dum ipſimet Cæſares, Summique Pontifices jure
19 ſanxerunt, = *quod ſi legibus conſentaneum Sacrum Oraculum mendax precator attulerit, careat penitus impetratis, & ſi nimia machinatio inveniatur improbitas, etiam ſeveritati ſubjaceat Judicantis.* Ita Impp. Theod. & Valentinian. *in L. 1. Legibus C. ſi contra jus vel utilit. public. ut ſive in pura narratio-*
20 *ne mendacium reperiatur, ſive in facti, ſive in taciendi fraude, pro tenore veritatis, non expreſſatis affirmatione datum Judicem cognoſcere debere, & ſecundum hoc de Cauſa cognita ferendam eſſe ſententiam*, decrevit Conſtatin Imper. *in L. Præſcriptione C. eod. tit., & in L. non dubium C. de prec. imper. offeren.* Et ulandatis Theodoſius, & Valenti-
21 nian. *in L. reſcripta C. eod. tit.* Reſcripta contra jus elicita ab omnibus Judicibus retractanda eſſe voluerunt, niſi forte ſit aliquid, quod non lædit alium, & proſit petenti.

Idipſum decreverunt Summi Pontifices, ut ſup-
22 plicantes tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate carere debeant commodo litterarum, ut ſignanter Alexander III. *in cap. Cæterum 3. de Reſcript. in 6.* Innocent. III. *in cap. ſuper litteris eod. tit. & ibi* Gonzal. *lib. 1. Decretal. a num 3. cum plur. ſeqq.*
23 ubi & probat nullam intercipiendam eſſe diſcrimen inter Reſcripta juſtitiæ, & gratiæ, ut videre eſt *num 8. & ſeqq. ſubſeq. Conrad.*

Ex quibus proinde probus conſtat, Principum Auctoritatem parum eſſe, ſi ex verita-
24 te precum ſimul concedendi probetur plane, & determinet voluntas, quæ precibus adeo nititur, ut citra earum integram veritatem obreptio, vel ſubreptio exoritur, quatenus literatus ipſo jure conceſſiones, ſeu gratias annullet, & irritet. *Cap. dudum il 2. verſ. inſuper de electione. cap. porrecta de Reſcript. & ibi* Innoc. Joan. Andr. *in cap. Auditentiam il 1. de Reſcript.* præſertim ubi tacitum, vel falſo expreſſum
25 difficiliorem Papam ad gratiam reddidiſ-

ſet *Cap. Poſtulaſti de Reſcript. & cap. 1 in fin. de Fil. Presbyt.* Calderin. *conſ. de praeſumpt. conſ. 2. per tot.* Rota *in Alatrina Reintegrationis 1. Iulii proximè elapſi, cor. R. P. D. meo Corio §. Tatum adeoq; ubi concord.*

Quia de redditu ſupplicis libelli, & praefati Teſtamenti inſimul collatis verbis, locuples obreptionis, vel ſubreptionis probatio inventa eſt. Narravit quippe obligationem ſibi a Teſtatrice injunctam, ut in Eccleſia S. Joannis Florentinorum de Urbe in Capella Ducis Baldinotti ejuſdem Viri, quotidianam Miſſam celebrari curaret: verùm quia dicti Ducis patrimonium per Creditoribus ſub haſta poſitum erat, ideòque de proximo ipſa quoque Capella in extraneum licitatorem perveniret, ideoque deſicaret ratio motiva, ob quam Teſtatrix celebrationem praefatae Miſſae praeceperat, proindeque regabat, ut in Eccleſia S. Panthaleonis de Urbe ad Altare Privilegiatum praedicta celebratio transferretur, quo loca ipſamet Precatrix peculiari ſerebatur devotione. Teſtatrix vero in praedicto ejus Teſtamento juſſerat, ſuum Cadaver ſine funebri pompa in dicta Eccleſia, abſolutis reliquis tumulari in ejuſdem Viri familiari Capella S. Zenobii, ac comparanda eſſe 24 Loca Montium libera non vacabilia, nomine dictae Capellae, ut pro annuo reddito ſcutorum 36 ebraria aſſant in perpetuum pro celebratione Miſſae quotidianae pro ſuffragio ejus Animae, Genitorum, Filiae, Fratris, & Viri, quodque ſupereſſet de dicto reddito locorum Montium, cederet Sacriſtiae dictae Eccleſiae commodo.

Apparens igitur conſtat, Supplicantem tacuiſſe 26 exiſtens in dicta Capella Familiare Sepulcrum ab Altari diſtans, ut praeſcribunt Sac. Canones *Cap. perpipiendum diſt. 13. quaeſt. 1.* Gonzalez *in cap. Fraternitatem de Sepultur. num. 1.*, ac in dicta Sepultura

27 Teſtatricem ſe tumulari juſſiſſe, quaſi ſuam poſt obitum ibi praeelegiſſet Domicilium, juxta illud Pſalmiſtae = *Sepulchra eorum, Domus Eorum in aeternum* = Bernard. Lamy. *apparat. Bibl. lib. 1 cap. 14. § In pavimento vero ſive*, atque profana, & Eccleſiaſtica traditione lata exornat Gonzal. *in lib. 3 Decretal. cap. 3. tit. 28 de Sepult. num. 5 cum plur. ſeqq.*

Quod ſi utrumque Pontifici Precatrix narraſſet, non ita de facili gratiam obtinuiſſet, ex quo Sanctiſſimus Pontifex in mentem revocaſſet *Tribonii reſponſum in L. quae conditio ff. de condit. & Demonſtrat.*, ubi Bald. 28 *num. 1.* edocet, quod ubi fit mentio de foro, in dubio intelligitur de foro Domicilii, adeo cum Teſtator jubet aliquid in foro fieri, in ejus municipali foro peragendum eſſet, impellente affectione rationae erga Domicilii forum Roman. *conſult. 406. num. 4. & ſeqq.* Rota *deciſ. 374. num. 17. & ſeqq. par. 5. Rec. tom. 2.* & ad rem egregie notavit Panormitan. *conſ. 99. num. 4. in fin. lib. 2. & num. 5 ibi* = *Cum* 29 *ibi ſtegerit quodammodo domicilium poſt mortem* = Portell. *in dub. Regular. tom. 2. parte 2. caſ. 19 num. 1. verſ. Videtur.* Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib. 2. cap. 10. num. 35*, ubi, quod Sepultura inter mortuos, comparatur domicilio inter vivos. Paſqualig. *de Sacriſ. nov. leg. quaeſt. 1007 num. 3.*

Tanti enim ponderis eſt circumſtantia Familiaris Sepulchri, ut ubi perpetuae Miſſae ab-30 ſque ſpecificatione Eccleſiae ſtatuuntur, nonne in ſepulchrali Eccleſia celebrari debent, ut probat praecitatus Abbas *11. conſult. 99. ſere per tot. lib. 2* Roman. *conſ. 308. num. 5.* Paſqualig. *de Sacrif. nov. leg. quaeſt. 1000. num. 7. & ſeqq.* Rodriguez *quaeſt. moral. tom. 4. cap. 13. verb. Miſſa num. 3.* Capon. *diſcept. forenſ. diſcept. 197. num. 20. tom. 3.* Alphonſ. de Leo *de Offic. Capellan. quaeſt. 3. ſect. 2. num. 29.* Portell. *de Regular. verb. Miſſa num. 13. & reſponſ. moral. part. 2. caſu 19.* Murg. *de Sepult. tract. 8. diſp. 2 ſect. 2. dub. 31 num. 1. & ſeq. advocat.* Urſaya *diſcept. Eccl. tom. 7 par. 2 diſcept. 48. n. 13.* Rota *deciſ. 494. num. 3. cor. Cavaler.*

Idque obtinuit, tum quia illa Eccleſia ſupra 31 caeteras, utpote magis correlativa ad Animam defuncti, praedilecta cenſetur, ut ad rem ponderant Marant. *reſponſ. 4. per tot. num. 162 & 173* Vantingl. *in Prax. quaeſt. 1. annot. 28. §. 1. num. 34. verſ. Cantell* Tiraquell. *de Privileg. piae cauſ. quaeſtion. 17 in princip. num. 16. verſ. vel ſi in altera.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 9. num. 6. verſ. ſed advertendum in fin.* Paſqualig. *quaeſt. moral. 238 verſ. ſtatim.* Tum etiam quia ſummae aequitati 32 innititur ratio, ut illa Eccleſia, quae ſuſtinet ſervitutem ſepulturae, ea ſola celebrationis Miſſarum fruatur commodum, ut proſequitur cit. Marant. *num. 6.* Bordon. *de legib. cap. 5. num. 101. in fin.* Amoſtaz. *de cauſ. piis lib. 1. cap. 11 num. 21. in fin.* Vantingl. *in prax. part. 2. annot. 28 § 1. num. 36.* Paſqualig. *de ſacrif. nov. leg. quaeſtion. 1000. num. 3.*

Cum itaque in oblatis Supplicantis precibus hae circumſtantiae reticitae fuerint, quae 33 Pontificis voluntatem a conceſſione retrahere potuiſſent, obtentum Reſcriptum obreptionis vitio infectum, *Cap. ad aures 8. ibi de Reſcript. cap. cum olim 12 & cap. inter de re Judicata cap. quaerit 12. quaeſt. 1.*; 34 non enim creditur impetratum a plenaria, & abſoluta Principis voluntate, cum in aliquo negotio veritas reticetur, ut notant Canoniſtae, ſignanter Decius, Felinus, Cauthor *in cap. ſuper litteris de Reſcript.* Gratianus. *conſ. 81 num. 13 cum duobus ſeq.* Rot. *in Reventaten. Praeſtatione ſuper aperitionae ſub 7. Januar. 1716. §. Primo*, quod & *in Aretina Capellaniae 28. Jan. ejuſdem anni §. Fuiſſe utroque ... cor. ...*

Tacuit

Tacuit itidem, quod dū Teſtatrix humata erat, quod & incertum fuiſſet Pontifici, eo difficilius translationem Miſſæ in alteram Eccleſiam conceſſiſſet, ſeu saltem ob eruditionem Eccleſiaſticam, qua maxime prædicus erat, illam denegaſſet; quia ipſa piiſſimo animo, licet munificentiſſimo, recogitaſſet, prodeſſe cuique poſt mortem, ejus Cadaver apud alicujus præclecti Sancti officioſa pietate recondi, hocque piiſſe quæſitam opitulationem in precibus Sacer-
35 dotis, quæ Deo Optimo Maximo ad ejus Altare funduntur, ſicuti Eccleſiæ univerſæ commendat votum, ita Summi Pontificis approbaſſet auctoritas. Ipſa enim Sepultura, ubi Corpus jacet, & recordantis, & precantis affectionem excitat, dictorumque Sanctorum manibus Defuncti adjuvatur anima: & hoc, quod ita piiſſe, ac pie Teſtatrix credidit, ſupplicatio quædam fuit, adjuvans Defuncti ſpiritum, non autem corporis locum, juxta notata in *L. 3. C. Theod. tit. de Sepulc.* violat. & plura erudite refert Gonzal. *lib. 3. Decr. tit. de Sepult. cap. 1. num. 1. verſ. fin. & 6.*

Itaut, ſi id ſincere expreſſum fuiſſet, Summum Pontificem pium Defunctæ mentem hoc fruſtrari defiderio voluiſſe præſumendum non eſt: recte ſcientem, quod ſi co-
36 gnoſcant homines, aliquod poſt mortem eorum ſui Corporibus debitum, eo privari, contriſtantur, ut homines, quaſi per modum pœnæ, ex quo illo præceptato in vita ſuffragio poſt eorum obitum fraudarentur, ut profunde ſcribit. Divus Augustinus *in ejus Tract. de cur. gerend. pro mortuis Paulin. in ejus oper. tom. 6. fol. m. 377.*

Adſtipulatæ præſertim congruentæ rationis ex domicilio in vita, quo carivit, pretioſiora quæ nobis favore curamus, & prænotavit D. Auguſtinus *loc. ſuprecit. de gerend. cur. pro mortuis*, profecto nil rationi, atque pretioſius Teſtatrix in ejus voti colera poterat, quam in prælecta Eccleſia, & Altari, & Sepulchro ſuffragium
37 Miſſarum ſibi legatum conſequi, quo majus dici non poteſt, utpote juxta menſuram ſuæ excellentiæ Satisfactorium, ut advertitur in Sacr. Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de Purgator.* & *ſeſſ. 22. cap. 2. de Sacrif. miſſ.* ubi Barboſ. *num. 2.* Cannob. *de Sacrament. diſput. 11. m. de Purgator. diſput. 7. num. 52.* Lavor. *Lucubrat. Canonic. tom. 2. c. 1. a. n. 99. & ſeq.* Car. Bellar. *controv. Eccl. lib. 6. tit. de Euch. cap. 1. & ſeq. de miſſ.*, & eleganter probat Eminentiſſ. Card. Cienfuegos *in ejus Tractat. de vit. abſcondit. diſput. 1. ſect. 1. § 3.*, & *ſignanter num. 27. & ſeq.*, & *latius diſput. 6. ſect. 3. num. 73. & ſeq.*

Hæcque honeſtatis, & æquitatis non intervertendæ Defunctorum voluntatis ratio, non tantum de per ſe ſola difficiliorem reddidiſſet Summum Pontificem, ſed multo magis, quia ſiciuta eſt cum altera præjudicii jurii Tertii, ſeu commo-
Tom. Secundus.

de jam radicati, & diu quæſiti ipſimet Eccleſiæ, cum exinde commodum, & divitiæ ei obveniant per majorem Miſſarum numerum, itaut cum non de
38 jure quærendo, ſed jam quæſito agatur, derogari non ſolet, ut diſtinguendo notavit Rota *dec. 178. per tot. in Mellino, dec. 31. num. 4. cor. Pamphil. & alibi paſſim*, & in terminis advertit Paul. de Caſte *conſ. 128. num. 1. & 3.* Urſaya, *diſcep. Eccl. diſcep. 6. num. 156. par. 2. tom. 1.*

Iſtaque ſententiam frequens approbavit Sac. Congregationis Concilii praxis, quæ cum rogata in ſimilibus fuerit, licet aliquando
39 juſta de cauſa translationi Miſſarum ab una ad alteram Eccleſiam annuerit, ſemper tamen pro Miſſis perpetuis legatis, & a Teſtatoribus inibi ſepultis pro eorum animarum Suffragio relictis, denegavit, ut ſignanter contigit *in Aſtura Lagunarum 21. Auguſti 1706.*, *in Ulyſſiponen. Translationis onerum Miſſarum 28. Jan. 1731.*, & in duriorihus terminis, nempe ſolius electionis Sepulturæ, licet Defunctus ibi non fuiſſet ſepultus *in Mediolanen. ſeu Firmana Capellania 23. Feb. 1715.*, *in Tarraconen. reduct. Onerum Miſſarum 7. Maii 1718.*, & in terminis Brevis de ſimili gratia ab eodemmet Summo Pontifice obreptitie, & ſubreptitie obtenti, noviſſime reſolvit dicta Sac. Congregatio *in Neapolit. Capellaniarum 16. Junii 1751.*

Abſque eo quod contractum obreptionis, & ſubreptionis vitium deeſſe videtur, quod Sepulchri & translationis circumſtantia non præſeferat ejus conditionem de celebrandis in Sepulchrali Eccleſia Miſſis, ſed quod-
40 dam potius jus directivæ hortationis, ac ſi haberet non adigatur ut coactiva, ſed directiva ibidem illas celebrari faceret, juxta notata per Tamburin. *de method. celebra. d. Miſſæ lib. 3. cap. 1. num. 14. verſ. multa ad hac.* Fagundez *de præcep. Eccl. lib. 3. cap. 9. ſub num. 2.* tum quia in qualibet Eccleſia
41 ſequatur adimplementum, ſemper pios diſponens obtinent totum id quod ei in executionem ejus ultimæ voluntatis debetur, ut advertit Paſqualig. *de Sacr. novæ legis tom. 2. quæſt. 996. num. 8.* Rot. *dec. 149. num. 12. verſ. quod*, *cor. Seraphin.*, tum quia dum ſæpedicta Miſſarum translatio facta fuit ad Altare Privilegiatum,
42 quodammodo pingui conſultum videtur voluntati defunctæ juxta late tradita per Riccion. *in ejus opus tit. de Altar. Privileg. deſault.* Monet. *de Commut. ultimar. volunt. cap. 5. num. 391.*

Verum enim vero dictam obreptionis, & ſubreptionis vitium non ideo removetur, quia licet Teſtatrix pro excellentia Sacrificii obtineat totum, ſive in una, ſive in altera Eccleſia Miſſa de Suffragio celebretur *Cas. multi diſt. 4.*, tamen non obtinet totum quoad plenitudinem ejus piæ voluntatis, ut ſcilicet Miſſæ celebrarentur in

V 2 loco

loco loci, quo ajut Cadaver humatum
43 aſſet: adductum enim in oppoſitum vindicat ſibi locum, vel cum agitur de Miſſa unica vice celebranda, vel ad evitandum diſſidium in Regularibus bona fide in altera eorum Eccleſia Miſſas perpetuo tamen celebrantibus, ut præ aetatis advertit Urſaya *diſcept. Eccleſiaſtic. tom. 5. par. 2. diſcept. 15. a num. 46. num. plus 6. ſeqq.*, ſeu in caſu, quo Diſponens nulla peculiari affectione movebatur ad illas confequendas potius in una, quam in altera Eccleſia ex aliquo juſto impedimento, ſeu Causa celebrari non poſſent. Cum itaque ſecus ſit in Caſu, extraneæ remanent auctoritates in objectis allegatæ, & è converſo perſtringunt pro ſupradicta, ut illata voluntati Defunctæ jactura ſanciatur.

Citra quod aliquid pendeat addat translatio ad dictum Altare Privilegiatum dum neque id conferit plenitudini voluntatis Diſponentis, quoniam & ſimile Privilegiatum Altare aderit, & adeſt in prædicta Eccleſia Sancti Joannis ab ipſa Teſtatrice prælecta, & ſi voluiſſet, duxiſſet, eum augmentum a pinguiora adimplemento, nihil
44 le non ſit in iis caſibus, in quibus certa, & determinata diſponentis voluntas præfinita eſt, ut in terminis reſpondit Vitalinus in clamantem. *Quia conveniet de Re lig. conclus. num. 211.*

Tenuit ulterius, ut quod ſuperent de additis dictorum Locorum Montium cederet commodo Sanctitati dictæ Eccleſiæ; idcoque cum non expreſſerit Summo Pontifici hoc jus Eccleſiæ quæſitum, ſequitur, ut obtentum Reſcriptum cenſeri debeat extra Concedentis voluntatem, quæ ad incognita non fertur. Quam ob rem, gratia utpote
46 per obreptionem obtenta, impetrans carere debet reſcripti commodo ex defectu voluntatis Concedentis, qui per tacitum quæ-
45 ſito in nihilo præjudicare voluiſſe præſumitur, ut ad rem notat Abb. *in cap. Poſtulaſti de Reſcrip.* Rota in *Romana reintegrationis 12. Martii 1731. § Adhuc, & in § Cujus coram R. P. D. meo Altrovando, & in Corſinianenſi a Julii ejuſdem anni § De natura, aut eodem, & in Romana, ſeu Bergomen. Collegii 14. Martii 1732. § Quibus eodem anno, & in altera Aletrina Reintegrationis 1. Feb. 1732. § Vitia obreptionis, coram R. P. D. meo Caſis.*

Prædictis, quæ reticita fuerunt, accedit ſtudioſa narratorum expreſſio, ut Summus Pontifex ad concedendum facilior redderetur; nam in ſupplici libello ſuppoſitum quodammodo fuit, onus Miſſarum eſſe ad vitam hæredis, licet enim expreſſum fuerit onus emptionis = *di luoghi 14. di Monti in eretione della Cappella* =, attamen cum hujuſmodi acceditatio verificabilis etiam ſit ad vitam hæredis, nulla expreſſa perpetuitatis mentione, ſequitur quod expo-

ſita præcedenti obligatio ſub illis verbis = *obbligo detto ſuo Figlio, ed erede di far celebrare una Meſſa quotidiana nella Chieſa di S. Gio.* =, interpretari potuerit de onere non perpetuo, ſed potius debuerit in-
46 telligi de obligatione perſonali ad vitam hæredis. *L. cum Pater § Dominum § de legat. 2. L. quæcumque gravitas § de ultim. & obligat. L. cum precario § de precar.* Gloſſ. in *cap. mandata de Præſumpt.* Paſqualig. *de Sacrif. nov. leg. tit. de legat. pro celebr. Miſſ. quæſt. 1053. num. 5. & ſeq.*

Sebinde narratum etiam fuit, præfatam Capellam de proximo in extraneam Familiam tranſituram, qua de re defectura erat cauſa motiva ordinatæ celebrationis Miſſarum in dicta Capella, quæ procul dubio ratio dubitare ſe movere non potuit Pontificem ad concedendam tranſlationem, cum per
47 venditionem Capellæ tranſiretur tantummodo dominium impiorum, & uſuale competens ratione materialium juſto pretio æſtimabilium, abſque aliqua Spiritualitatis mutatione, ſeu tranſlatione, ut advertit Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 2. cap. 11. de Sepultur. num. 18.* Salgad. *in labyrinth. credit. par. 3. cap. 5. num. 50. & ſeq.* Rema-
48 nentibus itidem legatis a piis Teſtatoribus contemplatione illius determinatæ Eccleſiæ, & loci factis, ut diſtinguit admonet Frances. *de Eccleſ. Cathedral. cap. 7.* Monacell. *formul. pract. legal. tom. 2. Tract. 13. num. 60. & 62.*, & convenit Rot. *deciſ. 1149. num. 10. cor. Seraph.*

Exterit vero præfatam narrationem dicandavit prænotatis illis circumſtantiis Sepulturæ videlicet, ac tumulationis in eadem, celebrationis Miſſæ de ſuffragio in eadem Capella demandatæ, ac perpetuitatis oneris injuncti, ac quas tum quæſiti favore Sacrificii, ac demum Altaris privilegiati in eadem Eccleſia, ut nempe ex ea hoc viſaque & data ex ea prædictis circumſtantiis narratione, credere poſſet Summus Pontifex Teſtatricem in prælectæ Eccleſiæ decus, & in Theſaurum Eccleſiæ tantum conferre voluiſſe prædictas Miſſas,
49 cum non quodlibet Miſſarum legatum pro neceſſe ſit, licet præſumatur de ſuffragio, ut notant Leon. *de Off. Capellan. quæſt. 4. ſeſſ. 18. num. 178.* Pignatell. *conſult. 6. num. 3. & ſeq.*, & *num. 4. tom. 3.* Gavant. *in commentar. ad Rubric. Miſſal. par. 3. tit. 12. num. 5.*

Tum & quæ potius credere ex illis reticitis circumſtantiis demonſtrative tantum erga dictam
50 Eccleſiam ſe habuiſſe, quæ themata de facili extra illam permutitur celebratio, ut præter ſupra citatos advertit Bordon. *de leg. 147. in tit. de Capell. num. 27.* Armoſtan. *de conſ. Pon. lib. 2. cap. 6. num. 40.*; unde ſi illa enarratis prædictis circumſtantiis veſtita fuiſſet, utique percepiſſet Summus Pontifex, Eccleſiam nominatam prælectam fuiſſe ex peculiari affectione ad tumulum, & devotione erga Eccleſiam, & S. Joannem,

51 tem, & Zenobium, & difficilius in concedendo fuiſſet, aut nunfimiliter non conceſſiſſet, quod ſufficit ut obſtantem ambigua narratione Reſcriptum non ſortetur effectum per ea, quæ ad rem optime notant Gamin *verſ.* 81. *num.* 13. Card. de Lugo *diſput.* 11. *de Euchar.* *ſect.* 28. per tot. Hartad *tom.* 2. *Reſolut. moral. tract.* 2. *cap.* 2. *Reſol.* 9. *num.* 2. Paſqual. *ſig. de Sacrif. nov. leg. tom.* 1. *quæſt.* 1142. *num.* 1. *& ſeq.* de Luca *de Grat. ac deſcept. ſuper. cap.* 73. Ir ſit Monacell *Formular. legal. tom.* 2. *tit.* 3. *formul.* 1. *num.* 65. *& ſeq.* Addito ulterius, quod Precatrix in fine ejus oblatæ Supplicationis pro causa motiva Pontifici appoſuit hæc verba = *cui la Oratrice ha una particolare devozione* = ex quo licet inferre, præcedentem Supplicationis tenorem ſtrpoſitis circumſtantiis dimodatum fuiſſe, ne Summus Pontifex peſſima ejus mente perciperet, Teſtatricem æqua pro maxima devotionis causa, relicto Parochiali Eccleſiæ tumulo, præeligiſſe in alteri Eccleſia S. Joannis ſibi qua funebri pompa tumulari, ibique Miſſas celebrari. Proindeque si Oratrix pro conſequenda gratia plurimum conſerre cenſuit motivum ejus devotione, eo certius hæc ipſamet ratio ex diſpoſitione Teſtatricis promanantis ſi ex ſincera, & integra narratione perſpecta fuiſſet Summo Pontifici, prævaluiſſet pro illa denegan-

52 da, cum in pari causa potior fuiſſet Teſtatricis favor, & legatarii quæſitum jus, quam hæredis contra Teſtatricis vota expoſtulantis, *L. ſervo pro manumiſſo ff. de condit. Indebit. L. quo loci ſ.* 1. *de hæred. inſtit. L. is qui potat ff. de acquiren.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 10. *num.* 1. *& ſeq.* Rot. *deciſ.* 1149. *num.* 9. *cor. Seraphin.*, & ad rem optime Rot. in una *Romana, ſeu Bergomen. Collegii* 16. *Novemb.* 1731. *ſ. & propriæ, cor. Rdm. P. D. meo Aldrovrando*

Conſtito proinde, quod in præfito libello pleraque fuerint reticita, & non omnia ſincera, & diſtincte narrata, sed quidem tali ſtudio annunciata ut Summus Pontifex (licet largiter ad gratiæ pronus) facilius redderetur; hoc gratia ex defe-

53 ctu ſubſtantiæ antecedentis, ipſoque nullis cenſetur, ut advertit Rot. *in citata Alatrina Rever. ſegreneur*, *cor. P. D. meo Carlo ſ. Quod tutem*, & præter ibi citatos late, & ſolide probat Gonzal. *in lib.* 1. *Decretal. tit.* 3. *de Reſcript. cap. ſuper literas num.* 4. *cum plurib. ſeqq.*, pernecesse ſequitur, quod Impetrans non impedire poſſit quominus in eadem Eccleſia S. Joannis celebrari debeat Miſſa quotidiana.

Et exinde planum ſit, hæredem ex eadem Teſtatricis voluntate inſuper tenen ad annuam præſtationem ſcutorum ſex pro conſumptione ſupellectilium, quæ ad Sacrificia explenda in eadem Eccleſia requiran-

54 tur tum quia expreſſa Diſponentis voluntas pro lege eſt ſervanda, *ad Text. in ſ. Diſponat Auth. de Nupt.* Perez de Lara *de Capell.*, *& anniv. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 32. Rot. *deciſ.* 232. *num.* 3. *part.* 14., *deciſ.* 28. *num.* 6. *par.* 19. *Rec.*; tum etiam quia juxta conſuetudinem in Urbe receptam, &

55 juxta diſpoſitione firmatam, ad illa præſtanda omnino tenetur. Bordon. *de legat. cap.* 10. *de ſtipend. Miſſ. num.* 79. Piton. *tract. de Patron. alleg.* 54. *num.* 46. Advocat. Urſaya *diſcept. Eccleſ. tom.* 2. *par.* 1. *diſcept.* 9. *num.* 17., quemadmodum ipſa publicainter

56 adacta exacte patent, & facta comprobavit, a quo reſilire amplius non debet, *ad Text. in cap. quod ſemel de Regul. Jur. in* 6. *L. ſ. qui c. de Tranſact.* Card. Albit. *de incont. in ind. quæſt.* 29. *num.* 5. *& 67*

Haud obſtante, quod dicta annua præſtatio demandata fuerit ex redditibus Locorum Montium poſt recuperata bona, unde hac pendente recuperatione hæres teneri non debeat ad eamdem præſtationem pro Utenſilibus ex fructibus dotis, eo quia Teſtatrix in hac parte nullam de iis verbum fecerit: etenim cum fructus dotis ſubrogati fuerint quatuſque redditui Locorum Montium haberentur, immunes eſſe non poſſunt a dicta præſtatione contra indolem

57 ſubrogationis, cujus eſt eamdem ſortiri naturam, nullamque ſubrogantis reſpicere unitatem, *ad Text. in L. ſi tum ff. qui injuriam ff. ſi quis tanti ſtatum* Rot. *deciſ.* 16. *num.* 7. *ad Orum* Card. de Luc. *lib.* 10., *& ad rem in Majoricen. Saterſſeuh* 16. *Junii* 17.. *ſ. quemadmodum, cor. R. P. D. meo Aldrovrand.*,

Ac ſicuti Teſtatrix pro fructibus dotis injunxit hæredi unum aumdem numero Miſſarum, & quidem celebrandarum in illo ipſomet Altari, de quo in prima parte pro redditibus Locorum Montium loquuta fuerat: ita eamdem etiam eleemoſynam,

58 eamdemque annuam præſtationem pro Utenſilibus, quam in dicta prima parte appoſuerat, in altera repetere voluiſſe cenſendum eſt, ad tradita per Bald. *conſ.* 153. *num.* 2. *& 3. lib.* 5. Bero *conſ.* 32. *num.* 8. *lib.* 2. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 12. Rot. *cor.* Cer. *deciſ.* 532. *num.* 8.

Et ita utraque parte &c.

RE-

RMO P. D. ALDROVANDO.

BAREN. JURIS TUMULANDI

Luna 12. Januarii 1733.

ARGUMENTUM.

Clerus Secularis Jus non habet aſſociandi Cadaveris tumulandi in Eccleſia Regularium, niſi forte ad aſſociandum fuerit invitatus ab heredibus Defuncti. Parochus in aſſociatione Cadaveris tumulandi extra Eccleſiam Parochialem, ſub Cruce Eccleſiæ tumulantis incedere debet, & Cadaver ante fores ejuſdem Eccleſiæ dimittere, ita eidem prærepta facultate gerendi funebrem Functionem.

SUMMARIUM.

1 Clerus Secularis non vocatus, Funeribus intervenire non poteſt.

2 In aſſociatione Cadaverum ad Regularium Eccleſias deferendorum, ſolius Parochi interventus eſt neceſſarius.

3 Et propterea cæteri Presbyteri, imo neque Capitulum, cui incumbat habitualis cura debet intervenire, niſi forte a Defuncti hæredibus accerſitum.

4 Namque ſufficit in jure interventus Presbyteri, cui actualis cura creditra eſt.

5 Qui propterea ſub Cruce Eccleſiæ tumulantis tenetur incedere.

6 Parochus aſſocians Cadavera ſepeliendo in Eccleſia Regularium ea tenetur ante Fores earumdem Eccleſiarum dimittere, uſque ultimam impartiri Benedictionem.

7 Libera namque facultas gerendi exequias, & funebres functionem tribuit penes Regulares, in quorum Eccleſia fieri debet tumulatio.

8 Recenſentur Conſtitutiones Apoſtolicæ id præſcribentes.

DECISIO LXII.

QUamvis ſan. me. Paulus III. per Litteras Apoſtolicas in forma Brevis ſub anno 1548 expeditas improbaverit, & proſcripſerit uſum a Capitulo, & Clero ſeculari Terræ Joviæ Baren. Diœceſis uſurpatum aſſociandi Jure veluti proprio, & ea Officio Cadavera Defunctorum in Eccleſiis Regularium ſepulturæ tradenda, eorumque funeribus interveniendi, & conſecutive etiam percipiendi conſueta emolumenta funeralia, etiam contra eorumdem Defunctorum vel eorum Hæredum voluntatem; niſi tamen intactum reliquit idem Capitulum, & reſpective Clerus pro declinanda dicti Apoſtolici Brevis executione, ad quam proinde toto ſtrenuendum opus fuit Univerſitati Locali prædictæ Terræ jam inde ab anno 1509 in Jus vocare prædictum Capitulum & Clerum coram A. C. pro via opportuna Monitorii expeditione ex ea omnimodam prædicti Apoſtolici Brevis obſervantiam & executionem.

Cum autem poſt varias rerum, ac temporum vices, diu intermiſſus fuerit prædicti jam inſtituti Judicii curſus, & interim ex parte Capituli, & Cleri perſiſtum fuerit in detrectanda quidem Pontificii Brevis executione, hinc ſub anno 1704 prædicta Univerſitas Localis unanimi procedens cum Regularibus in eadem Terra degentibus, coacta fuit ad reaſſumendum prædictum antiquum Judicium in Tribunali A. C., ubi ab Emo D. meo Card. Petra tunc in eo dignissime conſedente edita fuit Sententia, *omnimodam decernens prædicti Pauli Brevis obſervantiam, ſimulque etiam executionem Decretorum in ſubjecta materia funerariа per Sacram Congregationem editam*. Adverſus quod Judicatum, licet Capitulum obtinuerit commiſſionem directam Noſtro Sacro Auditorio coram clar. mem. Card. Priolo, & ſucceſſive etiam per Deciſionem coram illo editam ſub die 2. Julii 1706, ſuſpenſa interim reſolutione Dubii principalis obtinuerit ad ſui favorem decerni *remiſſionem in Remiſſoria* ad probandam dicti Pauli Brevis inobſervan-

tiam,

tiam, ſignanter ſub obtentu, quod controverſum hoc Jus expercendi functiones funerales, earumque percipiendi emolumenta competere eidem Capitulo debeat in ſequelam Curæ univerſalis, & quidem tam habitualis, quam etiam actualis omnium Animarum penes ipſum exiſtentis, & ulterius eorum emolumentorum perceptio ſucceſſiſſe viſa fuerit in locum Decimarum, & quæ eidem Capitulo cæteroquin deberent de Jure competere, quæ quidem Deciſio edita, *ſuper Dubio Remiſſoria*, fuit etiam iterum ſub die 11. Martii 1729. confirmata coram Me in prædicta claræ mem. Card. Prioli locum ſubrogato.

Subſecutus tamen eventus præclare patefecit, expetitæ Remiſſoriæ prætextum fuiſſe dumtaxat obductum ad effectum novas nectendi moras, & obices adverſus prædictum litem Parochum, dum medio hoc tempore nil aliud habemus in Cauſa fuiſſe geſtum, niſi quamdam Concordiam ex conſilio Capitularium procuratam cum nonnullis ex Univerſitate Terræ Joviæ, & ſucceſſive ſtipulatam in Terra Acquavivæ præceteris diſponentem = *Che debba nelle funzioni funerali ſempre intervenirvi il ſudetto Rev. Capitolo, e Clero con pagarſeli le diritti come ſopra eſpreſſi* =

Quemadmodum vero Concordia hæc iterat potius tumultuarie, & cum præponderantia Petitii factionis Capitulo adhærentis concluſa, & ſubinde ſtipulata in extero loco, ne fortiſſe ſubire potuiſſet contradictiones Regularium Terræ Joviæ, & ulterius longe majoris illius Populi partis, quæ de facto, vix habita prædictæ Concordiæ notitia, uſque ad Biſcentum fere Hominum numerum congregata, illico Procuratorem deputavit, ad effectum illam coram quocumque Tribunali oppugnandi, ita cum in ceri Partium conflictu placuiſſet Sacræ Congregationi Epiſcoporum, & Regularium ſub diebus 27 Aprilis, & 14 Decembris 1731. denegare necesſarium præſidium Beneplaciti Apoſtolici cum ejuſdem Concordiæ validitate requiſitum, Hinc ſublato hujuſce Concordiæ obſtaculo, Patres Minores Conventuales S. Franciſci in eadem Terra Joviæ degentes abſque alia cunctatione contraxit cum Me reaſſumere propoſitam Jurium cognitionem ſuper principalibus Cauſæ meritis, circa quam proinde propoſito hodie Dominis meis Originarium Cauſæ dubium = *An ſit procedendum ad legitimam executionem brevis ſan. mem. Pauli III, & reſpective Decretorum Sacrarum Congregationum ſtante Regularium ſuper Jure ſuperanti* = quod in contumaciam Capituli, & Cleri Secularis legitime interpellati, & adhuc in Judicialem arenam deſcendere non curantis, ex præclaris Juribus Regularium inſtitutorum juſtitia ſuffultis reſolutum fuit = *AFFIRMATIVE IN OMNIBUS*.

Stante enim inhærendo mentis Cauſæ, ſatis plane clari, æque ac Juri conſona viſa fuit Dominis ſeu Terræ Joviæ præſcripto per Breve ſan. mem. Pauli III, de cujus executione in præſenti agitur, ubi poſtquam fuerat opportune præmiſſum = *Quod in dicta Terra certa inoleverat conſuetudo, ſeu potius corruptela, ut dilecti filii Clerus dictæ Terræ etiam non vocati ad aſſociandum Cadavera quorumcumque Defunctorum, etiam non vocati accedent præter ipſorum voluntatem* =

1 Expreſſe ſubinde præcipitur = *Quod Clerus hujuſmodi non vocati, ſeu nolentibus, funeralibus prædictis intereſſe minime poſſint, ſive debeant.*

Hujus autem Pontificiæ determinationis congruentia, & abſolute rationabilitas ſatis deducitur ex Juridica regula in hac materia conſtituta, juxta quam in aſſociatione Cadaverum ad Regularium Eccleſias deferendorum ſolius Parochi interventus

2 de Jure eſt ex neceſſitate adhibendus, ob onerum eidem Parocho a lege commiſſum, juxta celebratam *Text in cap. 1. de Sepulturis, & in Clement. Dudum §. Verum ſub eodem Tit.* Ventrigl. in prax. rerum. 31. *§. Unic. num. 41.* Eminentiſſimus Dominus meus Card. Petra *in ejus eleucubrationibus Comment. ad Conſtit. Apoſt. tom. 3. pag. 399. num. 23. & novíſſime per viam legis ſtatutum fuit in Conſtit. ſan. mem. Benedicti XIII.* incipien. *Pretioſus §. 90.*, quam refert Rot. in *Rubera. Juris tumulandi 27. Aprilis 1731. §. Pretioſus, cor. R. P. D. meo Rezzonico.*

Quod vero reſpicit alios Presbyteros ipſius Parochialis Eccleſiæ ſervitio pariter addictos, ut etiam Canonicos, & Beneficiatos conſtituentes Eccleſiæ Capitulum, penes quod reſidere contingit habitualem animarum Curam, actualiter a Parocho, ſeu Vicario Curato adminiſtratam, nullum iſtis competere poteſt Jus præſtandi interventum

3 in hujuſce funebribus functionibus, niſi ſpecialiter fuerint a Defuncti Hæredibus invitati, ut late tradunt Barboſ. *de Offic. & poteſt. Paroch. part. 3. cap. 26. num. 57.*, *& ad Concil. Tridentin. cap. 13. ſeſſ. 25. de Reform. num. 10.* Anoſtaz. *de Iuſ. pie lib. 6. cap. 6. num. 51.* Pignatell. *conſult. Canon. 205. num. 16. tom. 4.* Piton. *diſcept. Eccleſ. 50. num. 1. tom. 1.* Eminentiſſimus D. meus Card. Petra. *in comment. ad conſtit. 1. Clement. IV. num. 11. & ſeqq. tom. 3. fol. mihi 399*, ubi etiam plures refert reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii, quas etiam repetit Matthæuc. *Offic. Cur. cap. 10. per tot. exequias*, Nov. 10. Cecco per *Lucubrat. Canon. tom. 2. lib. 4. tit. 14. num. 34.*, *& ibi relatas* Rot. *in dicta Ruben. Juris tumulandi 27. Aprilis 1731. ibi. §. Franciſci, coram R. P. D. meo Rezzonico.*

Ex ea ſcilicet juridica ratione militante quoad perſonas conſtituentes Capitulum, penes quod

quod Curam animarum habitualem reſidere contingat; quæ ſicut adhuc certum eſt eamdem curam non exercere actualiter a ſingulis de ejusdem Capituli gremio exiſtentibus, ſed ſolum ab uno, qui per idem Capitulum fuerit ad ipſius Curæ
4 exercitium præelectus, ac deputatus; ita in hiſce etiam terminis hujus tantum certæ Perſonæ interventus eſt de Jure in Cadaverum aſſociationibus adhibendus, ut appoſite proſequitur Eminentiſſimus Petra *d. tom. 3. pag. 329. ſub. num. 23. & 24.* Pignatell *conſult. Canon. 207. num. 13 tom. 4.* & ſ Piton. *diſcept. Eccleſ. 30. num. 4. & ſeqq. tom. 1.*, & Rot. *in dicta Raben. Juris Tumulan. dict. Collectan. 134. num. 30.*, *& Collectan 393. part. 4.*, & ita reſolvit Sacra Congregatio Rituum *in Arien. 29. Julii 1612*, ſimulque alia Epiſcoporum & Regularium *in Feſulana. 21. Julii 1645.* *& in Cremonen. Capelli Juris ſuccedendi 16. Aprilis*
5 *1723.*, ubi ad quartum dubium ita conceptum = *An dicto ejus Electionis Sepulturæ in Eccleſia PP. Conventualium Clerus Sæcularis incedere debeat ſub propria Cruce, vel potius ſub illa eorumdem Patrum* = prodiit reſponſum = *Negative quoad primam partem, & affirmative ad ſecundam* = idemque pariter ſenſit Sacra Congregatio Concilii *in Aquen. Juris Parochialium 9. Julii 1718.* in reſponſis *ad tertium Dubium, & 27. Aprilis 1719.*, & rurſus *in Volaterrana Juris Parochialium 20. Martii 1716* ubi pariter ad quartum Dubium ita ſe habens = *An Archipresbyter aſſociando Cadavera Sepelienda in Eccleſia PP. Conventualium, teneatur incedere ſub illorum Cruce, ſeu potius valeat propriam Crucem elevare* = Prodiit reſponſum = *Affirmative quoad primam partem, & negative ad ſecundam.*

Quantum vero attinet ad aliud caput prætenſionis a Capitulo promotæ, æque pariter abſolutam in jure, & praxi eſt, quod quatenus Archipresbyter, ſeu Vicarius Curatus Capituli, ſive alius Parochus aſſociare debeat Cadavera Sepulturæ tra-
6 denda in Eccleſiis Regularium, teneatur illa dimittere ad fores earumdem Eccleſiarum, ibique ultimum vale ipſis dicere, ultimamque impartiri Benedictionem, & reſpective ultimum depoſitare ſuæ Parochialis Juriſdictionis veſtigium, abſque tamen eo quod uſurpare ſibi poſſit ingreſſum in eaſdem Eccleſias, minuſque uſum Juris in ipſis peragendi exequias, aliaſque funebres functiones, quarum libera facultas reſidet penes Regulares, in quorum Eccleſiis Se-
7 pulturæ ſunt tradenda eadem Cadavera, ut communiter tradunt Pignatell. *conſul. Canon. 48. num. 3. tom. 3.* Barboſ. *de Offic. & poteſt. Paroch. part. 3. cap. 20. num. 80.*, *& ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 13. num. 31.*, *& ſeq.*, *& in Collectan. Apoſtol. decif. Collect. 245. num. 22.*, *& collect. 393. num. primo, & ſeq.* Patamoll. *decif. prima advert. 10. num. 18* Rot. *in Romana Juris Parochialium 11. Aprilis 1720. §. Dubitandum, coram bon. memor. Cerro. & in Romana Funeralium 1. Martii 1722 §. Ruboliani, coram Reverendiſſimo Ratto Epiſcopo Cordubens.*, & in hoc etiam concurrunt aliæ penitus reſolutiones editæ tam a Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, ſignanter in una Brictinoren. *6. Martii 1717.* quam etiam ab altera Concilii ſignanter in *una Lauden. 2. Martii 1712.*, & in prænotata *Volaterrana 16 Martii 1726 ſub quarto Dubio.* Ac præterea quodcumque etiam dubium in hac parte eliminarunt Con-
8 ſtitutiones Apoſtolicæ editæ per Sa. mem. Clementem IV. *in Bullar. nov. tom. primo in 4. §. 23.*, & per Sixtum IV., quæ eſt in ordine *in 6. in eodem Bullar. nov. tom. primo §. 1.*, quæ recentius fuerant etiam confirmatæ per San. mem. Clementem X. per viam legis univerſalis editæ favore Religionis Franciſcanæ, quam refert Mattheuc. *offic. Cur. cap. 10. num. 5.*

Et ita &c.

R. P. D.

R. P. D. HARRACH.

LEODIEN. BENEFICIORUM.

Mercurii 29. Aprilis 1733.

ARGUMENTUM.

Capitulum Jus habet condendi Leges pro recto Eccleſiæ Gubernio, cui etiam non eſt invidenda poteſtas aliqualis coercitionis in eos qui de gremio ſunt. Valida ergo Lex eſt a Capitulo lata, quæ ſimplices etiam Beneficiatos ad perſonale ſervitium adigat, Mulcta adverſus contravenientem indicta; imo optima eſt Sanctio quod Beneficiati Sacram Supellectilem ſua impenſa ſibi comparent.

SUMMARIUM.

1 Capitulum Jus habet condendi Leges in iis, quæ regimen ſuæ Eccleſiæ reſpiciunt.

2 Idem dic in Capitulis utriuſque Sexus, cujus Abbatiſſa jus habet coercitionis in Clericos, & Virgines ſibi ſubditas. & num. 25.

3 Conſuetudine non adverſante, Capitulum Jus habet puniendi Beneficiatos ſibi ſubjectos.

4 Capitulo in Subditos ea competit coercitio quæ Patri in Filios, Domino in Servos, Marito in Uxorem.

5 Majus eſt novas condere leges, quam veteres renovare.

6 Eccleſiæ Statuta tum de Jure, tum in vim Juramenti in actu adeptæ poſſeſſionis præſtiti, ſervare tenentur Beneficiati. & num. 33.

7 Intellige dummodo ſint rationi, & Juri Canonico conſentanea.

8 Beneficia ſimplicia obtinentes, ad Reſidentiam non tenentur.

9 Hinc contrarium præcipere, ad unum pertinet Summum Pontificem.

10 Beneficium ſimplex, etiam parvi redditus, reſidentiam Perſonalem de Jure communi exigit.

11 Imo non reſidens, Beneficio privari debet.

12 Optima ergo lex eſt Capituli, quæ ſimplices etiam Beneficiatos ad Reſidentiam compellit.

13 Hoc in re cavendum eſt a modernis Collectoribus, qui ſubſtinent, Presbyteris, & Clericis non habentibus Beneficium in titulum perſonalem reſidentiam requirens, permiſſum abeſſe.

14 Refertur declaratio Sac. Congregationis Concilii.

16 Licentia abſcendi modo conceſſi, modo denegata Beneficiatis, Beneficium demonſtrat reſidentiale.

17 Simplices Beneficiati ad Reſidentiam non tenentur, dummodo contrarium vel ſpeciali Jure, vel conſuetudine inductum non ſit.

18 Si Reſidentiæ onus per alium impleri non poteſt, ita etiam celebratio Miſſarum, & Proceſſionibus interventus alterius perſona ſuppleri non debet.

19 Onus namque Reſidentiæ intelligitur cum effectu.

20 Verba *reſideat*, *interſit*, *cantet*, vel *ſerviat*, ſunt Æquipollentia.

21 Reſidere idem eſt ac deſervire.

22 Juri, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ conveniens eſt ut poſſidentes Beneficia, & Capellanias cum onere Miſſarum in Eccleſiis Collegiatis, Miſſas per ſe celebrent, aſque onera ſubeant, non item per Subſtitutos, niſi adſit legitimum impedimentum.

23 Amplius ſi ita ferat Eccleſiæ lex recepta conſuetudini conformis.

24 Secluſo impedimento, Beneficiati in Eccleſiis Collegiatis ad ſolemnes Capitulares Proceſſiones accedere tenentur.

25 Validum eſt decretum præſcribens, Capellanos debere Feſtis albis non poſſe celebrare ſine licentia Capituli, quam in Altari cujus habent Beneficium.

26 Ita namque de Jure præſcribitur.

27 Optimum præterea eſt decretum, adigens Beneficiatos ut Supellectilem ad facra facienda neceſſariam ſua impenſa ſibi parent.

28 Id namque præſcribunt Jura.

29 Receptum etenim ubique eſt, ut partem Fructuum Beneficiati, aut Capellani Eccleſiæ tradant pro Sacra Supellectili conſervanda.

30 Juſſum iiſdem eſt decretum, quod Beneficiatos abſentes adigit ad Mulctam correſpondentem taxæ Eleemoſynæ unius Miſſæ.
31 Cui namque competit poteſtas legum condendarum, neque eſt invidenda indictio pœnæ.
32 Res judicata pro veritate habetur.
34 Contra proprium Juramentum an, & quando venire liceat?
35 Ad tramites boni Juris decernenda eſt Manutentio.

DECISIO LXIII.

PRincipiſſa Monſterbiliſ., eademque Abbatiſſa Nobilis Capituli utriuſque ſexus Eccleſiæ Collegiatæ S. Amoris ejuſdem Oppidi Leodien. Diœceſis, cum pro ſua vigilantia, & cura Divini Cultus animadverteret, *zelum pro Domo Dei, & ædificatione Populi refrigiſcere*, & nonnullos ex Beneficiatis, contemptis Monitis, atque exhortationibus detrectare munus ſuum diligenter obire, antiquas Conſtitutiones pro cultu Domus Dei, jam olim conditas, univerſo convocato Capitulo, renovavit. Hi autem, affixo Edicto ad valvas Eccleſiæ, promulgato, Beneficiati, tam grave, atque indebitum onus ſibi impoſitum ab Abbatiſſa, ejuſque Capitulo exiſtimarent, provocarunt ad Apoſtolicum Nuncium ad tractum Rheni, coram quo queſti ſunt non minus invalide, quam injuſte ab Abbatiſſa, & a Capitulo præſumptum fuiſſe *Ut per ſe ipſos, vel etiam per alios ſuos Confratres Miſſas ſuis Beneficiis incumbentes celebrare tenerentur, et Domicilium in ipſo loco Bliſenſi aſſiduum fovere deberent; ac Rebus Domeſticis, & Fiſtri nella ſimilium reſidentiam, ubi, quam ut Eccleſia Bliſienſi Sacrum dicere liceat; et iiſdem diebus Dominiæ Proceſſioni interesse cogantur, quæ ante Miſſam Conventualem ex parte Canonicorum, & Canonicarum fieri ſolet; ut propria ſibi procurent excuſationem, quæ ad Miſſæ Satisfactionem tenentur; et divinum deſerviatur cum Miſſa hebdomadali pro quolibet anno ſolvenda ſit per Beneficiatos abſentes juxta Capitularem Taxam, id eſt ſingulæ valorem Sliguri.* Reverendiſſimus autem Nuncius hac conteſtata, cauſaque mature cognita, ſecundum Capitulum, & Abbatiſſam pronunciavit, ejuſque Sententiam Judex a Sede Apoſtolica delegatus confirmavit. Poſtea vero delata Controverſia ad noſtrum Auditorium quæſitum eſt: = *An, & de quo bene Jure conſtet etiam ad effectum Manutentionis.* Domini reſponderunt ſecundum ea, quæ proponebantur = *CONSTARE DE BONO JURE CAPITULI ETIAM AD EFFECTUM MANUTENTIONIS.*

Cœtus Eccleſiaſticus legitima authoritate conſti-
1 tutus poteſtatem habent legum ferendarum de iis, quæ ad optimum Eccleſiæ ſibi ſubjectæ regimen pertinent. *Cap. Cum omnes de conſtit. cap. Relatum 11. de Teſtam.* Barboſ. *de Offic., & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 93. num. 26.* Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib. 4. cap. 41. num. 1. & 2.* Adden. *ad dictam num. 36., & 37. part. 3 recent. 4, & deciſ. 76. n. 11., & 19. p. 7. rec.* Rota dec. 308 *num. 9. per 17. & deciſ. 675. num. 8., & ſeqq. coram Card. Caprara.* Capitula autem utriuſque ſexus Conſtitutionum condendarum
2 jure, ac facultate potiri, ut in Eccleſiis Dei omnia decenter, & ordine fiant, imo vero pro cujuſque loci moribus, & conſuetudinibus Abbatiſſam, quæ Capitulo præeſt in Clericos, & Virgines ſibi ſubditas non ſolum Juriſdictionem, ſed etiam parvam coercitionem habere, teſtimonio ſunt, quæ Abbati S. Michaelis reſcribit Honorius III. *cap. Cum dilecta X. de Majorit., & obed.* Van-Eſpen *Jur. Eccleſ. Univ. par. 1. tit. 33. de quaſi Epiſcopal. num. 11., & ſeqq.* Fran. Florens *ad cap. 14. tit. de Offic. Jud. Ordin. verb. quoties* Engel *Jur. univ. lib. 5. tit. 39. num. 15.*

Etenim neque Juriſdictio ſine parva coercitione explicari, neque Præſidis munus ſine diſciplina ſuſtineri poteſt. Ideo ubi con-
3 traria conſuetudo non adverſetur, receptum eſt, ut Prælatus, ſeu Capitulum jura laudi, & puniendi Beneficiatos ſibi ſubjectos poteſtatem habeat *Cap. Quanto cap. irrefragabili 13. §. Exceſſus de Offic. Ordin.* ubique Fegnan. *num. 11.*, & Gonzal. *num. 3.* Abb. *in cap. Cum contingat 29. de Foro compet.* Frances. *de Eccleſ. Cathedr. cap. 34. num. 36., & 33.* Tondut. *quaeſt., & reſolut. Benefic. par. 1. cap. 61. num. 19. in fine, & cap. 61. num. 17.* Van Eſpen *in Jus Eccleſ. Univ. par. 1. tit. 11. cap. 6. num. 7., & ſeqq.* Rota *deciſ. 134. num. 12., & ſeqq. part. 19. recent., & deciſ. 12. num. 7. tit. 13. de Offic. Ordin. coram Ill. Falconerio.*

Quod jure, & merito ad exemplar domeſti-
4 cæ diſciplinæ introductum eſt, ut ita Prælato, ſeu Capitulo in ſibi ſubditos, quemadmodum Patri in Filios, Domino in Servos, Marito in Uxorem jus puniendi competat. Bart. *in cap. Cum contingat numer. 20. & 21. de Foro compet.* Valenzuel. *conſ. 43. num. 101., & 109., & ſeqq.* Pirrhing. *in jus can. lib. 1. tit. 23. num. 2., & tit. 24. § 2.* Rota *deciſ. 17. num. 2., & deciſ. 90. num. 4. part. 1. rec.*

Quare ſi Abbatiſſæ, ejuſque Capitulo novarum legum promulgandarum jus competebat de iis, quæ ad augendum Sacrum Cultum, & retinendam decorem Domus Dei

Dei ſpectabant, conſequens eſt ut a Beneficiatis recuſari nequeat obſervantia earum conſtitutionum, quæ nuper cum neglectæ erant renovatæ ſunt, cum aliquid
5 majus ſit novas condere, quam veteres, & non receptas renovare, aut exequi. Bellamer. *ad cap. Treuga extr. de Treuga, & Pace quæſt. 3. Fagn. ad d. cap. Treugas num. 33.*

Quod fortius procedit, quia Beneficiati cum Beneficiorum poſſeſſionem adipiſcuntur, ſolemni Sacramento ſpondent = *Et Statuta, Ordinationes novas, & veteres conſuetudines bonas, & approbatas ſervaturos eſſe* = Quare ad cuſtodiendas Conſtitutiones, de qui-
6 bus agitur, non ſolum Juris Canonici diſpoſitione, ſed etiam interpoſiti Juramenti obligatione, & Religionis vinculo illiſtringuntur. Rota *decis. 46. num. 11. post animadvers.* Scarfanton. *ad Lucubr. Ceccoper. tom. 1. num. ſeqq.*

Sed quoniam obligatio Beneficiatorum ad ſervanda Capituli Statuta, ea ſemper acce-
7 ptione accipitur: dummodo illa rationi, & Juri Canonico conſentanea ſint. Rota *coram Mattheio decis. 82. num. 8. cit. Ottoboni decis. 200. num. 9. & 10.*, & decreta a Capitulo Mynſterbilſenſi renovata, tamquam injuſta, & Canonum diſpoſitioni contraria reprehenduntur, ideo neceſſe eſt, quæ adverſo objiciebantur ad ſingula Decreta, examinare. Primum opponebatur, Reſidentiam Beneficiatis imperatam
8 fuiſſe, qui, cum beneficia ſimplicia obtineant, ad reſidendum adſtringi nequeunt. Innocent. *in cap. fin. num. 1. de Cleric. non reſid.* Barboſ. *de Jure Eccleſiæ Univerſ. lib. 3. cap. 5. num. 9.*; Jura autem
9 imponere, quæ natura Beneficiorum adverſantur, ſolius eſt Supremi Pontificis poteſtatis. Abb. *in cap. Proximum num. 3. de Jure patr. lib. 3. tit. 3. quæſt. princip. 5. num. 5.* Lotter. *de Benefic. lib. 1. quæſt. 31. num. 8.*

At vero illud in primis certum, indubitatum-
10 que eſt, Beneficium ſimplex, tenui quamvis reddituum, Reſidentiam, ut vocant perſonalem, de Jure Communi exigere. *Cap. fin. de Cleric. non reſid. num. con... apud* Barboſ. *in praxi. lit. de diſpenſ. de non reſid. num. 7.* Rota *decis. 375. num. 1. part. 2. recent., & decis. 175. num. 1. coram Ludoviſio, & decis. 2. num. 10., & decis. 2. num. 13. coram Ehm. Falconerii tit. de Benefic.*, adeout non reſidens Beneficiatus,
11 Beneficio privari debeat. *Cap. Conquerente de Cleric. non reſid. ibi gloſſ. verb. diſpenſat., & ibi* Hoſt. Joan. Andr. Butr. Anchar. Zabar. Imol. aliique, Fagnan. *in Comm. ad d. cap. num. 2.*

Quare cum Legislatoria authoritas, intra limi-
12 tes a Jure Canonico præſcriptos ſit penes Abbatiſſam, ejuſque Capitulum, potuit Beneficiariis onus Reſidentiæ recte injungi, & id, quod Jure Communi ſan-

citum eſt, in uſum revocari. Rota *decis. 375. num. 1. & 9. part. 2. recent., & decis. 175. num. 1. coram Ludoviſio decis. 2. ſub num. 10., & decis. 2. ſub num. 13., & decis. 52. num. 15. post animadvers.* Scarfant. *tom. ad Lucubr. Ceccoper. tom. 1.*

Quoniam, ut bene admonet Fagnanus, caven-
13 dum eſt a mediante Collectoribus, dum, aliis relatis, dixerunt Presbyteri, & Clerici non habentibus Beneficium in titulum, perſonalem reſidentiam requirere ſufficiens eſſe ut quo velint. Fagnan. *in Comm. ad cap. Conquerente de Cleric. non reſid.* Quapropter cum a Clericis impugnaretur Conſtitutio Synodi Maſtrictanæ, in qua de Eccleſiaſticis ſanciebatur = *Omnes non Exigentes Sedibus, a Diœceſi non diſcedant, nec a Servitio Eccleſiarum, quibus ſunt adſcripti, ſe abſentent quacumque de cauſa, etiam ordinis alicuius consuetudinis, niſi prius abtenta a Nobis, aut noſtro Vicario Generali licentia ſcripto tradita* = Sacra Congregatio
14 Concilii cauſa propoſita die 18 Junii 1707. reſcripſit = *Suſtineri* = *l. 57. Decr. pag. 225.*

Nec refert, in caſu non agi de decreto condito ab Epiſcopo, ſed a Capitulo utriuſque
15 ſexus. Quoniam hujuſmodi poteſtas, & ſtatuendi facultas Abbatiſſæ, ejuſque Capitulo denegari non poteſt: quæ præter authoritatem nonnullas Conſtitutiones faciendi ad optimum Eccleſiæ Regimen neceſſarias, quæ aliis Capitulis, ſubjectas perſonas habentibus, competere ſolet. Abb. *in cap. Cum contingat de Foro compet., & alii ſupra allegati*, longævo uſu, & legitima conſuetudine in Mynſterbilſenſi Eccleſia receptum eſt, ut Beneficiarii in Eccleſia, & loco ſuorum Beneficiorum reſideant, quod apertè demonſtrant plures Acta ab anno 1557 uſque ad præſens, ex quibus conſtat licentiam, & facultatem a Beneficiariis plures petitam fuiſſe, ut ab Ec-
16 cleſia abeſſe per aliquod tempus liceret, eamque modo impetratam, modo vero denegatam, unde aperte arguitur, Beneficiatis onus Reſidentiæ ab antiquiſſimo tempore impoſitum fuiſſe. Lotter. *de re Benefic. lib. 2. quæſt. 32. num. 87.* Rota *decis. 152. num. 13. part. 19. rec. decis. 213. num. 14. cor. Caprara.*

Quamobrem validè, ac recte Capitulum Mynſterbilſenſe onus Reſidentiæ, quod Juri Canonico conſentaneum eſt, quodque in ſua Eccleſia jam multis ante erat præſcriptum, uſu, ac conſuetudine receptum, Beneficiariis demandavit. Nam ſi quia illi
17 ſimplicium Beneficiorum poſſeſſores ad reſidendum compelli non poſſunt, exceptio locum habet, dummodo aliud vel ſpeciali Jure, vel conſuetudine inductum non ſit. *Gloſſ. in cap. Gratia in verb. de Jure tenere de reſcript. lib. 6.* Lap. *alleg. 56. in princip.* Felin. *in cap. Dilectus il 2. num. 2. de reſcript.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. diſpenſ. de non reſid. num. 8.* Fagnan. *in Comm. ad*

cap. Conquerente num. 4. de Cleric. non reſid. Lotter. *de re Benefic. lib. 3. quæſt. 13. n. 12.* Garz. *de Benefic. par. 3. cap. 2. num. 11.* Rota *deciſ. 175. num. 4. coram Ludoviſio, & d. 375 num. 9. par. 4. recent.*

Ex juſtitia, & validitate Decreti, quo Beneficiariis Reſidentia injungitur, apparet æquitas alterius Capitularis Conſtitutionis, qua præcipitur, ut Miſſas per ſe ipſos celebrent, & interſint Proceſſionibus, quæ in Capitulari Eccleſia fiunt. Etenim cum Beneficiati onus non habeant, vel Curæ Animarum, vel pſallendi in Choro, poſita obligatione Reſidendi, conſequens neceſſario eſt, ut Reſidentia intelligatur ad hunc finem demandata, ut Miſſas ipſi celebrent, Proceſſionibus interſint, aliaque hujuſmodi ſuo muneri conſentanea implere debeant. Quare, quemadmodum

18 Reſidentiæ obligationi per alium ſatisfieri nequit, ita neque celebrationi Miſſarum, & Proceſſionum interventui per alium Beneficiati perfungi poſſunt. Nam aliquin onus Reſidentiæ perſonalis fruſtra fuiſſet impoſitum, & Sententia legis Capitularis circumveniretur, ſi Capellanum, ſeu Beneficiatum per ſe ipſum inſervire non oporteret. *Cap. Quia nonnulli X. de Cleric. non reſid.* Card. *in Clem. un. num. 22. de Foro compet. ubi ait*, onus Reſidentiæ eſſe intelli-

19 gendum cum effectu. Ap. Fagn. *in cap. Conquerente de Cleric. non reſid. num. 16.* Clarius *contra Portoſ. lib. 1. cap. 38. num. 18.*

Etenim hæc verba, *reſidens*, *interſit*, *ſervit*, vel *ſerviat* æquipollentia a Navarra di-

20 cuntur. Navar. *conſ. 6. num. 3. de Cleric. non reſid.* Quare ſi Beneficiati per ſe ipſos reſidere debent, neceſſe eſt, ut etiam per ſe ipſos obeundo munus celebrationis Miſſarum, interveniendo in Proceſſionibus, aliaque hujuſmodi ſuorum Beneficiorum propria peragendo, ſervire teneantur.

21 Quoniam reſidere nihil aliud eſt, quam deſervire, ut clara ſunt verba Pontificis *in cap. conquerenti de Cleric. non reſid.*, & notat Hoſt. *in Sum. de Cleric. non reſid. num. 2. verſ. qualiter autem.* Card. *in Clem. 1. num. 1. verſic. Animadvertendum*, Zuarr. *De Foro comp.* Sylv. *in verbo reſidentia in princip.* Præpoſit. *in cap. Perrexit num. 4.* Fagnan. *loco cit. num. 16.*

Quod eo magis admittendum eſt, quia Beneficiati obtinent ſua Beneficia in Eccleſia

22 Capitulari; juri autem, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ convenientius, & Divino Cultui procurando aptius eſt, ut poſſidentes Beneficia, & Capellanias cum onere Miſſarum in Eccleſia Collegiata Miſſas per ſe celebrent, aliaque onera pro ſervitio ejuſdem Eccleſiæ per ſe adimpleant, non autem per Subſtitutum, niſi legitima cauſa impediti ſint. Ad hæc autem, cum in Eccleſia, de qua agitur, longæva conſuetudine introductum, & deinde Statuto etiam confirmatum ſit, ut Beneficiati Miſſas per ſe ipſos ſemper celebrent, lex utpote rationi Juris conſona, & receptæ

23 conſuetudini conſentanea omnino ſervanda eſt. Franc. Flor. *ad lib. 1. Decretal. Tit. 2. de Conſtit. verb. Itemque decreta* Paris *conſ. 50. num. 19. verſ. Item facit.* Rota *coram Seraph. deciſ. 871. num. 2., & deciſ. 216. n. 2. par. 2. recent. coram Verallo dec. 680. num. 6.* Rota *deciſ. 50. num. 8. coram Caprara.*

Idemque dicendum eſt de interventu in ſolemnibus Capituli Proceſſionibus, cum illis

24 intereſſe Beneficiatis ab antiquiſſimo tempore conſueverint, & Capitulum mensi conveniens ſit, ut Beneficiati in Eccleſiis Collegiatis, dummodo legitimo impedimento non detineantur, ad ſolemnes Capitulares Proceſſiones accedant, ut augustiori pompa Sacræ hujuſmodi Eccleſiæ functiones peragantur. Gavant. *in Manual. verb. Proceſſio num. 8* Pax Jord. *Elucubr. var. tom. 1. lib. 11. tit. 2. de Proceſſ. num. 37. & 41.* Rota *in collect. dec. S. Congreg. Rit. par. 4. num. 382.* Monacell. *formul. legal. pract. Fori Eccleſ. tom. 2. tit. 15. formul. 2. num. 19. verſ. 4. litt. ſ.*

Nec minus æquum, aut validum eſt alterum Decretum, quo præſcribitur, non poſſe Ca-

25 pellanos diebus Dominicis, ac Feſtis alibi ſua Inſtituta Capituli celebrare, quam in Altari, cujus Beneficium obtinent; id

26 enim conſentaneum eſt diſpoſitioni juris, quo præſumptum eſt, quod Capellanias, ſeu Beneficia habent, quibus Miſſarum celebratio injungitur, Miſſas celebrare debere in eodem Altari, in quo Beneficium, ſeu Capellania erecta eſt. Barboſ. *de Offic. & poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 24. num. 33. & ſeq.* Pax Jord. *Elucubr. divers. tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 520.* Monacell. *in formul. Eccleſ. tom. 2. tit. 13. formul. 2. num. 58. & ſeqq.*

Juſtiſſimum quoque eſt aliud Decretum, quo

27 Beneficiatis demandatur, ut Sacram Supellectilem ad Sacra facienda neceſſariam ſua impenſa ſibi comparent. Quoniam de

28 Jure hujuſmodi onus omnibus Capellanis impoſitum eſt, cum ipſi emolumentum Sacrarum oblationum, & fructus, ac reditus Capellaniæ percipiant, ac proinde etiam teneantur impenſam ſuſtinere debent. Abb. *conſil. 89. num. 7. part. 1.* Ricc. *in prax. par. 4. reſol. 97. num. 4.* Cecoper. *Lucubrat. Canon. lib. 3. tit. 11. num. 17. tom. 2.*

29 Ideo fere ubique uſu, & more ſuit approbatum eſt, ut ex fructibus Capellaniarum, aut Beneficiorum aliquid ſupplitum Eccleſiæ, in quibus Beneficia, aut Capellaniæ ſunt, tradatur pro Sacra Supellectili paranda, conſervandaque, vel ut ut ipſius ex quotidiano uſu detrimenti compenſationem ſolvatur. Monacell. *formul. Eccleſ. tom. 2. formul. 2. num. 56. in fine, & tom. 3. in Append. inſtruct. 5. num. 10. propè fin., & tom. 4. in ſuppl. ad tom. 2. num. 181.*

Neque

Neque demum injuſtum, aut ſeverum dici
30 poteſt ultimum Decretum quo Mulcta irrogatur Beneficiatis abſentibus, nempe triginta vaſorum Salgemæ, quorum horum pretium reſpondet Taxæ Eleemoſynæ, quæ ſolvi ſolet pro unica Miſſa quolibet Hebdomada totius anni celebranda, propterea æquum eſt, ut Capellani, ſeu Beneficiarii abſentes eam Salgemæ quantitatem præſtent Sacerdotibus, qui eorum loco Miſſas celebrarunt. Et quidem facultatem inferendæ hujuſmodi Mulctæ reſidere penes Abbatiſſam, & Capitulum denegari nequit, ſemel ac admiſſum eſt, eidem Capitulo Legum, & Conſtitutionum ferendarum poteſtatem competere. Etenim nemini,
31 ut dictum eſt, & ſinſtantes Legiſlatoris poteſtas ſit, contra Legem tranſgredientes, pœnam aliquam infligi poſſe neceſſarium eſt, ideoque hujuſmodi Statuta Sanctionibus, ac pœnis muniri ſolent, quæ et, qui contra fecerint legitimo Jure infligantur *Arg. Text. in cap. ex litteris X de Conſtit., & cap. an X de Syndico leg., & ſeq. ff. quod cujuſque univerſitat. nom., Fl. Flor. ad tit. 2 de Conſtit. lib. 1 Decret. verb. natandum Imol. in cap. Cum omnes X. de Conſtit. num. 22.* quod certe citra omnem dubitationem admitti debet in ſpecie propoſita, in qua pœna, quæ Capituli conſtitutione adverſus inobedientes ſancita eſt, non una, ſed duabus rebus judica-
32 tis adprobata eſt. Res autem judicata rem certam facit, & pro veritate habetur *L. 1. ff. de re jud. & leg. Res judicata 109 ff. de regul. jur.* Rota *deciſ. 130 num. 18, & deciſ. 251 num. 41. part. 19. rec.*
Itaque Beneficiati immerito parere renuunt Conſtitutionibus Collegii Myſterbliſentia, eaſque injuſtas, aut invalidas eſſe, redarguunt, cum diſpoſitioni Sacrorum Canonum conſonæ ſint, & cum ab antiquiſſimo tempore ſancitæ fuerint, & longævo uſu, ac conſuetudine comprobatæ ſint, & demum, quod ab initio ſuperius animadverſum eſt, cum Beneficiatis eodem met tempore, quo Beneficiorum fue-
33 runt poſſeſſionem adipiſcuntur, ſolemni Juramento ſe obligent ad ſervandas Conſtitutiones tam novas, quam vetuſtas. Quare etiamſi reliqua deeſſent, id unum ſatis eſſet, ut ad eas obſervandas cogi deberent. Siquidem Jurisjurandi vis, atque Religio ſumma eſt, & adeo diligenter cuſtodiendum eſt, ut non ſit tutum cuilibet contra Juramentum ſuum venire, li-
34 cet graviſſimo metu extortum, niſi tale ſit, quod ſervatum vergat in diſpendium ſalutis æternæ *Cap. Si vero X de jure jurando. Cap. Quamvis de Pactis in 6. Setaphin. de Privileg. Juram. Privileg. 17. n. 14. & Privileg. 161 num. 1., & ſeqq.* Rota *deciſ. 46. num. 21. poſt animadverſ.* Scarfant. *ad Lucubrat. Tom. 1 num allegat.*
Quare cum evidens, & clarum undique bonum Jus, ex Capitulum utriuſque Sexus intuebatur, appareret, placuit Dominis contra Beneficiatos reddere interdictum *Uti poſſidetis*, ſeu contra eos Manutentionem Capitulo elargiri, cum receptiſſi-
35 mum in Foro ſit, eam in conſequentiam, ſeu ad tramites boni Juris concedere *Poſt. de Manutent. obſervat. 46. num. 18.* Rota *in Tertonen. Domini ſuper Manutentione 11 Maii 1718. § Poſtremo, cor. bo. mem. Cameſta, & Beneventana Immiſſionis 27. Apr. 1721 § Abſque eo quod, cor. R. P. D. meo Mollino.*
Et ita utrinque &c.

R. P. D. CALCAGNINO.

ROMANA CAPELLÆ.

Mercurii 29. Aprilis 1723.

ARGUMENTUM.

Inſignia Gentilitia Benefactoris in Eccleſia affixa velut Teſtimonium piæ munificentiæ, amoveri vetant Jura; quod ſi avulſa, aut dejecta fuerint, in priſtinum ea decet reponi. Neque Actor repellitur ſive ob defectum qualitatis hereditariæ, ſive ob non verificatam deſcendentiam a Benefactore: ſatis namque eſt, eum eſſe in genere de Domo, & Familia; qui tamen alio ſuperveniente Benefactore ad pati debet, ut is & ſua ibidem retineat Stemmata, quod Jus prohibendi uni competeret Patrono in tota Eccleſia Patronatum habente. Ex quibus dicatur, Fundatorem ſibi Patronatum in Eccleſia non reſervaſſe?

SUMMARIUM.

1 Læſio eſt fundamentum reſtitutionis in integrum.

2 Gentilitia Stemmata Familiæ dejecta ſi fuerint, in locum priſtinum ſunt reponen-

nenda, iiſdemque etiam titulo monumentis inſcribenda.

3 Contra, ſi quis Eccleſiam extruxerit, aut dotaverit libere, & amore Dei, ac pro ſuffragio animae ſuae.

4 Hoc namque caſu, liberum videretur Eccleſiae Rectoribus de re propria diſponere.

5 Eo plus, in rebus nemini praejudicialibus.

6 Non ita vero, ubi res eſt de removendis Stemmatibus alicujus Familiae in Eccleſia affixorum.

7 Namque lugubre, & injurioſum eſt, antequorum memoriam videre revulſa, atque dejecta.

8 Actio Injuriarum competat adverſus dejicientem aliorum monumenta.

9 Et ſatis eſt quempiam in genere, & in latiori ſignificatione eſſe de Domo, & Familia, & ad eum quoque modo pertinere decus, & praerogativas Familiae.

10 Publice intereſt, Inſcriptionibus, & monumentis per Beneficii gratitudinem teſtari, & munificentiae memoriam ad Poſteros tranſmittere.

11 Extincta Benefactoris linea, adhuc Stemmata removeri non poſſunt, ſed ea favore publico decet conſervari.

12 Immo neque Haeredibus amovere permittendum.

13 Novi ſupervenientes Benefactores, aequum eſt ut hujus quoque Inſignia in Eccleſia locentur.

14 Novus Benefactor is etiam dicitur, qui Capellam renovavit, aut dealbavit.

15 Eccleſiarum reſtaurationes, aut renovationes fieri debent ſine aliorum praejudicio, & eadem manentibus praerogativis.

16 In Eccleſia Patronata, nihil innovandum eſt inconſulto Patrono.

17 Fundator Eccleſiae non acquirit Juspatronatus, niſi illud ſibi expreſſe reſervaverit.

18 Amplius, ſi levera ſibi reſervaverit, nulla facta de Jurepatronatus mentione.

19 Amplius, ſtante defectu ſolemnitatis, ſeu Apoſtolici aſſenſus & cum ei.

20 Ad affectum acquirendi Juspatronatus in Eccleſiis Regularium requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, quod ex curſu temporis non praeſumitur interveniſſe, ſi nulla de eo impetrando intercesſerit reſervatio.

22 Ex retentione Stemmatum in Eccleſia praeſumitur Juspatronatus, ſi agatur de mero exercitio aliquo Juris honorifici.

23 Secus, ſi res ſit de redigendo Eccleſiam liberam in ſervitutem.

24 Stemmata Fundatoris Eccleſiae in medio Eccleſiae Navi retinenda ſunt non in vero Stemmata illius, qui in eadem Eccleſia Sacellum aliquod extruxerit.

25 Recenſentur Exempla Eccleſiarum Urbis.

DECISIO LXIV.

IN Templo Divi Bernardi ad Thermas Diocletianas extructo, Antonius de Laurentiis juxta conventionem a Monachis capitulariter conventis, & ab eorum Generali Abbate impetratam, Sepulturae locum ſibi aperuit prope Aram dicti Glorioſi Ordinis Ciſtercienſis Fundatoris, ejuſque proximum Sacellum ab imo ſolo ad ſummum uſque faſtigium variis artis muſeo opere, nitidiori picturae ornamento, magna pecuniarum impendio locupletavit, ſubjectumque pavimentum marmore verſiculore conſtratum, poſitis per ambitum e ſolido marmore ſeptis, cuncluſit, ſuaeque Familiae Inſignia non ſolum in novo aditu Sepulchri, ſed in ipſis veterum columnarum baſibus, dele to antiquo Domus Sfortiae Stemmate, inſculpſit.

Rei autem iſtius novitatem, cum primum cognovit Dux Cajetanus Sfortia Caeſarinus, adverſus dictos Monachos praedictos, haeredemque dicti Antonii jam defuncti coram Eminentiſſimo Urbis Vicario conventum, cauſaque cognitione ad R. P. D. Dulcium delegata, iſte, Actionem proſequenti Duce Sfortia Caeſarino filio dicti Cajetani pariter defuncti, poſt factum Juditialem acceſſum, legitimaſque inſtructas probationes, praevio Mandato de reintegrando ad poſſeſſionem omnium Inſignium & monumentorum Domus Sfortiae, Sententiam dictitavit tulit, tam ſuper deletione Inſignium Domus de Laurentiis quam reſpectu ſuper reſtitutione in priſtinum quoad Aram, & Stemmata Familiae Sfortiae.

Cum quidem Judicio tum dicti de Laurentiis in vim ſubjectae gravitatis paruiſſent, ſe ſe adverſus praefatos Monachos pro liberatione a Moleſtia a Duce Sfortia illata, & pro damnorum refectione coram eodem Judice convenerant. Aſt Monachi declinare ſatagentes Judicium praeludati R. P. D. Dulcii, cujus praemiſſa Sententia ob non interpoſitam Appellationem tranſitum jam fecerat in rem judicatam, ad Signaturam Juſtitiae contribuerunt, eiuſque tam dicto Duce Sfortia, quam dictis de Laurentiis, reſcriptum prodiit = *Quoad Mandatum ſine praejudicio, quoad Sententiam de Conſis, & quoad Laurentios tanquam in prima, & cum eodem Auditore Rotae, & ceteris.* =

Secundum itaque hujus Reſcripti indolem, cum Mihi commiſſio directa fuiſſet, Controverſiam omnem in duo partitus ſui Dubia, quorum primum referebatur ad examen dictae rei judicatae, alterum vero ad cognitionem dictarum moleſtiarum, & damnorum

ornorum, quæ Laurentii a ſe paſſi querebantur. Et quod verum quidem, cum hoc nunc de more PP. cogi verum = *Ad tradit. di 11 Judicum, ſin pitlas de Caſſis reſtitutionem in integrum* in nostri reſponſum = *CONSTARE DE RE JUDICATA* in juxta *Medium* inferius propugnandum.

Præſuppoſita enim controverſiæ Sententiæ validitate, omnis inſpectio circa quaſdem Jeſuitum vertitur, & cum hæc in parte

1 totum cauſæ momentum ad læſionis probationem redigatur per *Text. in cap. 1. de Reſtit. in integrum l. 4. §. Contemnam ff. de re judicat. cum aliis in Eugubina Concurſus 16. Januarii §. Etenim, coram me*; Sano examine ſuper prætenſa læſione habito, perſpectum eſt, Sententiam, de qua agitur, nullatenus læſivam fuiſſe. Jure enim factum videtur, ut Gentilitia Inſignia Familiæ Sfortiæ per novationem de-

2 jecta in locum pristinum restituantur, ibidemque tituli etiam manutentionis aſfixa retineantur, ad tradita per Giurgam conſ. 8. num. 12 & 13. Laganez. *de Fraſib. part. 1. cap. 3. §. 1. num. 38.* Fraſſ. *de Juspatronat. Indiarum cap. 97. num. 24. & 27.* Frances. *de Eccleſ. Cathed. cap. 16. num. 160.* Palm. Napea *conſult. 30. num. 11.* Pignatell. *conſult. 7. num. 13. tom. 1.* Rot. *coram Pamphil. deciſ. 717. num. 1.*, *ſuper Addit. num. 8., in Vicen. Penſionis 7. Maii 1700. §. Nec obſtabat*, etiam *clar. mem. Caprara*, in *Taratonen. Inſignium*, *ſuper Manutentionis 3. Julii 1702. § 1.* in *am. bon. mem. Caffarelli*, & in *Baren. Stemmatis 4. Junii 1703. §. Poſſeſſio*, coram *bon. mem. Ottobono*.

Arnorumque hujuſmodi retentio, ſeu reſtitutio, nec impediri poſſe viſa eſt, eo ſub prætextu, quod Catharina de Nobilibus Sfortia Auctrix moderni Ducis Sfortiæ Cæſarini anno 1504. Bellinoos Hortos Monachis conceſſerit, & ibidem propriis ære

3 Eccleſiam extruxerit = *Libera, & amore Dei, ac pro ſuffragio Animæ ſuæ, ac Cardinalis Franciſci ejus filii*; ut ideoque ſtante dicta libera conceſſione, valeant liberum Mo-

4 nachi relictum arbitrium de re propria ad ſibitum diſponendi, ut poſt Innocentium in *cap. Fratam*, & *cap. Poſtulaſti de Fu-* *compacta* in terminis Ancharan. *conſil. 113 num. 2.* cum concordan. apud Tondut. *quæſt. Benefic. cap. 73. a num. 29.*

Etenim, admiſſa libera Monachorum diſpoſitio-

5 ne quoad res nemini præjudiciales, certe cum res ſit de remotione Armorum a longa jam annorum ſerie in eorum Templo

6 affixorum, id non ſine magno Domus Sfortiæ præjudicio permitti poſſe videretur, ut per *Text. in l. 2., & l. fin. ff. de oper. public.* Hanc objecto punctualiter reſpondit Rot. in *Anconitana, Inſignium 30. Januarii 1721. § Haud relevantis*, coram *R. P. D. meo Creſcentio*. Satis quippe lugubre, &

7 iniquiſſimum eſt, antiquorum memorias videre revulſas, atque dejectas, argumento *Text. in l. ſi ... Titium 21. §. Nec vero demum. Cod. de Adminiſtrat. Tutor.* Genuenſ. *in praxi cap. 109. num. 2.* Mirant. *reſponſ. 16. num. 38. & 39. tom. 1.* Tancredum *in ... ſolt. 6. n. 1.* Conſil. *de Malefic. §. 18. n. 23.*

Quare iſto etiam ex capite in reaſſumendi adverſus eos, qui temeraria auſa aliorum

8 monumenta dejecerint, ſtatum eſt, injuriarum actionem prodituram eſſe per *Text. in l. Si ſtatua ff. de injur. in l. Siquidem Cod. eod. l. Recitem §. Pomponius ff. de annuis Legat. facit Textus in l. 1. ff. de Sepulchro violat.* Mirant. *reſponſ. 16. num. 39.* Ricc. *in Prax. part. 1. reſolut. 578. num. 2.* Tondut. *quæſt. Benefic. cap. 73. num. 12. part. 1.* Antonell. *de Regim. Eccleſiæ cap. 6. §. 4. num. 35.* Franc. *de Eccleſ. Cathed. cap. 16. num. 79.* Gratian *diſcept. 210. num. 54., & ſeq.* Franciſ. de Magiſtris *in Stylo Eccleſ. lib. 1. cap. 7. n. 47., & Menoch. de recuper. poſſeſſ. rem. 15. n. 37. & 48.*

Fruſtraque prætenditur, nullam Duci Cæſarino actionem competere, ex quo nullam ipſe qualitatem præſeferat hæreditariam, vel deſcendentiam a D. Catharina Sfortia probet. Etenim quidquid ſit hoc in re aſſeratur in terminis Juſpatronatus Eccleſiaſtici hæreditarii, vel Gentilitii; in ſubjecto certe themate, cum agatur de mera honorificentia Familiæ cæteroquin nobiliſſimæ, viſum eſt ad effectum, de quo agitur, neceſſarias nullatenus eſſe probationes hæreditariæ qualitatis, minimeque probandam eſſe Deſcendentiam per ſuos

9 diſtinctos gradus, ſed ſatis eſſe aliquem in genere & latiori acceptione eſſe de Domo, & Familia, & ad eum quocumque modo ejuſdem Familiæ Decus, & prærogativas pertinere. Scilicet *in L. Jus familiarum § num. 2. verſ. Nam, quod omnes, & in fin. verſ. Ex prædictis. Cod. de Sepulchr. violat.* inveniſſe per Rotam *coram Dunozet Jun. deciſ. 896. num. 4., & deciſ. 52. num. 15. & 16. in ... coram Molinas*.

Nullo ſiquidem modo in Judicio iſtiuſmodi Actus adgendus eſt ad ſtrictiores probationes quoad perſonalem legitimationem, nam ex intrinſeca perſpecta, ipſa in hujus actionis proſecutione non tam propriam, privatamque intereſſe, quam publicam Cauſam agere, & publica Jura tueri

10 videtur. Publice ſiquidem intereſt, Inſcriptionibus, & monumentis iſtiuſmodi pro Beneficiis partum grati animi teſtari, & munificentiam memoriam ad poſteros tranſmittere. *L. 2. ff. de oper. publ.*, *ubi gloſſ.*, & *l. 3.*, & *7. eod. tit.*, & *L. Legatum in fin. ff. de adminiſtrat. rer. ad Civit. pertin. L. final. Cod. de ſtatuis*, & *Imaginib.* Ricc. *in praxi reſolut. 578. num. 2. tom. 1.* Franc. *de Eccleſ. Cathed. cap. 16. num. 47. cap. 17. num. 76., & cap. 20. num. 27.* Rot. *coram Dunozet Jun. deciſ. 341. num. 3. & deciſ. 894. num. 4. coram Iulvenſ. deciſ. 463. num. 5. coram Merlin. deciſ. 436. num.*

num. 48., & ſeq. in rec. deciſ. 609. num. 1. part. 5. tom. 1. deciſ. 632. num. 3. part. 19. rec. tom. 1., & in Romana aſſiſtentiæ Lapidis 26. Aprilis 1732. §. Admiſſa, & ſeq. in ſecundo de Gambaris, & in d. Romana Inſignium §. Cæterum, cor. R. P. D. meo Creſcentio.

Illam quia etiam ob rationem in forinſecis adhuc terminis jure receptum eſt, quod etiamſi

21 ſi Benefactores heres extincti ſint, monumenta nihilominus, & Gentilitia Arma hujuſmodi tenentes non poſſent, ſed eadem favore publico conſervanda eſſent, & manutenenda, ut firmat Tuſchredus d. conſult. 6. num. 16., & ſeq. Hoeping de Jure Inſignium cap. 10. num. 38. Urſel. conſult. 144. num. 39. Antonell. de Regim. Eccleſiæ lib. 3. cap. 6. §. 4. num. 31. Riccardell. in Lyn. Eccleſiaſtico tom. 1. cap. 18. num. 15. Et quod, ob eamdem ſeu tertiam

22 rationem, neque ipſis hæredibus ſimilium Monumentorum amotio, ſeu dejectio permitti debeat, tradit Gratian. diſcept. 110. num. 42. Pax Jordan. Elucubrat. Canonic. lib. 10. tit. 7. num. 451., & ſeq. Riccardell. lit. in num. 23. & cap. 4. §. 13. num. 13. & 15. ad tom. 2., Solorzan. de Jure Ind. tom. 2. part. 3. cap. 3. num. 51. Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 6. §. 4. num. 39. Gratian. deciſ. 16. num. 8. & 19. Rot. coram Seraphin. deciſ. 653. num. 2. coram Ludoviſ. deciſ. 563. num. 2., & cor. Dunozet. Jun. deciſ. 341. num. 3.

Abſoluta his ad rei judicatæ auctoritatem conſtabiliendam, ſubinde quod ejus MODIFICATIONEM cenſuerunt, PP. = Antonii de Laurentiis licet ſit, cuique ſibus liiere juxta penſiatum ſibi a Monachis factum, in Sepulchrali lapide inſcriptionem, & Gentilitia arma apponere, apoſtſique inſerere, non eis eam facultatem eſſe, non quidem in exteriori facie, ſed in interioribus tantummodo Sacelli parietibus propriæ familiæ Stemmata ſeu arma, & quæcumque hujuſmodi monumenta includere. Atque inſculpere. In hanc autem Modificationem PP. facile deſcenderunt ex eiſdem Juris principiis, quibus ſupra firmatum eſt Arma Domus Sfortiæ in ſuis deſtinatis locis conſervanda eſſe. Sicuti enim dicta Arma in exteriori Beneficii memoriam amovenda non ſunt, ita

23 alia ſuperinducenda Benefactore ſimilibus monumenta perpetuam gratitudinem teſtari oportet, juxta ea, quæ bene obſervat Pax Jordan. lib. 10. tit. 7. de Jurepatron. tom. 2. fol. mihi 168. num. 453. §. Quod ſi ... & verſ. Propterea ſi alias ... &

24 quod ad hunc effectum ſufficiat eminentum, & dealbatio Capellæ tradit Miger. de Advocat. armat. cap. 18. num. 110. Advocatus Urſaya Diſcept. Eccleſ. tom. 1. part. 1. diſcept. 34. num. 13. Rot. deciſ. 365. num. 4. part. 5. diverſ., & in Tolatana ... natus Capellæ 5. Martii 1723. § Sed, cor. bo. me. Lancetta.

Accuratius vero in eadem dicta Modificatione expreſſum eſt, dictis de Laurentiis facultatem eſſe apponendi dicta Arma, ſeu monumenta in interioribus Sacelli parietibus, non autem in exteriori ejuſdem proſpectu, qui in medium Eccleſiæ navim exit. Cum enim per totum paſſim ipſius mediæ navis ambitu Gentilitia dictæ Familiæ Sfortiæ Inſignia præfixa conſpiciantur, non ſine oculari hujus nobiliſſimæ Familiæ præjudicio aliorum Stemmata interim ſe immiſcerentur, uſcoque hac in re jure optime cautum eſt Eccleſiarum quarumcumque inſtaurationes, & reparationes,

25 ipſiſque etiam renovationes ſine aliquo præjudicio, & iiſdem remanentibus prærogativis faciendas eſſe. Cap. Ad Audientiam de Eccleſ. ædificand. Tuſchredus conſult. 6. num. 16. abi ... Rochus ... tom. 2. verſic. 245. Riccardell. Lyn. Eccleſ. cap. 14. num. 82. tom. 1. Odd. de reſtit. part. 1. quæſt. 94. artic. 1. num. 26. Franciſc. de Magiſtris Sylv. Eccleſ. lib. 1. cap. 7. num. 36. verſ. Quæquam. Paſch. decl. Bovemen. 57. num. 6., & ſeqq. & plene Rot. deciſ. 463. per tot. coram Ludoviſ.

Parte autem ex alia, momentis penſitis juxta prætenſiones Dux Sfortia Ceſarinus conqueſtus eſt ſuper dicta facultate per Monachos attributa præfatis de Laurentiis apponendi Sepulturam, & exornandi dictam Capellam, atque apponendi inſuper Inſcriptionem, & Arma. Tota ſiquidem dicti Ducis Sfortiæ querimonia innice fundata erat in ſuppoſitione, quod cum Fa-

26 miliæ ſine agnitione fuerit Patronatus in ipſa Eccleſia Divi Bernardi, non potuerint Monachi de re ad ipſum, uti Patronum, ſpectante, eodem irrequiſito, diſponere, ut per Text. in L. final. §. de ... & habetur obſervat Giovagnum. ... ſil. 8. num. 5., & d. lib. 2., & tradit Paſ. conſil. 149. num. 10. & ſeq. & num. 15. lib. 4. Gratian. diſcept. 18. num. 48. Valenzuel. conſil. 18. num. 43. 47. & 51. Card. de Luc. de Jurepatron. diſc. 52. num. 9., & Rot. deciſ. 110. num. 4. part. 17. rec., & deciſ. 636. num. 4. coram Cerro.

Cæterum, hanc objectionem quemmonine factum ipſum obſtare deprehenſum eſt. Nam per diſtracta Donationis Inſtrumento per dictam Catharinam de Nobilibus Sfortiam factu, nulla in eo legitur Juriſpatronatus reſervatio, ſed tota conceſſio ex pleta apparet ex Liberi, & amore Dei, ac pro ſuffragio animæ ſuæ etc. ut ideoque etiamſi dicta Catharina Solum emerit, & ingentem pecuniam fabricando Templo erogaverit, ac conſequenter Fundationis nomen promeruerit, non tamen propterea ſibi, ſuiſque

27 Succeſſoribus Patronatum acquiſivit, nam in eo liberalitatis actu non de acquirenda Patronatu, ſed de amore Dei, & Animæ ſuffragio cogitaviſſe viſa fuit, ut appoſite notavit Rota in una Albanen. Primitus

apud

apud Garzium de benefic. par. 5. cap. 9. poſt num. 99., & deciſ. 101. num. 4., & ſeqq. coram Dunozett. Jun. deciſ. 174. num. 2. cor. Cerillo.

Accedit his, quod dicta Catharina valde ſollicita in reſervandis ſibi quibuſcumque munitiori inden...s, Columnis, & Stemmatis, quæ reperiri potuiſſent in exhibitione dictorum Hortorum Belluaccum, nullum quidem verbum fecit de Patronatus reſervatione, quod ſatis oſtendit, dictam Fundatricem non habuiſſe animum acquirendi Jurispatronatum, nam dicta Catharina quæ de levioribus ſolicitam curam

18 habuit, graviori penitus tranſcurrere voluiſſe præſumenda non eſt, ut ad rem erguit Rota *deciſ. 13. in fin., & poſt ſequentur in dicta Albanis Preneſtin. relat. per Gatz. part. 5. cap. 9. ſub cent. 99. poſt med.*

Nec tantum ob defectum voluntatis ipſius Fundatricis, ſed etiam ob defectum formæ,

19 ſeu ſolemnitatis, de reſervatione controverſi Patronatus non conſtare viſum eſt. Quidquid enim ſit de præſumptione quoad aſſenſum ſuperioris Eccleſiaſtici in Eccleſia Secolrium, in ſubjecta certe ſpecie

20 cum res ſit de Eccleſia Regularium, & ex ipſo Inſtrumento appareat, quod ab initio nulla facta fuerit Apoſtolici aſſenſus reſervatio, ex ſolo temporis lapſu præſumi non poteſt, quod Apoſtolicum Beneplacitum ſuperacceſſerit. Quoties enim in ipſa fundatione hujuſce non habetur expreſſa reſervatio Juriſpatronatus, nec legitur ad eum effectum reſervate Apoſtolici Beneplaciti impetratio, conſtare dicitur de libertate initio, ſeu de natura contraria Patronatus, & ideo ad eum inducendum præſumptio Apoſtolici aſſenſus ex ſolo temporis lapſu nullimode ſuffragari poteſt. Optime Archidiac. *in cap. Nullus 16. quæſt. 6. in cap. Cum concedendis lo ſic ti excep.* Abb. *conſil. 54. volum. 2. part. 2.* Dec. *conſil. 17. in princip.*, *tum alias per* Rot. *in d. Albanis, poſt Incipit;* & ita ſtante defectu Apoſtolici aſſenſus

21 procedunt firmata per Rot. *in Alba. Preneſtin. 20. Januarii 1708. §. Et eo item, etiam bon. mem. Lancetta coram die 7. Decembris 1708. §. Albas., & §. Ut igitur, & ab eo, Martii 1709. §. Ex quibus, coram Reo Decano, & alibi paſſim.*

Sola vero Armorum, & gentilitiorum Inſignium conſpicuæ retentio incaſſum adverſus ſupradicta omnia objicitur. Licet enim non careat inficias, monumenta ejuſmodi, aliis concurrentibus conjecturis, non leve præ-

22 ſtare argumentum pro Patronatu præſumendo, præſertim ubi non agitur ad effectum præſentationis, ſed ad merum et excitum eſſe hujus Juris honorifici, ut notum fuit in *Neapolitana Capellæ, & Sepulchri ſuper bono Jure 17. Januarii 1724. §. 6. & 35. 1ream ter, & 5. Februarii 1725. §. Præſertim. coram R. P. D. meo Cerio, ubi concord.*

Nihilo tamen minus ubi, prout in themate, conſtat de defectu tum voluntatis, tum formæ in ipſo Fundationis initio, nulliſque inſuper conjecturæ adſtipulantibus, vanum penitus videtur ex ſolis Gentilitiis armis in Templi parietibus præfixis Ju-

23 ſpatronatus præſumere velle, & Eccleſiam in prædictam ſervitutem redigere, ut proinde notat Card. de Luc. *de Jure patron. diſc. 57. cum 14. Rota in Veliterna Fabricæ 7. Junii 1706. §. Id tamen, coram bon. mem. Molinis, & in Tuden. Capellæ, ſeu Eccleſiæ S. Bartholomæi de Nova 6. Junii 1701., §. 1. tum ſeqq. cor. bo. me. Criſpolto.*

Secluſa igitur dicta Juris patronatus prætentione, nihil ſupereſt, quod prælaudatus Dux Sfortia Cæſarinus queratur ſuper Armorum appoſitione, ſeu retentione permiſſa illis de Laurentiis. Cum enim iiſdem ſuiſſe ſeculo conceſſi fuerit affigendi Arma, & incidendi Inſcriptiones in ſola Sepulchrali lapide, & intra ambitum Sacelli ab ipſis inſtructi; nullum certe dicto Duci Sfortiæ illatum videtur præjudicium, quotieſcumque eadem facta eſt Armorum reſtitutio in priſtinum locum, & cæteris denegata ſit Gentilitiorum Inſignium appoſitio in media Eccleſiæ Na-

24 vi. Neque enim incongruum eſt, ut ei qui totam erexit Eccleſiam Arma in ejuſdem Eccleſiæ medio reſerventur, ei vero, qui in eadem Eccleſia Sacellum aliquod extruxit, vel exornavit in eodem Sacello Armorum appoſitio concedatur; ut non pauci in ipſa Urbe extant exemple, prout ad id comprobandum nuns ex

25 Domum ſignanter indigitavit Templum Domus Profeſſæ Societatis Jeſu erectum a familia Farneſia, & Templum S. Ignatii ejuſdem Societatis erectum a familia Ludoviſia, in quibus nihilominus aliorum particularium Inſignia in Sacellis, & Sepulturis conſpiciuntur.

Et ita in triangulari certamine &c.

R. P. D. HARRACH.

BARCHINONEN. NUNCIATIONIS NOVI OPERIS.

Lunæ 7. Decembris 1733.

ARGUMENTUM.

Capella quando dicatur Deo dicata, itaut non poſſit ad uſus profanos nec etiam de Ordinarii licentia, converti. Archidiaconi Eccleſiæ conſenſus an, & quando requiratur pro novis ædificiis in ſua Eccleſia extruendis. Operarii Eccleſiarum quam facultatem habeant, & in quibus eorum munus conſiſtat, & an dependere debeant a Rectore Eccleſiæ?

SUMMARIUM.

1 Quiſque in proprio ſolo ædificare poteſt ad ſui libitum, etiam immutando faciem rei.

2 Operarii Eccleſiarum an, & quando poſſint ædificare abſque conſenſu Rectoris Eccleſiæ?

3 Operarii hujuſmodi non ſunt capaces ad miniſtrandas res Eccleſiaſticas, ſed ſolum iis competit quædam adminiſtratio ſecularis, & ſollicitudinaria, ſeu *Providentialis*, cum dependentia a Miniſtris Eccleſiæ.

4 Limita, ſi ex antiqua conſuetudine, vel ex Ordinarii ſententia plenam adminiſtrationem habuerint independenter ab eis.

5 Laici ſunt capaces ſimplicis adminiſtrationis temporalis, & œconomicæ fructuum Eccleſiæ.

6 Dependentiam habent ab Epiſcopo, qui poteſt eos cogere ad reddendam rationem.

7 Ordinarii licentia ſupplet quemcumque defectum facultatis, quatenus in Laicis adfuiſſet.

8 Conſenſus Rectoris Eccleſiæ abſque cauſa denegatus, ſuppleri poteſt ab Epiſcopo.

9 Loca Sacra Deo ſemel dicata, profanis uſibus non ſunt deputanda.

10 In quibus locis id habeat locum?

11 Ex quibus reſultet, Capellam fuiſſe Deo perpetuo dicatam?

12 Locus Sacer per accidens deſtinatus ad Sacrificium Miſſæ, non poteſt dici perpetuo Sacer, aut Deo permanenter dicatus, itaut non poſſit in profanos uſus converti.

13 Capella, vel alius locus, quando dicatur Sacer, aut Deo permanenter dicatus, ut gaudeat Immunitate Eccleſiaſtica?

14 Immunitas Eccleſiaſtica eſt favorabilis, & latiorem recipit interpretationem.

15 Ex tumulatione Cadaverum in aliquo loco, non infertur eum eſſe Sacrum, ſed requiritur auctoritas Ordinarii, qui dictum locum irrevocabiliter deſtinet ad uſum pium.

DECISIO LXV.

INter alias Parochiales Eccleſias Civitatis Barchinonæ non infimum locum tenet Eccleſia S. Mariæ nuncupata *de Mare*, quæ ſubeſt regimini uniti ex Archidiaconis Eccleſiæ Cathedralis ejuſdem Civitatis, penes quem etiam reſidet cura habitualis, actualis vero exercetur per Vicarium perpetuum, & Presbyteros Beneficiatos eidem Eccleſiæ inſervientes, qui omnes parere tenentur dicto Archidiacono in iis, quæ divinum officium, Eccleſiæ decorem, & honeſtatem Clericalem reſpiciunt. Adminiſtratio autem reddituum, & Eleemoſynarum, quæ erogari debent in Sacram Suppellectilem, ſalarium Miniſtrorum ejuſdem Eccleſiæ, & his ſimilia pertinet ad Operarios Laicos ad tempus eligendos a Generali Conſilio Parochianorum, juxta antiquam conſuetudinem, & ad formam ſententiæ latæ ab Epiſcopo Barchinonæ anno 1413. ubi ſingula ſuperius expreſſa diſtincte enumerantur. Ut itaque præfati Operarii eorum muneri ſatisfacerent, & commodiori Parochiani

ſe

ſe congregare poſſent, poſt annum 1580. non mediocri ſumptu conſtrui curarunt Aulam Capitularem, ſeu Capellam, in qua deinceps habita fuerunt Conſilia. Sed quia poſtmodum ob temporum calamitates, & bellorum motus, redditus ad prædictum opus pium deſtinati, & Eleemoſynæ maxime decreverunt, nam, pluribus contractis debitis, oporteret Eccleſiam Parochialem ea de cauſa conſuetis ornamentis, & obſequiis deſtituere, congruum duxerunt iidem Operarii in dicta Capella ſeu Aula Capitulari conſtituere Ædificium ad uſum domorum, ut ex earum redditibus, ſeu penſionibus valeant debita exſolvere, & occurrere Eccleſiæ indigentiis. Quamobrem coram Ordinario ſuppliciter inſtiterunt pro opportuna facultate opus hujuſmodi perficiendi, illamque obtinuerunt, requiſito tamen prius conſenſu Vicarii perpetui, & Beneficiatorum Eccleſiæ, plurimiſque militantem Eccleſiæ reſpicientibus, & ſignanter, quod alia conſtrueretur Aula Capitularis.

Dum autem, paratis omnibus neceſſariis, Operarii erant in limine conſtructionis Ædificii, oppoſitorem habuerunt Joſephum de Ribera Archidiaconum præpoſitum Regimini dictæ Eccleſiæ Parochialis, qui prætendebat requirendum eſſe ejus conſenſum, novum conſtructionis opus nunciavit in dicta Curia Epiſcopali. At Vicarius Generalis, recepta prius ab Operariis cautione de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, novum conceſſit mandatum de ædificando, cujuſque vigore Ædificium demum completum extitit. Verum non acquieſcentia Archidiacono, curavit iſte, ex reſcripto Signaturæ Juſtitiæ Cauſam mihi committi, unde Domini mei hodie propoſito dubio = *An ſit locus ſententiæ Fabricam* = & habui reſponſum = *AFFIRMATIVE* =

Ratio enim ita decidendi, ſtatit in eo, quod controverſum Ædificium Operarii erigere intendebant in Aula, ſeu Capella, quam alias propriis ſumptibus ædificaverant, ideoque certum erat ut hujuſmodi novum
1 Ædificium in eodem loco ad ipſos ſpectante, etiam facie rei immutata, conſtructa, illudque ad eorum libitum extollere quæta *Text in L. cum eo ff. de ſervit. Urb. Præd.*, *& in L. ſi in Ædibus C. de ſervit.* Cepoll. *eod. tract. cap. 62. per tot.* Spetell. *deciſ. 55. num. 1.* Rota *deciſ. 61. num. 1. part. 5. tom. 2. & deciſ. 272. num. 1. part. 19 Rec., & cor. Caprar. deciſ. 744. numer. 1 & cor. Molin. deciſ. 1037. num. 3. & in Bononien. Fabricæ 2. Martii 1722. § Tlamerrai, cor. bon. mem. Gamerbe.*

Neque obſtare viſum fuit, quod conſtructioni hujuſmodi non interceſſerit conſenſus Archidiaconi, quoniam Operarii ab antiquiſſimo tempore dictæ Eccleſiæ neceſſitatibus proſpexerunt ex redditibus, & oblationibus ad id deſtinatis, & tetam Aulæ Fabricam pro habendis Conſiliis a centum, & ultra annis conſtruxerunt, nunquam requiſito Archidiaconi conſenſu, cujus jus reſtrictum erat circa regimen in ſpiritualibus dictæ Eccleſiæ, cujus erat
2 Parochus habitualis, ut præciſe habetur in ſententia anni 1413. Unde cum per hujuſmodi Ædificium non lædarentur jura ad ipſum Archidiaconum ſpectantia, vel ratione Curæ habitualis vel ex reſervatione, quæ ejus favore continetur in dicta ſententia, utique non requirebatur illius conſenſus, ex traditis per Card. Zabarell. *conſ. 8. num. 2.* Campeggi. *in dd. ad Jur. Can. cap. 13 ſub num. 8.* Pax Jordan. *Lucubrat. Canonic. lib. 5. tit. 8. numer. 36.* Lotther. *de re benef. lib. 1. quæſt. 28. num. 12.* Ric. *poſt Antonell. de Jur. & oner. Cler. deciſ. 17. num. 15.*

Minime attenta reſponſione, quod Operarii
3 tanquam Laici non ſint capaces adminiſtrationis rerum Eccleſiaſticarum, ſed
4 eis competere tantum poſſit adminiſtratio quædam ſervitoria & ſubalterna quam Canoniſtæ vocant *Procuratoriam*, omnimodam habentem dependentiam a Miniſtris Eccleſiaſticis, ex quo inferebatur iiſdem Operariis non licuiſſe abſque conſenſu Archidiaconi Eccleſiæ principalis Miniſtri uſum immutare ejuſdem Aulæ, ex redditibus Eccleſiaſticis, & oblationibus conſtructæ per *Tex. in Cap. cum Laicis de reb. Eccleſ. non alien.* Abb. *in cap. Decernimus in prim. not. de Jud.* Genuen. *in prax. Cur. Archiep. Neapol. cap. 43. num. 3.* Card. de Luca *in Miſcell. Eccleſ. diſc. 33. num. 11.*

Siquidem conſtat ex antiqua conſuetudine, adminiſtrationem dictorum redditum, & oblationum ſemper exercuiſſe præfatos Operarios, qui anteactis temporibus Eccleſiam Parochialem ſacris ſupellectilibus, aliiſque rebus neceſſariis refectam reddiderant; ac inſuper antiquæ Aulæ Ædificium ex dictis redditibus, atque oblationibus extruxerunt, abſque eo quod in his unquam ſe ingeſſerit Archidiaconus, qui immo expreſſe fuit exclusus in ſententia Epi-
4 ſcopali lata anno 1413. in quibus tamen dubium non erat dictam adminiſtrationem tam vigore conſuetudinis, quam ex ſententia Ordinarii competere poſſe præfatis Operariis Eccleſiæ, etſi Laicis, dummodo redditus in uſus pios, & Eccleſiæ ſervitium erogentur, ut de conſuetudine teſtantur Genuen. *in Prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 42. num. 8. & ſeqq., & cap. 71. per tot.* Garz. *de Benef. part. 1. cap. 2. num. 43.* Pax Jordan. *Lucubrat. Canon. tit. 2. lib. 9. tit. 13. num. 25.* Eminent. Petra *ad Conſtit. 2. Anaſtaſ. IV. ſect. 2. num. 51. tom. 2.*, & de facultate ab Ordinario conceſſa tradunt Fagnan. *in cap. Paſtoralis num. 2. de his quæ fiunt a Prælat.*

Genuen. in prax. cap. 41. num. 8. Molin. de Oblat. part. 3. dub. 3. num. 6. & 8. Pignatt. conſult. Canon. 59. num. final. tom. 10., & Eminent. Petra loc. ſuprac. num. 46. & ſeqq. & num. 56.

Et ſicut, adminiſtratio hujuſmodi cum non con-
5 ſiſtat in ipſo formali Regimine Eccleſiæ, ſed in quadam temporali & œconomica diſtributione fructuum, illorumque erogatione in uſus pios, atque Laici ſunt illius capaces, Franin. in ſuo Tractatu num. 111. & ſeqq. de his, quæ ſunt a Prælat. Card. de Luc. in Miſcell. diſc. 35. num. 9. Wamteſpen in Jur. Eccleſiaſt. part. 2. tit. 33. de Decim. & Oblat. cap. 10. num. 26. & ſeqq. Dependentia vero, quam
6 habent Operarii a Superiore Eccleſiaſtica circa adminiſtrationem hujus generis, proculdubio quidem poteſt quoad Epiſcopum, ad quem pertinet inquirere, an Laici oblationes erogent in uſus pios, eoſque poteſt cogere ad reddendam de illa rationem Dec. Trid. 148. num. 3. Ricc. decis. Cur. Archiep. Neapol. 170. num. 1. & ſeqq. & num. 11. part. 4. Card. de Luc. in Miſcell. diſc. 35. num. 7. & ſeqq. Eminent. Petra ad d. Conſtit. 1. Anaſtaſ. IV. ſect. 2. ſub num. 43. verſ. declarantes nonnullos; non autem talis dependentia in Caſu verſum poteſt reſpectu Archidiaconi, qui tam ex conſuetudine, quam ex ſententia Epiſcopi repetitis expreſſe excluſus, juxta Animadverſiones ſupra allegatas, & concordat Rot. cor. Molin. dec. 1157. num. 13.

Cum itaque Ædificium controverſum Operarii expleverint non propria auctoritate, ſed potius licentia, & facultate Ordinarii Parthenopenſis, qui illam conceſſit, tam Vicario perpetuo, & Beneficiatis Eccleſiæ Parochialis pro eorum intereſſe, quod habebant cum adepti iſſent jus in congregandi in veteri Aula; tam ob legitimam Cauſam, augendi ſcilicet introitum Eccleſiæ, cujus indigentiæ ſupplere aliunde non poterat, tum demum adjectis pluribus conditionibus favore Eccleſiæ proſpecto nulla ſubeſſe valebat dubitatio, quin forma antiqui Ædificii valide potuerit ab Operariis immutari,
7 Ordinarii auctoritate intercedente, quæ ſupplevit quemcumque facultatis defectum, quatenus in dictis Laicis adfuiſſet juxta Text. in Cap. Super his de Reſcript., & in cap. Cum aliquibus eod. tit. in 6. Pitt. conſ. 19. num. 15. lib. 1. Rota in Rec. deciſ. 480. num. 5. part. 1. deciſ. 17. num. 9. part. 8. deciſ. 214. num. 11. & ſeqq. part. 12. cor. Penningen. deciſ. 15. num. 11. & cor. Molin. deciſ. 161. num. 11. tom. 1.

Præterea ponderabant etiam Domini, quod etiamſi requiri debuiſſet conſenſus Archidiaconi in conſtructione Fabricæ, de qua agitur, nihilominus quia conſtabat nunquam vertere in Eccleſiæ Parochialis utilitatem, cum ex fructibus, ſeu Penſionibus in ſuannuo jure penſionis valeret non ſolum exſolvi ſcuti annuum, ad effectum ſupplendi dictæ Eccleſiæ neceſſitatibus contractum, ſed etiam deinceps ſuſtinere Operarii poſſent eandem Eccleſiam rebus neceſſariis ad illius cultum inſtruere, juxta conditiones appoſitas in facultate ædificandi ab Ordinario conceſſa; ideo talis conſenſus,
8 tamquam abſque cauſa denegatus, merito ſuppleri debebat, rejecta idem Ordinarium, quoad Archidiaconi oppoſitionem ut in his terminis per Text. in Cap. Nullius de Jurepatr. monent Amoſtaz. de Cauſ. Piis part. 2. lib. 5. num. 28. Barboſ. de Jur. Eccl. lib. 2. cap. 2. num. 17. Carol. Anton. de Luc. ad Pratic. in prax. part. 1. annot. 13. ſub num. 15. Rota poſt Antonell. de jur. & oner. Cleric. deciſ. 17. num. 15.

Ejuſdemque irrelevantiæ detegebatur alterum fundamentum, cui innitebatur Archidiaconus ad prohibendam Ædium conſtructionem, quod nempe cum Aula Capitularis ſeu Capella eſſet locus Deo dedicatus, non potuerit Ordinarius concedere licentiam conſtruendi ſuper illam domos ad uſus profanos. Quandoquidem, etſi ex
9 jure Canonico vetitum ſit Epiſcopis loca ſacra mundanis uſibus deputare, juxta Text. in Can. quæ ſemel. 19. quæſt. 3. & in cap. ad hæc de Relig. domib.; id tamen procedit quoad Eccleſias, Capellas, & Oratoria
10 publica, quæ ſaltem fuerunt auctoritate Ordinarii erecta, ac perpetuo deſtinata ad adminiſtranda Sacra, vel per Conſecrationem, aut benedictionem Cultui Divino dicata, ut communiter explicant Canoniſtæ, & ſignanter relati per Fagnan. in Cap. Auctoritati de Cenſ. Card. Zabarell. conſ. 11. num. 10. Anton. de Butr. conſ. 9. num. 9. Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 10. num. 1. & ſeqq. Vivian. de Jurepatr. part. 1. lib. 2. cap. 4. Eminent. Petra ad Conſtit. 2. Paſch. II. ſect. 1. num. 86. & ſeqq. tom. 1. Quoties autem Capellæ ſive Oratoria ſunt privata, & non publica, tunc illa, tamquam amovibiliter ſanctificata, poſſunt etiam privata auctoritate ad uſus profanos deſtinari, ut diſtinguendo tradunt Zabarell. conſ. 8. numer. 9. Suarez tom. 3. diſp. 81. ſect. 4. Fuſc. de viſit. lib. ſup. tit. num. 1. Paſſerin. de Pollut. Eccleſ. diſp. 2. cap. 5. num. 3. Pignatell. conſult. 93. num. 3. & 4. tom. 1. Pirrhing. in Decretal. lib. 3. tit. 36. num. 11. Eminentiſſ. Petra d. ſect. 1. num. 94.

Quare cum ex pluribus facti circumſtantiis emergeret, dictam Aulam, ſeu Capellam eſſe privatam, & non publicam, patens erat eam recte ad uſus profanos potuiſſe deputari. Illa ſiquidem fuit in ſui origine
11 principaliter deſtinata non ad Cultum Divinum, ſed ad effectum duntaxat, ut ibi congregarentur Parochiani pro explendis Comitiis; ita ut vulgo appellaretur il Ca-

plen-

Google

parte, ut deponunt iidemet Testes examinati ad instantiam Archidiaconi & insuper constructa fuit privata voluntate Parochianorum, seu Operariorum, non autem publica Auctoritate Episcopi, imo in ea non concurrebant signa, quæ regulariter perpendunt DD. ad inducendam qualitatem Ecclesiæ, & Oratorii publici. Dicta enim Aula, seu Capella erat sine dote, sine Rectore titulari, sine janua in via publica, sine Campana, & Campanili, imo per plures annos stetit clausa, ibique servabantur Trabes, & signa pro constituendo in Ecclesia Parochiali Sepulchro Hebdomadæ Majoris. Propterea que ex his omnibus clare resultabat, talem Capellam nunquam fuisse Deo perpetuo dicatam, ut late ponderant præmissis Circumstantiis tradunt Fagnan. *in Cap. Auctoritatem de Censib.* Del Bene *de Immunit. Eccles. cap. 2. dub. 2. sect. 8. num. 15. & 14. pag. 16. dub. 9. sect. 1. num. 4.* Pax Jordan. *Lucubr. Canon. tom. 1. lib. 7. tit. 8. num. 8.* Barbos. *ad Concil. sess. 22. in decret. de observ. & evitan. in Sacrif. Miss. num. 10. & 21. & de Jur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 68.* Eminent. Petra *ad Const. Apost. 1. Paschalis II. sect. 1. num. 17. & seq.* Thomassin. *de Benef. part. 1. lib. 2. cap. 95. sub num. 6. & 7.*

Frustra vero ad probandam eamdem Capellam fuisse Ordinaria auctoritate erectam asserebatur, quod in Consilio habito a Parochianis, seu Operariis anno 1581. occasione constructionis dictæ Aulæ Capitularis, seu Capellæ, reservatus fuerit consensus Episcopi Barchinonen., quodque ex lapsu temporis præsumi debeat dictam Auctoritatem Episcopi reservatam intercessisse. Etenim consensus Episcopi tunc fuit reservatus quo agebatur de construendo novo Ædificio, pro quo cum Operarii adhiberent pecunias destinatas pro fabrica Supellectilis Ecclesiæ Parochialis, utique requirebatur Episcopi consensus. Ex hoc autem fieri non valebat illatio, quod Episcopus suam interposuerit Auctoritatem in destinatione Capellæ ad sacros usus, eamque consecraverit, aut benedixerit, ad tradit. per Abb. *cons. 11. num. 3. lib. 1.* Speccll. *decis. 91. num. 41.* Rot. *coram Molin. decis. 160. num. 4. tom. 1. & d. 764. num. 14. tom. 5.* Imo præsumptio interventus Auctoritatis Ordinarii inducta ex lapsu temporis, debilis erat præsidium in hypothesi, in qua non concurrebant alia signa, ex quibus, ubi deficit documentum expressæ consecrationis, aut benedictionis, solet inferri Capellam ab Episcopo fuisse Deo dicatam, ex notatis per Amostaz. *de Caus. Piis lib. 4. cap. 11. num. 11. & seq. & lib. 5. cap. 10. num. 26.* Pignatell. *consult. Canon. 93. num. 14. tom. 1.* Thomassin. *de Benef. part. 1. lib. 1. cap. 95. num. 8.* Pitonius *decis. 88. num. 1. num. 12. & seqq.*

Argumenta autem, quæ in contrarium adducta sunt ad probandam qualitatem Capellæ publicæ, nullius ponderis apparuerunt. Quod enim in illa diu celebratæ fuerint Missæ non concludit assumptum, cum id potuit fieri ex facultate concessa per Episcopum, prout revera evenit in dicta Capella, in qua celebratum fuit Missæ Sacrificium per modum provisionis, quousque in ea permansit Altare Beatissimæ Virginis, ibi ad tempus collocatum, ut deponunt Testes. Unde locus prædictus tamquam per accidens dicatus

22 ad Sacrificium Missæ, dici nequibat perpetuo sacer, aut Deo permanenter dicatus, sed valebat quandocumque ad alium profanum converti, ut in specie ponderant Passerin. *de pollut. Eccles. dissert. 1. cap. 5. num. 3.* Del Bene *de Immunit. Eccles. cap. 16. dub. 9. sect. 11. n. 1.* Pignatell. *Consult. 93. num. 3. & seqq. & sub n. 12. tom. 1.* Eminentiss. Petra *ad Constit. 2. Paschal. II. sect. 1. num. 77. tom. 1.*

Parique defectu laborabat illud argumentum desumptum, ex quo Delinquentes ad dictam Aulam, seu Capellam confugientes Ecclesiastica Immunitate gaudebant. Siquidem Testes ad id inducti deponebant, quod aliqui delinquentes, in dicta Aula, seu Capella existentes, passi non fuerunt molestiam a Curia Laicali, quod

23 sane non probat dictam Capellam esse publicam, quia cum non constet, quod Curia Laicalis voluerit ab ea extrahere Delinquentes & fuerit ab Episcopo impedita sub clypeo Immunitatis Ecclesiasticæ, qua potiebatur Capella, ex quo Judex Laicus aut neglexerit uti Jure suo, aut probabiliter dubitare potuit, quod dictus locus esset immunis, quia dicta Aula, tamquam contigua, & proxima Ecclesiæ Parochiali potuerat fortasse Immunitate gaudere, ut tradunt Giurb. *cons. 11. num. 12.* Decian. *in Tract. Criminal. lib. 6. cap. 25. num. 16.* Diana *resol. moral. part. 3. tract. 2.* & Del Bene *ind. tract. cap. 16. dub. 11. sect. 8. num. 2. tom. 1.* Pitonius *decis. 88. num. 15. 17. & 11.* Immunitas enim Eccle-

24 siastica est materia favorabilis, quæ latiorem recipit interpretationem, ut advertunt Francesc. *de Eccles. Cath. cap. 18. n. 149.* Del Bene *de Immunit. Eccles. tom. 1. cap. 1. dub. 1. sect. 8. num. 4. & per tot.*

Nec majoris momenti erit, quod in dicta Aula, seu Capella humati fuerint Cadavera. Ultra quod enim hujusmodi circumstantia non fuit concludenter probata ex depositione Testium de auditu deponentium, certum erat, quod de Jure Cano-

25 nico in tumulatione Cadaverum dicta Capella esse non valebat locus sacer, sed requirebatur auctoritas Ordinarii, ad effectum irrevocabiliter destinandi dictum locum ad usum pium, *Cap. in Ecclesiastici quasi ubi Gloss.* Lauren., & Bellamet. Albin

in cap. Ad hæc de Relig. Domib. num. 3 Barb. ibid. num. 45 Pagnan. num. 3. & ſeqq. Azor. Inſtit. moral. part. 1. lib. 3. tit. 36. §. 4. n. 21.

Wannelpen. in Jus Eccleſ. part. 3. tit. 38. de Sepult. cap. 1. num. 17. & ſeqq. Et ita utraque &c.

R. P. D. CALCAGNINO.

NULLIUS MONTIS CASSINI AMOTIONIS INSIGNIUM.

Lunæ 11. Januarii 1734.

ARGUMENTUM.

Ex quibus deducatur, Eccleſiam ab aliquo fuiſſe conſtructam, ad eumque ſpectare, & an concedi poſſit in Emphyteuſim: & ſi per alios in illa fiant Reſtaurationes, liceat eorum Inſignia, vel arma ibidem apponere?

SUMMARIUM.

1 Initium, & incrementum Inſignis Collegiatæ S. Germani Montis Caſſini late recenſetur.
2 In antiquis, omnis fides habenda eſt monumentis Chroniſtarum, & Hiſtoricorum.
3 Cardinalis Leo, ob ſuæ Hiſtoriæ ſinceritatem laudatur.
4 Teſtimonium Monachorum Caſſinenſium, eorum etiam propria Monaſterio ſuffragatur.
5 Dependentia Collegiatæ S. Germani a Monachis Caſſinenſibus unde deſumatur.
6 Rerum dominia, & poſſeſſiones nudo animo retineri poſſunt.
7 Capitulum, quod per accidens in aliena Eccleſia convocetur, non ideo præſumitur ibi illud ſemper fuiſſe.
8 Domino directum dominium, Emphyteutæ vero utile competit.
9 Canonici, alienam Eccleſiam Matrem, & Dominam recognoſcendo, ab ea ſe dependere fatentur.
10 Annuæ præſtationes arguunt pertinentiam rei penes eum, cui fiunt.
11 Domino utili licet apponere propria Arma in re emphyteutica.
12 Contractus cujuſcumque alterius ſpeciei præſumendus eſt quam emphyteuticus.
13 In contractu emphyteuſis de jure requiritur, ut conceſſio fiat ad meliorandum.
14 Quæ Deodicata ſunt in contractum, ſeu commercium venire nequeunt.
15 Obligatio dandi die feſto ſolemni ceram, vel eleemoſynam alicui Eccleſiæ, indicat ſubjectionem.
16 Cathedraticum ab Honorio III. initium duxit.
17 Canonici, patientes porrigi Aſperſorium a Monacho proprio Superiori ad eorum Eccleſiam accedenti, fatentur, Eccleſiam ad eum pertinere.
18 Item, deſcendendo in inferiora ſubſellia dum accedit Abbas cum ſuis Monachis ad Eccleſiam, indicat eam ad illum ſpectare.
19 Item, patiendo propria Arma Altaribus appoſita dejici.
20 Nemini proprium factum impugnare licet.
21 Per appoſitionem Inſignium quis ſibi videtur ſe arrogare dominium.
22 Affixio Armorum eſt ſequela dominii.
23 Non poteſt apponere Arma, qui caret pleniore dominio.
24 Ob inſignes largitiones in reſtauratione Eccleſiæ, permitti poteſt appoſitio Armorum.
25 Uſurariis Armorum appoſitio non permittitur.
26 Quando plures ad reſtaurandum Eccleſiam contribuerunt, uni ſoli non debet permitti appoſitio Armorum.
27 Qui extruxit Eccleſiam Fidelium Eleemoſynis, ne uni Capellæ quidem dictæ Eccleſiæ poteſt ſua Arma apponere.
28 Quando Eccleſia ad aliquem pertinet, non licet abſque ipſius permiſſu aliena Stemmata in illa apponere.
29 Habenti poſſeſſionem, deneganda non eſt Manutentio.
30 Novitates ſunt vitandæ.

DECISIO LXVI.

Vetus Divi Germani Templum, longa temporum injuria tumorſum, cum nuper ex antiquis redditibus, collatiaque tum Capitularium, tum aliorum piorum locorum, totiuſque Populi Eleemoſynis, in venuſtiorem formam reſtitutum fuerit, ejuſdem Eccleſiæ Canonici clam, noctuque Inſignia ſui Capituli, plaſtico elaborata opere, in medium fornicem ſupra Aram maximam intulere.

Clandeſtini facti novitas cum graviter læderet propria Jura Abbatis, & Monachorum Caſſinenſium, iidem confeſtim Manutentum cor. A. C. exhibuerunt, ſuſpenſoque ſemiter judicio quoad petitorium, obtinuerunt Decretum, ac conſecutivam ſententiam Manutentionis in poſſeſſione prohibendi dictorum Inſignium appoſitionem, proque Manutentionis effectu mandatum de iiſdem amovendis aſſecuti fuerunt, ut latius in *Summar. Monachor. num. 1.*

A judicato hujuſmodi per Signaturam Juſtitiæ Canonicis conceſſa fuit Appellationis commiſſio in *Curia Eccleſiæ Manutenendi quoad de Jure* = juxtaque commiſſionis præſcriptum delatum ad Patres dubium = *An, & de cujus bono Jure conſtet, etiam ad effectum Manutentionis in caſu &c.* = & ab eadem reſponſum habui = *CONSTARE DE BONO JURE MONACHORUM ETIAM AD EFFECTUM MANUTENTIONIS.* =

Ex vetuſtioribus ſiquidem monumentis ad ſuadendum bonum Monachorum Jus primo 3 pertatum eſt, Potonem Abbatem undecimum parvam in honorem S. Benedicti ædificaviſſe Eccleſiam ad radices Montis Caſſini in eo loco, ubi nunc colitur Eccleſia S. Germani, quod & memoriæ tradit Card. Leo Epiſcopus Oſtienſis *in Chron. Sacri Monaſterii Caſinen. lib. 1. cap. 10. poſt med.*, & refertur in notis editis ab Abbate Angelo de Nuce ad idem Chron. *cap. 33. lit. G. lib. 1. ed.*, & conſonat Mabillon *tom. 2. annal. Benedict. fol. mihi 223. num. 40.*

Iſtam vero parvam Eccleſiam olim Divo Benedicto dicatam, a Giſulpho Abbate decimotertio in elegantem Baſilicam reſtitutam fuiſſe, & ab eodem fuiſſe Salvatori dicatam, planius enarrat idem Card. Leo *loc. cit. cap. 19. lib. 1. pag. mihi 47. juxta editionem Pariſien. an. 1612.*, vel *cap. 17. pag. mihi 143. juxta aliam Pariſienſem Impreſſionem an. 1668.*, vel *tom. 4.* Scriptor. rer. Ital. *pag. mihi 293. ſecundum accuratiſſimam collectionem doctiſſimi, ac celeberrimi viri* Ludovici Muratorii, & refertur in notis iiſdem editis ab Abb. de Nuce *lit. A.* Mabillon *loc. cit. & Griſpin de viſitat. Paſtoral. part. 2. §. 17. fol. mihi 276.*

Sed anno Domini 884. ob revocatum a Carolo III. Imperatore exercitum in Gallias, Saraceni licentius per illam finitimam Campaniæ oram debacantes Monaſterium quoque prope dictam Eccleſiam S. Salvatoris incendio devaſtarunt. Aſt igne licet pleraque in Eccleſiæ ſubmiſit, Barbarorum tamen auſus Supremi Omnipotentis Dei Aſſiſtentia in irritum ceſſit, nullumque detrimentum Eccleſiæ intulit, ut memoriæ prodit idem Leo Oſtien. *lib. 1. cap. 44. &* Baron. *Annal. Eccleſiaſt. tom. 10. ad d. annum 884. §. 4.* Petr. Diacon. *de vir. Illuſtr. Caſinen. c. 12. Fol. mihi 69.*

Ob hujuſmodi cladem a Saracenis acceptam, Monachi Sidicinam Urbem, ſeu Theanum receſſere, ac mox reverſi, Angelarius Abbas vigeſimus dictum Monaſterium Eccleſiæ S. Salvatoris proximum, licet poſt paulatim inſtaurare cœpit, ut proſequitur idem Leo *cap. ſeq.*, & ab dicto edita ab Abbat. de Nuce *ſub lit. H*, & Erchempertus *ſub num. 63.*

Succeſſuque temporum Monachis in verticem Caſſini Montis ſe ſe recipientibus, ac fortaſſe aliam ſedem in planitie incommodam experientes, dictam Eccleſiam S. Salvatoris ſacris peragendis Clero Seculari conſignarunt, ac poſtea Bernardinus eorum Abbas ſicuti cæteris Parochialibus Eccleſiis, ita huic dotalia bona, cæteraque ad ſubſtentationem neceſſaria anno ſere 1273. contulit, ut habetur *in Inquiſitionibus Bernardi n. 66. ad d. annum 1273. Regiſtr. 2. & ex Diplomate Abbatis* Petri Thartari.

Deinumque anno 1305. Abbate Petro Thartaro, eidem ipſi Eccleſiæ præfixus fuit, ut etiam nunc perſtat, certus ac determinatus numerus Dignitatum, Canonicorum, & Semicanonicorum, ut liquido conſtat *ex ſupra cit. Diplomate Abbatis Thartari*, quod anno circiter 1417. confirmatum fuit ab ejus ſucceſſore Abbate Petro Thomacello, ut habetur *in Diplomate confirmatorio, & refertur in Inventario bonorum, & Jurium Capituli S. Germani confect. die 27. Junii 1696. ad præſcriptum Conſtit. Siſti V., & habetur in ſumm. Monachorum num. 3. lit. C.*

Ex hac autem tota rerum ſerie in dubium revocari non poteſt, hanc Collegiatam Eccleſiam, quæ hac noſtra tempeſtate præfert titulum S. Germani, eſſe illam, eamdemque quæ olim a Potone extructa fuit in honorem S. Benedicti, deindeque a Giſulpho dedicata fuit Salvatori, ac demum conſignata fuit Clero Seculari ad Divina peragenda. Leo Oſtien. *dicto lib. 1. cap. 10. ibi = Poto Abbas &c. ædificavit*

&c.

ſeptime per Vicarium Caſſinenſem edito,
19 illa deque patienter permiſerunt, ſed etiam pacto enimo expenſis pro illorum dejectione ſubvenirent, & ſactum evaſſet Lucentius ed Ughell. *L. volum.* quo quidem facto cum Canonici viſi fuerint fateri pertinentiam Eccleſiæ penes Monachos, ut ex conſimili Decreti acceptatione *ad Text. in L. minime L. ff. de interpretatione L. nam imperator ff. de Legib.* arguit ad rem Rota in *Tranen. Beneficii* 22. *Julii* 1733. § *Ex his, cor. Mi*, propterea ſane factum Canonicis non ultra
20 impugnare ditum eſt, ad tradita per Rotam in *Romana Jocalium ſeptr. Adamantibus* coram 15. *Maii* 1719. § 18. *cor. Anſeld.*, & in *Romana Præcedentiæ* 3. *Martii* 1730. §. *At tandem*, & in *Anſelmi Apparum ſuper bone fere* 6. *Julii quidem cori ff. Accedet*, *etiobliga cor. Mc.*

Demonſtrata ex his pertinentia dictæ Eccleſiæ ad prætendentes Monachos, in planum deſcendit conſequentiam haud licuiſſe Canonicis Inſignia, ſeu Stemma Capituli in dicta Eccleſia S. Germani inſerere *per Text. in L.* 1. & c. 6. *et cetera hic ſign. reb. alios impon*, ibique repetentes. Etenim
21 per hujuſmodi appoſitionem eſt quodammodo illi efferetur dominum ex quo ex armis ſeu Inſignis rerum dominus diſtinguitur, *ad Text. in L.* 1. *ff. de Offic. Procur.*, & *Legat. Merloch. lib. 3, præſump.* 64, *per tot.* Staibam *Rapſ.* 193. *cum* 14. *lib. c. Lavor. Lamb. Cap.* ut c. *cap.* 12. Pignatell. *Conſult.* 63. *cum* 3. *tom.* 3. Rot. *decif.* 133. *cum* 6. & *ſeq. part.* 7. *R.* Abſo-
22 lutiſſimi namque Juris eſt, Inſignium affixionem ſequelam eſſe dominii, vel ſuperioris, ut in Principe, vel plenarii, & perpetui, quale reputatur in eo, qui ære ſuo opus conſtruxit, vel conſtrui fecit, quemadmodum de opere publico diſponit *Text. in L. Legati ff. de adminiſtr. rer. ad Civit. pertin. Leg. c. ff. de oper. publ.* Luca *in Compend. ut benla, cap.* 13. *num* 64. *verſ.* 7. Tom. *de Majorat. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 80., & relatis pluribus concedendo Rot. *deciſ.* 365. *num.* 49. & *ſeq. part.* 5. *Rec.* Secus
23 autem illicitum eſt Arma opponere ei, qui caret dominio, *et in L.* 1. *ff. de oper. publ.* & *adverſet* Cepoll. *de Servit. Urban. Præd. cap.* 71. *num.* 8. Concioli. *de Art. Regul. rubr.* 54. *num.* 19. Ricc. *reſolut.* 1608. *part.* 5. & *in dec. Cur. Archiepiſc. Nicop. dec.* 154. *num.* 3. Legan. *de Præſt. pont.* 8. *cap.* 21. *numer.* 19. Sanfelic. *deciſ.* 183. *num.* 8.

Hiſque nil officit, quod ſaltem ob inſignes
24 largitiones in reſtauratione dictæ Eccleſiæ e Capitulo factæ, permittenda ſit eidem Armorum retentio, quia perpetuam ejuſdem liberalitatis obteſtationem, juxta animadverſa per Rot. *in Romana Capellæ* 19. *Aprilis* 1734. §. *Nelle ſequenti, cor. Mc.* Etenim prætermiſſo, quod ubi hujuſmodi reſtaurationes neceſſariæ dignoſcuntur, ne-

Tom. Secundo

25 que ipſis Uſuariis eorumdem appoſitio permiſſe videtur per ea, quæ in terminis firmant Caſſin. *in Catalog. Glor. Mund. parte* 1. *concl.* 13. *verſ. quod.* Ricc. *in decis.* 154. *lib.* 3. Riccardell. *in libro Eccleſiaſt. tom. c. lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 454. *in fin.* Thomas *dec. Maceratæ. deciſ.* 5. *num.* 72.

Adhuc ex factis perſpectum eſt, dictæ reſtaurandæ Eccleſiæ non ſolum a Capitulo erogationes factas fuiſſe, ſed quoque potiora contributiones etiam collectas extitiſſe a diverſis Locis Piis, nec non ab ipſa Univerſitate S. Germani, & ab ipſo etiam Abbate Caſſinenſi, juxte Teſtimonium latum a præcitato Lucentio *loc. ſup. cit.*, & *relat. in Summar. Monach. num.* 7. Qua-
26 de re cum in perficiendo opere non ſolum Canonici, ſed aliæ quoque Perſonæ, & Univerſitas ipſa contribuerit, haud permiſſum eſſe debet ſoli Capitulo ſua Arma, ſeu Inſignia apponere *ad Text. in L.* 3. *ff. de oper. publ.* tradunt communiter DD., & ſignatim Cepoll. *de Servit. Urban. præd. cap.* 7. *num.* 9. Joann. de Anan. *conſ.* 86. *num.* 11. Barbat. *conſ.* 6. *num.* 13. Handed. *conſ.* 100. *num.* 48. Pax Jorden. *tom. c. lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 455. Baſſ. *de Sedalit. deciſ.* 15. *num.* 7. Rota *deciſ.* 337. *num.* 1. & *per tot. part.* 14. *Rec.*

Atque in duorum hunc pertinet in hac re ſomgeratum Epiſcopi Veronenſis Cardinalis,
27 & S. R. E. Vicecamerarii exemplum, qui cum concitaſſet in Fabricam Majoris Eccleſiæ Fidelium eleemoſynas, nec Capellæ propria inſculpſit Inſignia, hæc poſtea Romanæ Curiæ judicio abraſa fuerunt, ut originaliter refert Cepoll. *de Servit. Urban. Præd. cap.* 71. *num.* 9., & *poſt eum* Card. Anton. de Luca *ad Franch. deciſ.* 443. *num.* 1. *in fin.* Pax Jordan. *de reb. Eccl. tom. c. lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 455. Conciol. *ed Stat. Eugub. rubr.* 54. *num.* 19. *in fin.* Lagunez *de Fructib. tit. cap.* 21. *num.* 65. Sanfelic. *ibi deciſ.* 183. *num.* 6. *in fin.*; ob eam juſtiſſimam rationem, quod ejuſd ipſum quemadmodum in ſubjecto caſu non extitit plenum dominium pecuniæ impenſæ, ita eidem liberum non erat propriæ opponere Inſignia *ad Text. in L. quæ liberalitate ff. de Oper. public.*, quem in propoſito reaſſumunt Petrus Gregor. *Syntag. Juris par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 7. Caſſan. *in Catalog. glor. mund. par.* 2. *conſid.* 13. *verſ. quod intelligo*. Sanfelic. *cit. deciſ.* 183. *ſub num.* 7. Ricc. *deciſ.* 214. *ſub num.* 1. & *per tot.* Carol. Anton. de Luc. *ad Franch. deciſ.* 443. *ſub num.* 2. *in fin.*

Vel in omnem caſum, cum ex prænotatis plene conſtet de pertinentia hujus Eccleſiæ
28 ad Monachos, utique Canonicis licitum eſſe nequit ſine Monachorum permiſſu Stemmata ſeu Arma Capituli opponere, ad tradita per Rot. *deciſ.* 600. *num.* 4. *par.* 17. *Rec.* cum aliis *Relat. in præcit. Romana Capellæ* §. *Præterea, cor. Mc.*

Et

Et ideo cùm ex cauſa ejuſdem pertinentiæ iidem Monachi ſub anno 1694. etiam adegerunt Capitulum ad remotionem eorumdem Armorum ab eadem Eccleſia, & de facto illa Canonici removerunt, ſine dubio laudati Monachi in hoc jure immunitatis ab hac ſervitute præfixionis Armorum in dictis Eccleſiis conſervandi ſunt, ad tradita per Poſth. *de manutent. obſervat. 45. in fin.* Rot. *deciſ. 621. num. 4. cor. Molin. & alibi paſſim.* Præſertim cum licuit per anteacta retro Secula hujuſmodi libertate gavisa eſt dicta Eccleſia, ita utri Eccleſiaſticos viros maxime decet hujuſce quoque temporibus præteriti ævi conſuetudinem ſervare, nè ab inſipientibus exceptata Armorum appoſitio obſervationi tribuatur quod & monere ſolet eſt Tacitus qui præfulgere ipſius Caſſium, & Brutum *eo ipſo, quod effigies illorum non viſebantur.* Quia & hæc ipſa Armorum appoſitio novitatem præſeferret adverſus laudabile morem quod novitates, licet primo aſpectu præſeferant utilitatis colorem, tamen ex quo temporis ſucceſſu perturbationes progignere poſſunt, ideo, quo fieri poteſt, vitandæ ſunt, ut habetur in Epiſtola Card. Maffæi, ſcripta S. M. Gregorio XIII., & regiſtrata in ejus vita cap. 7. = *inde Dio Caſſius lib. 52. conſulaſi Nil novitatis novi, aut aliud quid permittere, ex quo poſſint tibi diſcordiæ* = & pluribus relatis SS. PP. dicto Gonzal. in *Decret. cap. 9. num. 3.*

Et ita utraque Parte informante &c.

R. P. D. CALCAGNINO.

NAZARENA CONGRUÆ.

Veneris 19 Februarii 1734.

ARGUMENTUM.

Penſionis reſervatio, itemque Proviſiones Epiſcopi Titularis favore Penſionarii non obſtat pro aſſequenda Congrua Alimentaria, quæ in annuis ducatis Mille præfinitur; id repoſcente more Regionis, tum Sedis dignitate. Pro reparanda Eccleſia Cathedrali, Sacriſque Supellectilibus reficiendis, jam altas ex mente Pontificis Menſæ Archiepiſcopalis paſſivo Cenſui ſeſe ſubmittit.

SUMMARIUM.

1 Congrua alimentaria naturali etiam Jure debetur ei, qui ſervitium Eccleſiæ impendit.

2 Nec in titulum liberalis largitionis referendum eſt, quod ex propriis officii laboribus comparatur.

3 Inhumanum eſt eis denegare alimenta, quorum labore Eccleſia ſuſtentatur, & quorum verbo, & miniſterio Fideles aluntur.

4 Qui namque Altari ſervit, de Altari vivere debet.

5 Reſervationes Penſionum factæ ex Conſiſtoriali decreto, intelligendæ ſunt ſub debitis neceſſariis oneribus.

6 Salvamque Conſiſtoriale decretum importat retentionem *Congruæ Cardinalis*.

7 Idem dic de promiſſione Titularis concepta clauſulis ampliſſimis, quæ non ultra operari valent, quam Principalis diſpoſitio.

8 Amplius, ſi agatur de Epiſcopo alia Bonis deſtituto, qui cæteroquin mendicare cogeretur & propterea per improvidas præmiſſiones, nimis Ordinis decori præjudicare non poteſt.

9 Præſumendum non eſt, Summum Pontificem duplici penſione Eccleſiam gravare voluiſſe.

10 Ex Pontificio reſcripto reſervante Congruam Alimentariam favore Anteceſſoris Archiepiſcopi, firmatum dicitur jus etiam favore Succeſſoris pro eadem Congrua Alimentaria.

11 Quod quiſque Juris in alium ſtatuit, eodem & ipſe teneatur neceſſe eſt.

12 Congruæ Alimentariæ taxatio, pertinet ad prudens Judicis Arbitrium.

13 In ea determinanda attenditur primo mos Regionis.

14 In Regno Neapolitano Congrua Alimentaria Epiſcoporum minor non præfinitur ducatorum Mille.

15 In ea determinanda attenditur dignitas Sedis,

tum eſt, quod, Monaſterio incenſo, Eccleſia S. Salvatoris divinitus erepta fuit, neque per hoc Monachi dominium illius loci tunc amiſerunt; nam paulo poſt ad propria remeantes ſub Angelario Abbate, collapſum Monaſterium inſtaurare cœperunt, ut ſupra probatum eſt in § ſed, & ſeq. illi vero, qui Theano conſiſterant, licet ductu Joannis Abbatis vigeſimi tertii Capuam penetrarunt, ut teſtatur idem Leo lib. 1 cap. 56 juxta antiquam Pariſienſem editionem, vel Cap. 53 juxta recentiorem edit., & ibi Auctor notat impreſſ. ab Abbate de Nuce lib. 1 fol. mihi 195, attamen ope Agapiti Papæ ad pristinum Caſſinenſe Monaſterium univerſi ſe receperunt, ut proſequitur Leo lib. 2 cap. 59 juxta Recent. edit. Pariſien. fol. 101. Tandemque Aligernus illorum Abbas vigeſimus ſeptimus, qui inauguratus fuit anno 949, annuente Landulpho Principe Capuano injuſtos bonorum detentores expulit, omniaque ad Monaſterium pertinentia recuperavit, ut refert idem Leo lib. 1 cap. 1 & ſeq. & ideo etiamſi per aliquod tempus Monachi, ſeu major eorum pars a Caſſino, vel Civitate S. Germani abfuerint, attamen cum conſtet per vim pulſos fuiſſe, illorum locorum proprietatem certe non amiſerunt; cum certum ſit rerum dominium, ſed ipſas quoque poſ-
6 ſeſſiones nudo animo retineri poſſe, ut ſunt jura notiſſima, & præclare obſervat Gomez. Inſtruit. in Jul. Paul. recept. ſent. lib. 5. tit. 2.

Quod vero pertinet ad Stationem Capituli in Eccleſia S. Mariæ quinque Turrium, inde conſtat, Eccleſiam prædictam Collegiali qualitate inſignitam fuiſſe, neque ex quo aliquando Capitulum in dicta Eccleſia ſe congregaverit, hanc regulam, illam uti propriam ſedem pertinuiſſe ad Canonicos. Nam ex aliquo forte accidenti con-
7 tingere potuit, ipſos Canonicos S. Germani ob impedimentum aliquod intercedens in propria Eccleſia ſe ſe ad illam S. Mariæ contuliſſe, quod & manifeſte innuitur in ipſo inſtrumento relato in Regiſtro Abbatis Bernardi fol. 170. ubi ita dicitur ubi ꝛc., & Capitulum S. Germani in majori Eccleſia S. Mariæ congregati ꝛc. ex ipſa enim denominatione Capituli S. Germani manifeſte oſtenditur, aliorum ſtatam ſedem fuiſſe Eccleſiam S. Germani. Et quod per accidens congregatum fuerit in illa S. Mariæ, alibi us arguitur ex quo in ſubſequenti Inſtrumento dictum Capitulum in ipſa Eccleſia S. Germani convocatum legitur ibi ut Actum in Civitate S. Germani, in Majori Eccleſia S. Germani, in Synodo in eadem Eccleſia Celebrata ꝛc. ut, quodque hoc ſit ipſum hodiernum Capitulum S. Germani affirmavit Rota in deciſ. 150 num. 34., & deciſ. 414 num. 13 & deciſ. 407. num. 34. part. 19. tom. 1. Rec.

Tomm. Secundus.

Denique quod attinet ad illam expoſitionem Lucentii quod nempe Monachi ꝛc. in Laboraturis ſuis in eandem Eccleſiam S. Germani introduxerunt Seculares Clericos: id ſane non arguit, quod Monachi a ſe abdicaverint omnia jura ſpectantia ad eamdem Eccleſiam. Nam & in eis conceſſiones, ut ſunt Emphyteuſes, & Feudales, dum pro modica recognitione fiunt, liberalitatis laude non carent. Aſt tamen per hoc Domini directi ſe ſe in totum non ceſſarum dominio ſpoliati dicuntur;
8 ſiquidem quod proprietatem conſtituunt habere plenum jus in re, licet nominalis poſſeſſio ſit penes Emphyteutam, vel Feudatarium, ad tradita per Franc. de ſubfeud. lib. 2. num. 47. ſub num. 1. Amat. de emphyt. quæſt. 81 num. 7 Rota deciſ. 93. ſub num. 9. verſ. prout, cor. Cotti. & in Rom. deciſ. 899. num. 1., & num. 6. part. 4. tom. 1.

Idque ipſi Canonici in dicto Inſtrumento relato in Regiſtr. Bernardi Abbatis fateri viſi ſunt, dum recognoverunt Caſſinenſem Eccleſiam Matrem, & Dominam earundem. Ex hujuſmo-
9 di autem recognitione in Dominum, manifeſte concluditur, dictæ Eccleſiæ pertinentiam penes Monachos perſtitiſſe, ad tradita per Maſcard. de Probat. concluſ. 344. num. 7 & ſeq. Rot. deciſ. 85 num. 7. part. 9. Rec., deciſ. 414. num. 3. cor. S. raph. & deciſ. 2. num. 3. cor. de Salviat., & deciſ. 10. num. 16. cor. Emin. D. Card. Falconerio.

Eamdemque hujus Eccleſiæ pertinentiam penes Caſſinenſes Monachos concludenter
10 adhuc probatur ex Cenſu, quem Canonici quotannis perſolvunt Caſſinenſi Monaſterio ex Sanctione Roberti Abbatis, deque eundam Cenſus ſolutione ſatis conſtat ex ipſis partium ſal. in ſumm. num. 4. Cumque antiquitus notum aſt annum hujuſmodi præſtationes arguunt pertinentium rei penes eum, cui ſimiles ſolutiones fiunt, per text. in l. ſancimus Cod. de Donat. ubi Bertol., & Alex. conſ. 8 num. 1 lib. 7 Gratian. diſcept. forenſ. cap. 183. num. 9 Addit. ad Buratt. deciſ. 801. num. 18. Rot. deciſ. 400. num. 3. part. 2., deciſ. 203. num. 5. part. 5. Rec., & deciſ. 350. num. 4. & 5. ad [illegible], & deciſ. 100 num. 9 cor. bo. mem. Mohedano.

Neque autem Cenſus ſolutio non bene traditur
11 ad aſſertum titulum Emphyteuſis per quam Domino utili ſtricta cenſetur proprietarum Annuum appoſitio in re Emphyteuticata, ad tradita per Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de diverſ. quæſt. Emphyt. quæſt. 18. num. 3., nam de hujuſmodi contractu nullibi quidem conſtat, nec locus aſſe putaſt præſumptioni. Nam receptum eſt,
12 contractum cujuſcumque alterius ſpeciei præſumendum eſſe, quam Emphyteuſis Fulgin. de Jur. Emphyt. in prælud. quæſt. 8. num. 11. verſ. contrarium tamen Rot. cor. Merlin. deciſ. 545. num. 1., cor. Nunez. dec.

 ciſ.

ipſis Archiepiſcopos ſingulari prærogativa donatos, ut eis liceat Bavaram, ſeu Mozettam, Pallium, elatamque Crucem per totum Orbem ferre liceret, ut refertur *in deciſ. 106. par. 10. rec.*

Ac obſervatum demum eſt, ejuſdem Archiepiſcopi dotationem ſubſtentationi conſultum
18 etiam fuiſſe unione Eccleſiarum Cennenſis anno 1455., & Montis Viſci anno 1534. ut eſt apud Ughell. *in Ital. ſac. tom. 7. in. Archiepiſcopalis Sedis Nazarenæ ſol. mihi 1041.*, quibus ſi addantur cætera perpenſa in dicta præterita Deciſione *§. Po-*
19 *ſtreme*, ac omnia denique ipſius Archiepiſcopatus onera, ſine hæſitatione concludendum erit, dictam taxationem intra mediocritatis limites iſſi reſtrictam, per ea, quæ perpendit Rot. *in d. Ia Albani, ſeu Romana, §. illis adde, coram Molines.*

Extra his, quæ ad annonizandum debitam Alimentorum congruæ, ejuſque ſpecificationem pertinebant, quæ præteritis non eſſe viſum eſt iri, quæ alias arſem conſueverunt ad magnificandum hujus Eccleſiæ annuum redditum. Nam de ejus tenuitate ſatis liquet ex ſi[illegible] ſtatus facta per publicos Notarios item ex Conſiſtoriali proceſſu compilato in promotione ipſius Penſionarii; & inſuper ex facto Penſionarii ſupradicti, qui olim detrectavit ſol-
vere Penſionem reſervatam favore ſibi Gui ob exiguitatem dictorum redditum, adeoque dum ipſe idem attollere vult eoſdem redditus, tanquam contra
20 proprium factum veniens non eſt exaudiendus juxta inſt[illegible] adducta in præterita Deciſione *§. Sed. cum illa ſuper eſſet, in Romana Immiſſionis ſuper Hereditate Mariæ Guzman quod ſtabat 29. Januarii proxime præteriti §. Verum etiam, cor. Me.*

Quibus, gravius adhuc pondus adjecimus ex eo, quod poſt aſſumptum ad hanc Sedem dictum Rmum Jorim, iidem redditus annui
21 inſuper fuerant paſſive Cenſu ducatorum bis mille, impoſito ex mente ſanctæ mem. Benedicti XIII. pro reparanda Cathedrali Eccleſia, ſeriſque Sopelli cubibus retinenda, ex quo niſi annuatim remanet dictus annuus Eccleſiæ redditus, & in eumdem caſum cum Archiepiſcopus Bonorum adminiſtrationem jam dimiſerit,
22 nulla requiritur ſi[illegible] ſtatus pro dicta aſſequenda Congrua admittitur, nam alias ad hunc effectum obtinendi quaſcumque etiam leviores probationes ſuffecere, ad tradita per Caſſin. de Graſſ. *dec. 7. num. 19. de Probat. Rot. dec. 5. 9. num. 1. part. 1. & deciſ. 159. num. 8. part. 5. tom. 1. recen.*

Et ita utrica &c.

R. P. D. MILLINO.

BARCHINONEN NOVI OPERIS NUNCIATIONIS.

Lunæ 28. Junii 1734.

ARGUMENTUM.

Ædilibus Eccleſiæ, quos Deciſio vocat Operarios, Jus eſſe Capellam in Aula Capitulari exiſtentem in uſum profanum convertere firmatur, etiam renuente Archidiacono ipſius Eccleſiæ capite, & non obſtante, quod iidem Operarii Perſonæ Laicæ ſint. Excluditur qualitas Oratorii, ſeu Capellæ publicæ, illamque privatam eſſe multis demonſtratur.

SUMMARIUM.

1 In re propria libera cuique eſt ædificandi facultas.

2 Is, cui libera competit adminiſtratio, conſenſum alterius non tenetur exquirere.

3 Laicis perſonis interdicta eſt adminiſtratio rerum Eccleſiæ adminiſtratio, quæ ſoſis competit perſonis Eccleſiaſticis.

4 Contra, ſi Laicis merito faveat conſuetudo, itemque ſententia delegati Apoſtolici.

5 Conſenſus ſine juſta cauſa denegatus, eſt a Judice ſupplendus.

6 Si locus, & fines non conveniunt, ſuſtis proponitur fundi demonſtratum.

7 Nulla eſt converſio Capellæ de uſu ſacro in profanum, ſine Apoſtolicæ Sedis licentia.

8 Explica, reſpectu Capellæ, ſeu Oratorii publici.

9 Secus in Capellis privatis, quæ penitus antiq.

auctoritate in profanum uſum converti poſſunt.

10 Capella publica dici non poteſt, quæ non ſit fundata auctoritate Ordinarii, quæ careat Janua in via publica, itemque Campanili, & Campana, Dote, Rectore, ac ſacra Supellectili.

11 Præſumi non poteſt, quod Epiſcopus conceſſiſſet licentiam Capellam ad uſum profanum ædificii convertendi, ſi revera ea fuiſſet publica.

12 Specialis licentia conceſſa ab Epiſcopo celebrandi Miſſas in aliqua Capella ſenſſionem reputatur, ſtante qualitate illius publica.

13 Ejuſmodi namque licentia neceſſaria non eſt ubi agitur de Capella publica.

14 Viſitatio Epiſcopi accidentalis, & in particulari occaſione exercita non eſt argumentum Capellæ publicæ.

15 Ex tumulatione Cadaveris locus ſacer, vel Religioſus non fit, ſi alia tamen evadit Auctoritate Epiſcopi.

16 Capellæ non dicuntur publicæ ex quo illuc Rei, & Contumaces confugere conſuevenut, cum loca etiam profana ratione connexionis cum aliquo loco ſacro nonnumquam Immunitate gaudeant.

DECISIO LXVIII.

Anum admovere jam jam volentibus Operariis Eccleſiæ Parochialis B. Mariæ Virginis de Mare extructioni Domorum in Aula Capitulari, quam accedente conſenſu Vicarii actualis ejuſdem Eccleſiæ, necnon licentia Vicarii Generalis, facere decreverant, ut perſiſtum inde percipiendum compendium erogarent in neceſſitates dictæ Eccleſiæ, & Operariæ intereſſit Archidiaconus Joſeph de Ribera Rector habitualis per Novi Operis Nunciationem, quam elapſo termino ad probandum dicti Archidiaconi præſcripto, alteri Vicarius generalis moderandam cenſuit adhibita revtuſi Cautione de opere reſtituendo in caſum ſuccumbentiæ, Sacram vero Tribunal in gradu Appellationis gerit Opus pro perfectum ſibi a Signatura Juſtitiæ delegata cum facultate purgandi attentata in Prius irritandum eſſe attentata per Sententiam latam a R. P. D. meo de Harrach, præviâ Deciſione edita die 7 Decembris proxime præterita quæ hodie coram Me = CONFIRMATIONEM = promeruit.

Duplex namque Nunciationis fundamentum in eo conſtitutum, quod nec jus eſſet Operariis ædificare ſine conſenſu Archidiaconi, nec liceret Capellam in Aula Capitulari exiſtentem in ſacrum uſum deſtinatam, ad uſus prophanos deputare, iterum comperitum eſt debile, atque infirmum, ideoque minus aptum impedire

2 Operariis liberam facultatem ædificandi in Aula, & Capella prædicta ad eorum domum ſpectante, de qua in Leg. Ædilitas, & in leg. Si in Ædibus Cod. de ſervit., & Aq. Rot. in Barcinon. Fabricæ 8. Martii 1728. §. Validitas, coram Reverendiſſimo D. Epiſcopo Cordubæ.

Non equidem exigebatur conſenſus Archidiaconi, qui licet ipſe tanquam Caput Eccleſiæ Jus, & Juriſdictionem habeat in iis quæ reſpiciunt Beneficiatos Eccleſiæ, eorumque regimen, decorem, & reddituss ad eam directe pertinentes, juxta primam partem cujuſdam antiquæ Sententiæ latæ anno 1413, omni tamen Jure, & Juriſdictione caret quoad Operarios, & adminiſtrationem illis privative reſervatam per ſecundam partem dictæ Sententiæ, quod ipſum comprobat antiquiſſima atque inconcuſſa obſervantia, ex qua habetur, Archidiaconos pro tempore ſe continuiſſe in iis, quæ circa Regimen Eccleſiæ verſabantur, libera Operariis relicta diſpoſitione in iis, quæ ad eorum Officium, & adminiſtrationem ſpectabant. Si autem juxta prædictam Sententiam libera eſt facultas Operariis gerendi adminiſtrationem

2 redditium Operariæ excluſo Archidiacono, planum eſt, obſtinatos eſſe nimium valuiſſe ad exquirendum ejus conſenſum in ædificatione Domorum, quo requirendi libera adminiſtratio magnopere fuiſſet imminuta, ut animadvertis per Abb. in cap. De Multa de Præbend. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 47. num. 4. Rot. coram Verall. deciſ. 297. num. 8. part. 1.

Nullumque habuit momentum repetita objectio, quod permiſſa Operariis libera facultate diſponendi de rebus, & redditibus ſpectantibus ad Operariam, adminiſtratio rerum Eccleſiæ providentialis, & ſervitoria eis uti Laicis Perſonis compe-

3 tens, amplectetur jus miniſterialem ſolis Eccleſiaſticis Perſonis reſervatam contra diſpoſitionem Textus in Can. non placuit, & Can. Laicis 16. quæſt. 7, & cohærentem doctrinam Archidiac. in Can. Laicis Abb. in cap. Decernimus de Judic. Gonzal. in prax. cap. 33. num. 2. & 3. Card. de Luc. Miſcellan. Eccleſiaſt. diſc. 35. num. 11. Cum enim eadem adminiſtratio contineat facultatem limitatam diſtribuendi redditus in

4 uſus pios dependentem ab Epiſcopo tanquam Executore, & Moderatore omnium piorum Operum, ſicutique approbata per Sententiam latam anno 1413. ab Epiſcopo Barchinonenſi Delegato Apoſtolico coherenter cum antiqua conſuetudine, utcumque

Sedis, qualitas Perſonæ, neceſſitas Familiarum, ac onera Eccleſiæ.

16 Paſchalis II in Nazareth Archiepiſcopalem erexit Sedem.

17 Quam deinceps ad Chriſtianas Regiones alii Pontifices tranſtulerunt, Archiepiſcopum multis decorantes Privilegiis.

18 Eidem Archiepiſcopatui mox unitæ fuere Eccleſia Cannenſis, & Montis Viridis.

19 Congrua igitur alimentaria ſuper ejuſdem Archiepiſcopi taxata in ducatis [illegible], intra mediocritatis limites reſtricta videtur.

20 Veniens contra proprium factum non eſt audiendus.

21 Pro reparanda Cathedrali Eccleſia, Sacriſque Supellectilibus reficiendis, de mente Pontificis menſa Archiepiſcopalis paſſivo Cenſui ſeſe ſupponit.

22 Nulla requiritur firmatio ſtatim pro aſſequenda congrua Alimentaria, cum ad hanc efficiendam leviores probationes ſufficiunt.

DECISIO LXVII.

A Solutione Conſiſtorialis Penſionis cum ex Sententia noſtri Sacri Tribunalis præſervata fuerit Congrua *Alimentaria* debita Riſuo Jurii Archiepiſcopo Nazareno, uti Titulari ex rationibus late deductis in Deciſione diei 30 Junii 1732. [illegible] Me, Riſtus Mirabellos Penſionarius, tempore habili, ſolvenot quidem fuit de reportanda a Signatura Juſtitiæ Appellationis commiſſione mihi ex hiſ directa ob Turni mutationem; ſed cum novum ſcrutum jurium experimentum, in graviſſimum fundati Alimentum præjudicium daſur Mirabillas deſſerret, ac ſcim daret, hoc tandem mane in ipſius Appellationis contumaciam propoſito dubium = *An Sententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda, in caſu &c.*, & reſponſum habui = *SENTENTIAM ROTALEM ESSE CONFIRMANDAM, SUBMINISTRATIS DUCATIS BISCENTUM IN CAUSAM DECLARANDAM.*

Cum nihil adverſus Sententiam validitatem objectum, tota inveſtigatio redacta eſt ad ejus Juſtitiam tam *in genere*, quam *in ſpecie*. Et in genere quidem ratius exiſtimatum eſt, controverſam *Alimentariam congruam*, Archiepiſcopo Nazareno nullatenus denegari poſſe. Cum enim Congrua

1 hujuſmodi alimentorum loco cenſeatur, naturali quidem jure ei debetur, qui ſervitium Eccleſiæ impendit ut *tradit. per Rot. deciſ. 507 num. 5 cor. Ludoviſ deciſion 449. num. 2. & 3. deciſ. 763. num. 1. & ſeq. part. 2. recen.* cum aliis relatis in præterita Deciſione *§ Siquidem* cor. Me. Non

2 enim in titulum liberalis largitionis referendum eſt, quod ex propria cujuſque Offices laboribus comparatur *ut firmat. per Rotam in Adrien. ſeu Penſion. Congruæ 17. Martii 1672. § In hanc, cor. clar. mem. Matteiuſ.*

Itaque naturali ſatis congruit, ut in laborum recompenſationem alimenta præſtentur, qui perennibus incommodis, vigiliiſque animarum curæ, paſcendæque Chriſti gregi indeſinenter excubant, & inſudant: &

3 inhumanum ſatis videretur eis denegare alimenta, quorum opere, ac labore Eccleſia Dei ſuſtentatur, & quorum verbo, ac exemplis fideles Chriſtiani virtutibus aluntur, & demum irrationabile omnino eſſet, ut qui Divinorum Sacramentorum alimoniam quotidie Chriſticolis exhibent, iidem denegatis ad vitæ ſubſidium alimentis, fame enecti deperirent. Non enim claudendum eſt os bovi triturantis,

4 dignuſque eſt operarius mercede ſua: & qui Altari ſervit, de Altari vivere debet, *Cap. Cum ſecundum Apoſtolum de Præben. & penult.* 1 *quæſt.* 2 *Innoc. in cap. Epiſcopus nunc.* 2. *verſ. bene inter, & ibi* Panorm. & Felin. *num. 6. de Præben.* idem Felin. *in cap. Paſtoralis de reſcript.* Rebuff. *in tract. de Congrua quæſt. 4. in primo* Caſſio da Graſſis *deciſ. 6. num 11 & 13. de Præben.*, *& in recen. deciſ. 5. num 17 part. 5.* cum aliis adductis in præterita Deciſione *§ Siquidem*, *& § Proinde*, cor. Me.

Penſionis autem reſervatio, etiamſi facta fuerit eo Conſiſtoriali decreto, tanti facienda non eſt, ut per eam Titulari dene-

5 gari debeant congrua alimenta. Reſervationes ſiquidem hujuſmodi intelligendæ ſunt, ſubductis, ante omnia, neceſſariis oneribus, ad inſtar debitorum fructuum, ex quibus primo loco ſubducendæ ſunt omnes expenſæ pro illorum cultura & collectione erogatæ, ut latius concordantibus dixit Rot. in *d. Adrien. ſeu Penſion. Congruæ § Unde § more cor. Matthæjo*, & ſatuit Deciſio quæ revidetur *§ In ſubjecta*, ſo-

6 lumque Conſiſtoriale decretum importat, ut *Congrua Conſiſtori* renunciatum intelligatur, ex deductis in dicta præterita Deciſione *§ Circa præterea*.

Promiſſiones vero generaliſſimæ & affirmatiſſi-

7 mæ etiam clauſolis per Titularem emiſſæ, neque illum hac alimentaria Congrua fraudare poſſunt. Nam quæcumque promiſſiones ab Alimentario emittuntur quoad ſuorum alimentorum retrattationem, parere ſubſiſtere nequeunt, & omnes quæcumque generaliſſimæ clauſulæ dictis promiſſionibus, ſeu principalibus obligationibus adjectæ, tanquam formulariæ appoſitæ non ultra operari poſſunt, quam ipſæ principales diſpoſitiones, ut relatis con-

cor-

que ſit nunc ap tida, neque hodie prætextu incapacitatis Parſonarum in controverſiam revocari, quam haud dubie ſubſtituit Sententia prædicta tribuens alia implicatum mandatum eam exercendi vice, & nomine Superioris Eccleſiaſtici, ut poſt Dec. conſ. 148 num. 3. tradunt Fagnan. in cap. Poſtulaſti num. 21. de his, quæ fiunt a Prælatis Wanefpen. in Jur. Eccleſiaſt. part. 2. tit. 33. cap. 10. num. 16. & 27. Pax Jordan. lucubr. tom. 2. lib. 8. tit. 13. num. 28. Ricc. diſſ. Cur. Epiſcopal. 170. num. 1. 21. & 22. Rot. coram Merlin. deciſ. 257. num. 8. cum aliis in Deciſione R. P. D. mei de Harrach. § Siquidem.

Cæterum animadvertebant Domini, quod ſicuti Domorum ædificatio non modo concordi Operariorum ſuffragio fuit decreta ob cauſam ipſi Eccleſiæ Parochiali appigne utilem, ſubveniendi que indigentiæ, eamque imposterum inſtructam conſervandi rebus ad Cultum Divinum neceſſariis, & hanc ob rationem ſuum aſſenſum præſtitit Vicarius actualis una cum Beneficiatis, verum etiam re ſedulo perpenſa, proprium Ordinarius interpoſuit authoritatem, ita nulla juſta ratione illa repugnare Archidiaconum ſub prætextu, quod ejus aſſenſus non acceſſerit, quo, alioquin

5 etiam fuiſſet requirendus, eſſet officio Judicis ſupplendus, quandoquidem illi firma ſtat Sententia, nam extra juſtam cauſam denegare ad Text. in cap. Nullus in fin. ubique Gloſſ. final. de Jurepat. Felin. in cap. Cum venerabilis num. 33. verſ. Et ſi Epiſcopus de excep. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 47. num. 37. & 38. cum aliis in Deciſione R. P. D. mei de Harrach § Præterea.

Nec juſtam cauſam negandi conſenſum reponere Archidiaconus poſſe videbitur in dominio fundi, quod prætendebat deſumere ex quibusdam antiquis conceſſionibus, necnon ex confeſſione ab Operariis emiſſa in reſponſionibus datis ad articulos ab eo propoſitos; quoniam nec

6 locus, nec fines fundi, de quo dictæ conceſſiones loquuntur conveniunt cum loco, & finibus fundi, in quo ſita eſt Aula, ſeu Capella, de qua agitur, idque ſatis eſt, ne illius dominium probatum dicatur. Apud Archidiaconum ad regulam Text. in leg. Forma § di Cenſib. Bartol. in leg. Demonſtratio falſa num. 18 § de condit., & demonſtrat. Rot. coram Octobon. deciſ. 8. num. 6. coram Emer. Jun. deciſ. 617 num. 3. & ſeqq. coram Molin. deciſ. 616 num. 5. & in Tyburtina Salviani 26. Januarii 1718. § Maxime, coram Me. Reſponſio vero data ad articulos prætenſam Confeſſionem Operariorum non continet.

Inutiliter quoque pro cauſa negandi conſenſum proponebatur translationem Capellæ

7 de uſu ſacro in prophanum, ſine Apoſtolicæ Sedis licentia factam, eſſe nullam, atque irritam, per apertam cenſuram Text. in Can. quæ ſemel 19. quæſt. 3. & cap. Ad hæc de Religioſ. Domib. Prohibitio enim

8 iſta locum ſibi vindicat in Eccleſiis, & Capellis, vel Oratoriis publicis, quæ authoritate Ordinarii interveniente perpetuo ſacrorum adminiſtrationi ſunt deſtinata, vel per Conſecrationem, aut Benedictionem Cultui Divino dedicata. In his enim ad profanos uſus traducendis votum eſt requiri Sedis Apoſtolicæ licentiam, ad notata per Fagnan. in cap. Authoritate de Cenſ. Barboſ. in addit. ad Conc. Trident. ſeſſ. 21. cap. 7. num. 24. de Reform. At longe

9 aliter ſe res habet in Capella privata, quæ tanquam temporalitas, & variabiliter ſanctificatæ, privata etiam authoritate poſſunt ad uſum prophanum reduci, ut diſtinguentes explicant Pignatell. conſ. 93. num. 3. & 4. tom. 1. Del Bene de Immunit. part. 2. cap. 16. dub. 9. ſect. 11. per tot. Diana coordinat. part. 9. tract. 1. reſol. 6. num. 2. & ſeq. Eminentiſſimus Petra ad Conſt. 2. Paſchalis II. ſect. 1. num. 94. cum aliis in Deciſ. R. P. D. mei de Harrach. § Quandoque.

Quotquot ſolent argumenta a Doctoribus adduci pro dignoſcenda qualitate Capellæ privatæ, conſluebant in præſenti ad ſuadendum, qualitatem hujuſmodi dictæ Ca-

10 pellæ ſolitam fuiſſe. Deerat enim in fundatione omne authoritatis Epiſcopalis veſtigium, carebat itidem Janua in Via publica, Campanili, & Campana, Dote, Rectore, ac Supellectili Sacra, ſine quibus Capellam publicam, & perpetuo ad Sacra Miniſteria deputatam dici non poſſe, docent Gonzal. Fagnan., & alii in Cap. Authoritate de Cenſ. Barboſ. de Jur. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 2. num. 18. Pax Jordan. lucubrat. tom. 2. lib. 7. tit. num. 8. del Bene de Immunit. Eccleſ. part. 2. cap. 2. dub. 2. ſect. 8. num. 19., & cap. 16. dub. 9. ſect. 1. num. 4. Pignatell. d. n. 18 [illegible] 2. num. 12., & ſeqq. Plane Eminentiſſimus Petra ad Conſt. 2. Paſchalis II. ſect. prima num. 71. & ſeqq. tom. 1.

Militare eamdem qualitatem confirmabat obſervatio, quod Capella prædicta fuit jam a diuturnum, atque inamovibilem obſervantiam deſtinata ad ineunda Comitia, ſeu Congregationes Operariorum; quin ad plura progreſſu temporis ad vilior quoque miniſterium; apponendi Trabes, & Ligna tranſferri; quibus poſitis abſurdum fuerit affirmare, illam publica authoritate in perpetuum Divino Cultui, ſacriſque peragendis fuiſſe aſſignatam, idque, omnium optime cum innotuiſſet Ordinario, fuit ita Canis qui licentiam conceſſerit Operariis prædictis ibi Ædificandi Domos, quam

11 nequaquam conceſſiſſet, ſi revera cognoviſſet eam publicam eſſe, & in Sacros uſus deputatam, ex firmatis per Rotam, ut me. Card. Falcon. ut de Immunit. deciſ. 13

coram,

num 7., & de reſcriptis deciſ. 25 num. 4.
Et quamvis niteretur Archidiaconus elicere
deſtinationem Capellæ in celebratione Miſ-
ſarum tempore, quo Eccleſia Parochialis
per Sacras Conciones, aliaſve functiones
erat impedita, ex reſolutione ab Opera-
riis collegialiter capta anno 1580., in irri-
tum ceſſerunt conatus, refragante hinc
intelligentiæ litteræ dictæ reſolutionis, quæ
oſtendit Operarios ea mente ſtatuiſſe de-
venire ad illam extructionem, ut ſibi pa-
rarent locum in unum coeundi ſine per-
turbatione Sacrorum Officiorum, & Fun-
ctionum, quæ peragebantur in Eccleſia
Parochiali. Minuſque valuit proferre quam-
dam aliam reſolutionem factam anno 1605
a Beneficiatis, quæ ſupponit eamdem de-
ſtinationem: tantum enim abeſt eam ha-
bitam fuiſſe pro vera, ut falſam, atque
12 erroneam oſtendat ſpecialis licentia ab Epi-
ſcopo poſtea obtenta celebrandi ibi Miſ-
ſas; quæ dicta deſtinatione præexiſtente
ſupervacanea fuiſſet ad regulam *Text. in
cap. licet. de Regular.* Fagnan. *in Cap. Rela-
tum num. 30. de Cleric. non reſiden.* Rota
*coram illor. mem. Card. Fabroneo tit. de
Donat. deciſ 3. num. 25., & in Leodien. Je-
rosolimitana 6. Decembris 1726. § Altera, cor.
Emo D. meo Card. Cantio.*

Ab hoc autem, quod quandoque in dicta Ca-
pella Miſſæ fuerint celebratæ, non bene
eruebatur argumentum perpetuæ dedica-
tionis in Sacros uſus, & qualitatis Capel-
læ publicæ: quia cum hujuſmodi celebra-
tio, de licentia ſpeciali, & pertato, ut
aliquis tulit occaſio facta fuerit, non ve-
ro continenter, aut jure liberæ facultatis;
reputatur mere accidentalis, eaqueprop-
ter magis congruit privatæ Capellæ,
13 quam publicæ, in quam eadem licentia
non eſt neceſſaria, ex animadverſis per
Pignattell. *conſult. 93 num. 3. & 4. tom. 2.*
Del Bene *de Immunit. part. 2. cap. 16.
dub. 9. ſect. 12. num. 2.* Paſſerin. *de Pollen.
Eccleſ. diſp. 2. cap. 5. num. 3.* Eminentiſſi-
mus Petra *ad Conſtit. 2. Paſchalis II. ſe-
ction. 1. num. 77. tom. 2.*

Qua ratione neque ibidem aliqua digna erat
conſideratione Viſitatio ejuſdem Capellæ
anno 1605 ab Epiſcopo facta. Cauſam
namque illi dedit licentia ante petita ibi
celebrandi Miſſam, quapropter uti & ipſa
14 accidentalis, & in particulari occaſione
exercita, non autem animo conſtituendi
locum perpetuo Sacris Officiis deſtinatum,
qualitati Capellæ privatæ minime repu-
gnat, ex animadverſis per Pax Jordan *lu-
cubrat. tom. 2. lib. 7. tit. 3. num. 15.* D. Card.
Petra *in Conſt. 2. Paſchalis II. ſect. 2. nu-
mero 77. tom. 2.* Quod vero eadem Ca-
pella conſtructa reperiatur in Cœmeterio
majori Eccleſiæ Parochialis, ideoque ut
illud eſt Sacrum, & publicum, ſic eadem
qualitas ineſſe debeat in illa, compertum
eſt non ſubſiſtere. Docebatur enim, eam
eſſe ſitam in loco prorſus profano, ubi
nimirum erat Domus ad habitationem
Veſpillonis deſtinata.

Ut etiam recognitum eſt, non ſubſiſtere, quod
in eadem Capella tumulare conſueverint
Defunctorum Cadavera. Nam excepto
uno, & ſpeciali quidem ex ratione, &
privata authoritate ibi ſepulto, nullum
aliatum fuiſſe conſtabat. A tumulatione
15 autem facta privata authoritate locus Sa-
cer effici non valet, cum non ex eo,
quod mortuus aliquem in locum inferra-
tur, ſed ex authoritate Epiſcopi is ſacer
fiat, vel Religioſus, juxta *Gloſſ. fin. in cap.
in Eccleſ. 13. quæſt. 2.* ibique Archidiac.
Bellamer., & Turrecremat. Abb. *in cap.
Ad hæc num. 3. de Relig. Domib.*, ibique
Butr. num. 43. Fagnan. *num. 3. & ſeq.* Pi-
ringh. *in decretal. lib. 3. tit. 36. § 4. ſub
num. 21.*

Quo demum ad Jus Aſili, quo dicta Capella
dicebatur prædita, ex quo illuc confuge-
re aſſueverint Rei, & Contumaces tutiq-
que a quacumque moleſtia commorari,
reſponſum fuit illud fuiſſe adstrictum eo
ſub opinione, quod tanquam annexa Cœ-
meterio publico, ex quo ad illam patebat
aditus, Immunitate frueretur ratione hu-
jus cohærentiæ ut diſerte deponunt Te-
ſtes ex parte Operariorum inducti. Exin-
de autem minime datum erat deducere
argumentum perpetuæ dedicationis ejuſ-
dem Capellæ in Sacros uſus, cum citra
16 hanc qualitatem ob prædictam connexio-
nis rationem, loca etiam profana non-
nunquam Immunitate potiantur, ut pariter
adductos in Deciſione R. P. D. mei de Har-
rach *§ Tanquam*, obſervant *Gloſſ. in cap.
ſi quis in Atrio, & in cap. ſi quis conta-
max verb. Adhærentibus 17. quæſt. 4.* Pax
Jordan *lucubrat tom. 2. lib. 1. tit. 3. nu-
mer. 138.* Gambacurt. *de Immunitat. lib. 5.
cap. 19. ſub num. 5.* Carol. Ant. de Luc.
*ad Vivaingl. in prax. num. 13. de Immunit.
§ 1. num. 2.* Card. de Luc. *in Miſcellan.
diſc. 10. num. 9.*

Et ita utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. MILLINO.

BARCHINONEN. ELECTIONIS

Lunæ 28. Junii 1734.

ARGUMENTUM.

Jus præſidendi Comitiis, eaque indicendi pro Electione Ædilium Eccleſiæ, ad ipſorum Collegium ſpectare deciditur abſque ulla ingerentia Archidiaconi, ſeu Rectoris Eccleſiæ, id repoſcente ſtatuto, antiqua ſententia, & longæva conſuetudine. Si ſtatutum alicujus præſentiam in Comitiis exquirat, valida ea ſunt etſi non intervenerit, modo ad intereſſendum monitus fuerit.

SUMMARIUM.

1 Optima eſt electio, quæ ad formam ſtatuti, & obſervantiæ facta dignoſcitur.
2 Eccleſiæ Rector Jus habet præſidendi Comitiis, ſeu Capitulo.
3 Idem dic de dignori, ſeu Capite Collegii.
4 Jus præſidendi Comitiis per antiquam ſententiam cenſetur ablatum.
5 Facultas convocandi Comitia deſumenda eſt a lege Statuti.
6 Neque pro ejuſmodi effectu, præſtat aliquem dignitate præcellere.
7 Explicantur contraria.
8 Adminiſtratio Eccleſiæ competens Laicis, eſt dumtaxat Providentialis; & non tribuit facultatem diſponendi, ſolis reſervatam Perſonis Eccleſiaſticis.
9 Contra, ſtante antiqua ſententia perſonis Laicis favente.
10 Requiſitus ad intereſſendum Comitiis, ſi recuſet, ſe ſe reddit extraneum, & num. 12.
11 Cauſa ſi vola non præſtat juſtum impedimentum non intereſſendi.
12 Requiſitus ad intereſſendum, ſi renuat intervenire, habetur pro præſente.

DECISIO LXIX.

IN tertio Capite Sententiæ latæ a R. P. D meo de Harrach ſuper Nonſolutione novi Operis, Operariis Eccleſiæ Parochialis B. Mariæ *de Mari* tranſmiſſa ab Archidiacono Joſepho Riberæ, de quo agitur in contemporanea Deciſione, definitum fuit = *In Electione eorumdem Operariorum iſti ſervandam ut omnino formam præſcriptam in Statuto anni* 1566, *& ſignanter pro eo, quod attinet tempus, eam eſſe faciendam die bineno in bienium die* 24. *menſis Februarii, eaque impedita, alia ab iiſdem Operariis deſignanda, dummodo tamen Kalendas Martias præcederet, juxta diſpoſitionem Statuti prædicti, & obſervantiæ, ac non Electionem factam die* 24 *Februarii anni* 1731 *ſine interventu dicti Archidiaconi pro nulla, ac firma habendam eſſe* = per rationes deductas in Deciſione deſuper edita a præfato R. P. D. meo de Harrach die 11. Decembris proxime præteriti. Cum autem eadem Sententia in hoc etiam capite fuerit hodie coram Me ad examen revocata, viſa eſt Dominis = CONFIRMATIONE DIGNA. Contendebat Archidiaconus in ea parte, qua fuit definitum, in Electione ſervandam eſſe formam a Statuto præſcriptam, & retinendam diem 24. Februarii, aut ea impedita, aliam ante Kalendas Martias Sententiam Rotalem injuſtitiæ coargui non poſſe: quia
1 Juſta ratio poſtulat, ea, quæ circa Electionem Statuta legitima poteſtate condita ſanctè ſervant, diuturnaque obſervantia confirmata, cuſtodiri, ad tradita per Abbat. *in cap. cum Eccleſia de Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis* Fagnan *in cap. cum Eccleſia Vulturana num.* 45. *de Election.* Cecoquet *lucubrat. Canonic. tom.* 2 *lib.* 4. *tit.* 1. *num* 54. Paſſerin. *de Electione cap.* 10. *numer.* 44. Anſald. *in addit. ad diſſ.* 61. *numer* 44. Rota *in Celegentana Canonicatuum de Villoria* 7 *Decembris* 1731. *§. Eſſi enim & §. Et hac ratione coram ſuperſ. ..., coram R. P. D. meo Criſtiano*, cum aliis in Deciſione R. P. D.

mei de Hirrach § Siquidem, & ſeqq.

Injuſtitia tamen laborare dicebat in ea parte, qua fuit declaratum, facultatem ſubhoendi diem Electionis in caſu impedimenti diem 24. Februarii eximentis, ſpectans ad

2 Operarios, quia eadem facultas ipſi fuerit adjudicanda, vel tanquam Rectori Eccleſiæ, & Jus habenti præſidendi Comitiis, ſeu Capitulo ex Rota *in Gerunden. Juriſdictionis ſuper Jure convocande Capitulum 14. Julii 1701. § Ex utroque, ubi 1L.*

3 *mem. Card. Priolo*, vel uti dignitati inter Operarios, & Capitis vice eos inter fungenti, ut per *Text. in cap. poſtulaſti dudum* Abb. *in cap. cum nobis num. 9. de Electione, & in cap. 2. num. 4. de majorit. & obed.* Barbos. *de Canon. cap. 35. num. 1. & ſeqq.* Frances. *de Eccleſ. Cathedr. cap. 21. numero 102.* Rota in *Syracuſana Propoſitura 10. Decembris 1731 § Et quidem, ubi R. P. D. meo Rezzonico.*

Et vero Diſcurſus duplici reſiliebatur reſponſione. Prima quod cum Statutum deferat Jus convocandi Comitium Operariis, Archidiaconus vero talem non habeat qualitatem, imo ab omnibus, quæ ſpectant

4 ad Officium illorum fuerit penitus excluſus per antiquam Sententiam latam anno 1413, de qua plane in contemporanea Deciſione ſuper Nominatione Novi Operis nullo modo Jus hujuſmodi ſibi poſſit adſcribere, ad regulam *Textus in leg. penult. ff. de Milium. Teſtam.* Rota *poſt Conſtant. ad Statut. Urb. deciſ. 75. num. 14. & coram 1lar. mem. Card. Falconerio loc. de Teſtam. deciſ. 11. num. 7.*, ſed tantum ejus exercit... nonnullorum Operarius ... ſive petenti

5 tere ad prætenptum dicti Statuti, a quo dicta convocandi poteſtas eſt deſumenda, ex notatis per Abbat. *in cap. cum vobis num. 9. de Election.* Campell. *ad Conſtit. Urban. decret. 43. num. 111.* Lambertin. *de Jur. pat. art. 19. quæſt. 2. part. 2. lib. 1. num. 4. fol. mihi 140.*

Reſponſio altera ſtabat inquo, quod Archidiaconus, nedum non eſt in numero Operariorum, verum etiam caret voce in eorum Comitio, itaut nec in paritate quidem Votorum Jus habeat ferendi ſuffragium, ſolumque præſtet perſonalem aſſiſtentiam:

6 atque propterea licet Dignitate eoſdem Operarios antecellat, non ob id tamen debet ſe immiſcere in convocatione Concilii, quæ proſluit a Jure Collegii, quod eſt penitus ſeparatum, ac diſtinctum a Jure ſimplicis perſonalis aſſiſtentiæ, ex firmatis per Pignatell. *conſult. 154. num. 7. tom. 7.* Ceccoper. *lucubrat. tom. 2. lib. 4. tit. 1. num. 52.* Ubique *Addit. num 14. & ſeq.* Piton. *diſcept. Eccleſ. 94. num 3. & ſeq. tom. 3.* Rota *cor.* Emb. *deciſ. 146. num. 9. & 10. & deciſ. 167 num 15. & ſeq.*, ad rem non facientibus authori-

7 tatibus in objecto relato, quæ loquuntur de Capite Capituli, ſeu Collegii, & de habente Juriſdictionem, vel ſuperioritatem in illo, qualis, ut dictum eſt, dici nequit Archidiaconus, qui per dictam Sententiam ab omnibus reſpicientibus Officium, & Adminiſtrationem Operariorum ex toto prohibetur.

Neque juvari poterat replicatione illa, quod Operarii, tanquam Laici, aliam rerum Eccleſiæ Adminiſtrationem gerere ne-

8 queant, quam providentialem, & ſollicitudinis, quæ tribuit ſolam facultatem providendi Eccleſiam de rebus neceſſariis, omni adempta facultate diſponendi, quæ Perſonis Eccleſiaſticis eſt privative reſervata per *Text. in Can. non placuit, & Can. Laicis 12. quæſt. 7. cap. cum Laicis de rebus Eccleſ. non alienan.* Abb. *in cap. decernimus de Judic.* Nam etiam quod adminiſtratio Operariorum tanquam continens facultatem limitatam diſtribuendi redditus in uſus pios dependentiæ ab Epiſcopo Generali Executore, & Moderatore omnium Piarum Operum, fuit approba-

9 ta per Sententiam latam anno 1413. a Delegato Apoſtolico, adeoque poterat ab his, etſi Laicis penitus, quam Archidiaconum exercere, nomine Eccleſiæ, ut confirmando objectum reſpondat contemporanea Deciſio ſuper Nominatione novi Operarii § *Nullomagis.* Rei, de qua hic agitur reſpicit ſimplicem convocationem Concilii Operariorum, non autem eorum Adminiſtrationem, proindeque, quæ de Adminiſtratione dicuntur, ad illam minime pertinent.

Immittitur quoque de injuſtitia Sententiæ Rotalis conquerebatur Archidiaconus, ex quo validam declaravit Electionem Operariorum ſe abſente factam anno 1731., quando Statutum ſuam requirebat præſentiam. Cum enim ipſa ab Operariis monitus, & requiſitus, interreſſe recuſaverit, licuit his ad Electionem, non obſtante ejus abſentia, procedere, citra viola-

10 tionem formæ a Statuto præſcriptæ quæ ſatis impleta fuit per hujuſmodi requiſitionem, poſtquam ipſe recuſando adeſſe ſe fecit extraneum ab illa per *Text. in cap. cum nobis olim de Elect.* Abb. *ibidem num 3.* Paſſerin. *de Elect. cap. 11. num. 181.* Rot. *coram Cerro. deciſ. 1451 num 3. & in Leodien. Electionis, ſive Nominationis 3 Junii 1720. § Nec hujuſmodi, coram Mi.*

Minime attento, quod Archidiaconus requiſitus juſto impedimento fuerit detentus, ideoque Jus ſuum non cenſeatur remiſiſſe, quia ex proteſtationa ejus nomine facta apparebat, cum non adduxiſſe aliam Cauſam cur accedere recuſaret, quam nullitatem præfixionis diei factæ ab Operariis:

11 ut vero Cauſa iſthæc erat penitus frivola atque inepta, ſic juſtum abſentiæ impedimentum hodie proponi non ſuit, ad tradita per Roman. *conſ. 9. in princip. § In contrarium* cum aliis apud Piton. *diſceptat. Eccleſ.*

Google

Eccleſ. loc. numero 141 tomo 3.
Levioris pondens ſuit aliud vitium Electioni impactum, ex quo ſcilicet præſens non fuerit Vicarius Generalis, juxta diſpoſitionem Statuti vocandus Archidiacono abſente. Ob vacationem namque Sedis Epiſcopalis Barchinonen., tunc Vicarius Generalis nullus exiſtebat, & de cætero Operari omne agendo, non ceſſarunt requirere Vicarius Capitulares, qui ſi intereſſe omiſerunt, non per hoc valuerunt nullitatis

12 vitium Electioni auferre, quæ habenda eſt perinde ac ſi ipſis præſentibus aliet celebrata. Rot. *in Calagurritana Beneficiorum de Leyba 14 Junii 1719. §. Hand relevante, coram R. P. D. meo Creſcentio*, & latius probat Deciſio R. P. D. mei de Harrach. §. *Fin.* ad quam Domini ſe retulerunt. Et ita utraque &c.

R. P. D. HARRACH.

SENOGALLIEN. JURIUM PAROCHIALIUM.

Veneris 14. Junii 1737.

ARGUMENTUM.

Approbatur in hac Magiſtrali Deciſione promiſcuus uſus ejuſdem Eccleſiæ, illiuſque Sacrorum Utenſilium, pro adminiſtratione Sacramentorum, aliiſque functionibus obeundis a duobus diverſis Parochis: Nec non firmatur, an, & quando Parochus teneatur habitare in Æde Parochiali.

SUMMARIUM.

1 Manutentio non eſt deneganda habenti bonum jus.
2 Conſuetudo probatur ex deſcriptione geſta in libris antiquis Communitatis.
3 Nec non ex Decretis Viſitationum.
4 Itemque ex Sententia emanata in contradictorio Judicio.
5 Conſuetudinis immemorabilis requiſita.
6 Conſuetudo memoriam Hominum excedens jus tribuit allegandi quemcumque meliorem, & excogitabilem titulum.
7 Sententia in auctoritatem rei judicatæ tranſacta, rem claram, & manifeſtam conſtituit.
8 Obſervantia centenaria æquipollet Immemorabili, & illius vigore allegari poteſt lex Fundationis, concordia, Privilegium Apoſtolicum, & alius quicumque titulus.
9 Actus quando habendi ſint pro mere facultativis, & precariis.
10 Actus licet ab initio voluntarii, ſi per diuturnum tempus fuerint ſervati, evadunt neceſſarii.
11 Præſertim ſi intra tale tempus ſupervenerit qualitas coactiva.
12 Epiſcopo non licet, nulla præſertim urgente juſta Cauſa, præjudicium inferre juri ab altero acquiſito.
13 Decretum Concil. Trid. ſuper facultate conceſſa Epiſcopis diſtinguendi Parochias, quomodo intelligendum.
14 Monſtratum eſt, duos Parochos eſſe in una, eademque Eccleſia.
15 Intellige de duobus Parochis habitualibus, & perpetuis, non vero de poſſidentibus diverſas Parochias, ac Sacramenta Miniſtrantibus propriis Parochianis in una, eademque Eccleſia materiali.
16 Satisfit abſurdis, quæ opponebantur ad tollendum veterem ejuſdem Eccleſiæ uſum inter hinos Parochos. *& num. 17. 18. & 19.*
20 Abſurda ubi poſſint facile removeri, nulla de eis habenda eſt ratio.
21 Conſuetudo antiqua pluribus probata, eſt Religioſe ſervanda, & retinenda.
22 Maxime ubi per eam plenius proſpiciatur Parochianorum commoditati.
23 Parochi, juxta Concil. Trid., tenentur reſidere penes Eccleſiam Parochialem.
24 Intellige, ubi extet Domus Parochialis, alias ſat eſt, ut Parochus habitet in Domo ſita intra fines ſuæ Parœciæ.
25 Parochus habens Populum partim habitantem in Civitate, ſeu Caſtro, & partem in Campeſtribus, ſemper habitare tenetur apud Partem Civicam. Ampliat *num. 26.*

D E

DECISIO LXX.

IN Caſtro Montis Conſtantis Æſini duo extant Parochi, quibus Cura imminet Animarum, quorum alter Plebanus, & alter Rector nuncupatur. Plebanus obtinet in titulum Eccleſiam S. Gaudentii poſitam in ipſomet Caſtro, Rector vero Eccleſiam Ruralem S. Mariæ de Marciano quingentis circiter paſſibus ab illo diſtantem. Cum autem hæc ruralis Eccleſia, & ob diſtantiam a Caſtro, & ob nimium ejus anguſtiam, inepta prorſus eſſet Parochialibus functionibus peragendis, hinc propterea ab antiquiſſimo tempore, cujus initii memoria non extat, conſueverunt Rectores S. Mariæ Sacramenta omnia ſui Ordinis miniſtrare, cæteraque Parochialia munera adimplere in Eccleſia S. Gaudentii, ubi ulterius proprium ſemper retinuerunt Altare, in quo ſoliti fuerunt Eccleſiaſticas functiones explere, & ſignanter Miſſam canere die Sabathi cujuslibet hebdomadæ nec non die ſecunda Rogationum, qua ad ſuas ſpectat Proceſſionem etiam dirigere, & ordinare.

Conſuetudo iſthæc Rectoribus aſſiſtens miniſtrandi ſuis Parochianis Sacramenta omnia in Eccleſia S. Gaudentii, ibique peragendi Eccleſiaſticas functiones apprehenditur mebat ſub initium elapſi Seculi nonnullis Ordinariorum decretis, atque ſententiis. Anno enim 1603. orta inter Plebanum, & Rectorem controverſia ſuper numero, ac identitate Familiarum ad utramque Parochiam pertinentium, eaque delata occaſione Sacræ Viſitationis ad Judicium bon. mem. Petri Rodulphi tunc Epiſcopi Senogallienſis, is provide advertens, quod inter prædictos Parochos aſſidue ſemper extitiſſent contentiones, niſi ambæ Parochiæ ratis certis, perpetuiſque limites concluderentur, peculiari ſuo decreto ad illarum diviſionem deveniens, aſſignavitque Plebano S. Gaudentii totum, & integrum Caſtrum, nec non dimidiam partem Suburbiorum, quæ ad Occidentem vergunt unacum adjacentibus Agris; Rectori vero S. Mariæ attribuit alteram Suburbiorum partem, quæ Orientem reſpiciunt a via Æſina uſque ad Anconitanam, omneſque Agros ex illa parte conterminos, ea tamen adjecta declaratione, ut quoad Officia, quæ uſque ad id temporis ab utroque Parocho fieri conſueverant in Eccleſia S. Gaudentii, nulla facienda eſſet innovatio, ſed priſtina ſervanda foret conſuetudo.

Poſtrea cum Plebanus S. Gaudentii contendere cœpiſſet anno 1604., quod Rector S. Mariæ non poſſit apud ſe retinere Claves ſuæ Parochialis Eccleſiæ, delata hujuſmodi controverſia ad Viſitatorem Generalem ab Epiſcopo deputatum, Is comperto, quod Rectori antiquiſſima aſſiſteret conſuetudo ſumendi Sacramenta omnia ab Eccleſia S. Gaudentii, decretum in actu viſitationis edidit, quo demandavit, ut Ipſe retinere poſſet Claves Eccleſiæ Tabernaculi, Fontis Baptiſmalis, & Capſulæ in qua aſſervatur Oleum Extremæ Unctionis, prohibendo inſuper Plebano ſub Eccleſiaſticis cenſuris, ne eidem Rectori directe, aut indirecte illarum retentionem impediret, quod quidem decretum confirmatum fuit ſubinde promeruit per ſententiam latam a Vicario Senogallienſi, ad quem mutuo Partium conſenſu hujus controverſiæ cognitio delata fuerat.

Anno denique 1612. contendente Plebano nonnullas præeminentias adverſus Rectorem S. Mariæ, eumque alterum ſpoliare poſſeſſione, in qua ab antiquo tempore reperiebatur ſumendi, ac miniſtrandi Sacramenta in Eccleſia S. Gaudentii; inſtructum fuit formale Judicium ſuper eadem controverſia in Curia Eccleſiaſtica Senogallienſi, cauſaque mature diſcuſſa, Vicarius Generalis ſuam tandem protulit Sententiam, in qua definitive pronunciavit *ex Rectori S. Mariæ ſui competere dirigendi ſecundam Proceſſionem Rogationum, explendi ſunebres functiones ſuper cadaveribus ſuorum Parochianorum, adminiſtrandi ſolo Ordine quæcumque Sacramenta in Eccleſia S. Gaudentii, ut demum pulſandi Campanas, aliaque omnia in dicta Eccleſia gerendi, quæ Animarum Curam reſpiciunt, & concernunt*; quæ quidem Sententia tranſitum fecit in auctoritatem *rei Judicatæ*.

Continuarunt ab inde citra Rectores S. Mariæ in quieta, & pacifica quaſi poſſeſſione adminiſtrandi ſuis Parochianis Sacramenta omnia in præfata Eccleſia S. Gaudentii, ibique exercendi cæteras functiones Parochiales, & Eccleſiaſticas uſque ad annum 1727., quo fuit de eadem Parochiali Eccleſia proviſus Franciſcus Maria Rondina Caruana hic, vix adepta poſſeſſione ſuſcitare cœpiſſet veteres controverſias, per rem Judicatam jam conſopitas, & extinctas, Alexander Castellanus Rector S. Mariæ ad occurrendum quibuſcumque novitatibus, quæ a dicto Plebano attentari potuiſſent, Monitorium expediri curavit Eſto tunc A. C. de Gentilibus ſupra obſervatione, & executione ſententiæ latæ anno 1612., illudque eidem præſentari curavit.

Non obſtante hujuſmodi Monitorio recurſum habuit idem Plebanus ad modernum Reverendiſſimum Epiſcopum, & ſub iſtant aſſertione, quod actus omnes a Rectoribus explo-

expleti in Eccleſia S. Gaudentii, fuiſſent præcariò tantum nomine exerciti, quod que antiqua decreta Viſitationum, atque ſanitantiæ eſſent mere proviſionales. Decretum ab eo obtinuit in Viſitatione anni 1736, quo in primis demandavit = *ut Rectores debeant ampliſſimam omnia Parochialia munera adimplere in propria Eccleſia S. Mariæ de Marcuano, ibique aſſervare Sanctiſſimum* Eucharistiæ Sacramentum. *Secundò ut prope dictam Eccleſiam, ſumptibus, utque de Jure, ædificanda eſſet Domus pro habitatione Rectorum. Tertiò ut fons Baptiſmalis in eadem Eccleſia erigeretur. Quartò Rectoribus adeſſe tempore poenitentiæ in Sabatho Sancto Aquam Benedictam a Plebano S. Gaudentii. Ac denique, ut eisdem Rectoribus liceret deinceps in propria Eccleſia tumulare Cadavera ſuorum Parochianorum, dummodo jura ſepulturæ ſolvantur tribuerent eidem Plebano quartam funeralium.*

Ab hoc decreto Rector S. Mariæ ſtatim habuit recurſum ad A. C. Functorum, qui illud circumſcripſit, tanquam latum pendente Monitorio contra ipſum Auctoritate expedito, & interim per modum provisionis, & ſine præjudicio Jurium ambarum Partium, impertitus fuit eidem licentiam adminiſtrandi Sacramenta, ac cætera Parochialia Jura exercendi in Eccleſia S. Gaudentii, juxta ſolitum. Sed remiſſa deinde Cauſa ex decreto Eminentiſſimi Pro-Auditoris Sanctiſſimi ad Judicium totius noſtri Auditorii, prævijs duabus Decisionibus edendum, appellatione remota, directa fuit Mihi Commiſſio manu Sanctiſſimi Signata, ad cujus tramites congruum hodie propoſui Dubium = *An, & quibus, & de cujus bono Jure muniri ſint ad effectum manutentionis &c. in caſu &c.* = cui reſponſum fuit = CONSTARE DE BONO JURE RECTORIS S. MARIÆ ETIAM AD EFFECTUM MANUTENTIONIS.

Bonum namque Jus dicti Rectoris adminiſtrandi proprijs Parochianis Sacramenta omnia in Eccleſia S. Gaudentii, ibique exercendi cæteras Parochiales functiones, ac retinendi pro hujuſmodi effectu Claves ipſius Eccleſiæ, Sacrarii, Tabernaculi, Fontis Baptiſmalis, & Capſulæ in qua aſſervatur Oleum Extremæ Unctionis, nec non utendi ſupellectilibus ejuſdem Eccleſiæ, canendi Miſſam in proprio Altari die Sabathi cujuslibet hebdomadæ, ducendi Proceſſionem die ſecunda Rogationum, pulſandi Campanas, & fruendi in ſumma cæteris prærogativis, præeminentijs, & Juribus hactenus obtentis, ex triplici æque valida, ac neceſſaria probatione deſcendere viſum fuit, nempe ex vetuſtiſſima Conſuetudine ad ipſe ſaltem vigente jam inde ab anno 1600, ex Decretis Viſitationum, atque Sententia lata ſub initium elapſi Sæculi, & demum ex ſubſecuta illorum obſervantia per lapſum centum, & ultra annorum. Quæ cum bono in Jus dicti Rectoris tot validis, legitimisque titulis innixum, reddatur quodquoque clariſſimum, illi utique ad tramites bonæ Juris denegari non poterit Manutentio in quaſi poſſeſſione fruendi omnibus Juribus, & prærogativis ſuperius enunciatis, ut 1

poſſim dixit Rota ſignanter *in Leodien. Jurisdictionalis 11. Decembris 1716. § ſic me. Emo Clarin, & in Romana Juris Viſitandi 15. Junii 1736. § bx bono Jure, cor. R. P. D. meo Molinari.*

Exordiendo autem a primo Titulo, hæſitandum ſane non erat, quin Rectoribus S. Mariæ jam inde ab anno 1600 vetuſtiſſima aſſiſteret Conſuetudo adminiſtrandi Sacramenta omnia in Eccleſia S. Gaudentii ibique exercendi cæteras Parochiales, & Eccleſiaſticas functiones. Eaque in primis deſumebatur ex antiqua deſcriptione ſtatus Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ de Marcuano facta anno 1600 in Libro Communitatis, de mandato generalis Concilii dictæ Caſtri, & ab eo deinde Concordibus ſuffragiis approbata, in qua inter alia expreſſe enunciatur Rectores S. Mariæ perpetuo conſuevisse omnia Sacramenta ſumare, & miniſtrare ſuis Parochianis in Eccleſia S. Gaudentii, ibique in proprio Altari Miſſam ſolemnem celebrare die Sabathi cujuſcunque hebdomadæ, nec non Proceſſionem ducere ſecunda die Rogationum. Cui quidem deſcriptioni plures etiam ſubſcripſerunt Sacerdotes tunc temporis in eodem Caſtro commorantes. Hæc autem antiqua deſcriptio tenta ſolemnitate geſta in Libro Communitatis, non eſt dubium, quin plenam 2 conſtituat probationem vetuſtiſſimæ Conſuetudinis etiam tum favore Rectoris vigentis, utendi in Eccleſia S. Gaudentii omnibus prærogativis, & Juribus ſuperius deſcriptis, ut individualiter adverſitur Tiobal. *in eſt II. Jurisdictab. quæſ. 12. num. 60 Fontanell. deciſ. 305 num. 7 Rot. deciſ. 163 num. 37 part. 10. rec. & in Bertalen. Jurisdictionis 6. Februarii 1608 § Hæc autem, coram bo. me. Pio. & in Tiburtina Decimarum 22. Januarii 1725. § Tandem, coram Illuſtriſſimo D. Corio.*

Rurſus, antiqua hæc Conſuetudo comprobata remanebat ex decreto Viſitationis edito anno 1604, in quo legitur conceſſa facultas Rectori S. Mariæ retinendi apud ſe diſtinctam Clavem Eccleſiæ S. Gaudentii ac Tabernaculi, Fontis Baptiſmalis, & Capſulæ in qua Oleum Extremæ Unctionis ſervatur, ſub expreſſa ratione quod Rectores ſoliti eſſent in ea Sacramenta ſumere, ac miniſtrare, eo quod Animarum cura ipſis incumbens, inhæreret eidem Eccleſiæ S. Gaudentii, dicta = *Cum Animarum cura &c. teneat, & unita ſit cum Eccleſia Mariæ, & Plebe S. Gaudentii* =, ex quibus verbis non ſolum colliga-

igitur tunc temporis conſtantem viguiſſe conſuetudinem favore Rectorum adminiſtrandi omnia Sacramenta in dicta Eccleſia, ſed idem jam adeo antiquum fuiſſe, ut e tempore Inſtitutionis ejuſdem Parochiæ, retrom durâſſe crederetur. Hujuſmodi autem enunciativæ vim in dicto antiquo decreto Viſitationis, procul
3 dubio plurimum deferri debet ad probandam præfatam conſuetudinem; præſertim cum illud fuerit deinde confirmatum per Sententiam in Contradictorio Judicio latam a Vicario Generali Senogallienſi, ut ad rem advertit Rot. *cor. Ansald. decis. 14. num. 1. cor. Molin. decis. 159. num. 13. & decis. 875. num. 7. cor. Herrera decis. 29. num. 14. & in rec. decis. 162. num. 24. part. 10.*

Ulterius Conſuetudo iſthæc mirifice confirmari viſa fuit ex Sententia lata in Curia Eccleſiaſtica Senogallienſi anno 1611, in qua Vicarius Generalis decernendo favore Rectoris S. Mariæ competentiam recondemnet Juribus, quæ nunc e Plebano controvertuntur, expreſſe declaravit, illa ab antiquo tempore ſibi in competiiſſe, ibi = *Prout a multo tempore citra obſervatum fuit* = Quemobrem cum in dicta
4 Sententia lata in acerrimo Partium Contradictorio, ac prævio formali Teſtium examine, non ſolum enunciata fuerit dicta antiqua Conſuetudo, ſed hæc inſuper appareat deducta tanquam præcipuum fundamentum ipſius Sententiæ emanandæ non vacillat, quin ſic Conſuetudo prædicta remaneret abunde juſtificata, ut, generalibus omiſſis in puncto dixit Rot. *coram Molin. decis. 893. num. 5.*

Denique in confirmationem hujus antiquiſſimæ Conſuetudinis multum etiam conferebat obſervatio, quod in Rurali Eccleſia S. Mariæ de Marciano non adeſſet, nec unquam adfuiſſe neſcitur Fons Baptiſmalis, nulla præterea ibi extet ſepultura, ac in eodemum nec Oleum Extremæ Unctionis, nec Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſervari unquam conſuevit. Quare cum in dicta Eccleſia nullum veſtigium Parochialitatis extat, fateri neceſſe eſt, Rectores S. Mariæ Sacramenta omnia perpetuo ſuppeditâſſe, & adminiſtrâſſe in Eccleſia S. Gaudentii, cæteraſque functiones Parochiales ibidem exercuiſſe, cum præſertim nulla alia in dicto Caſtro eſſet Eccleſia, in qua Sacramenta prædicta retineretur, prout iterum concordes de-
5 ponunt viginti & ultra Teſtes, qui cum provectæ ſint ætatis, pleraque in ordine Sacerdotali conſtituti, ac deponant cum omnibus requiſitis *Gloſſ. in cap. 1. verb. Memoria de præſcript. in 6.*, pleniſſime confirmant hujuſmodi Immemorabilem Conſuetudinem. Maſcard. *var. concl. lib. 3. cap. 100. num. 30. & ſeq. Rot. cor. Cerr. decis. 690. num. 2., & coram Kaunitz decis. 103. num. 1., & in Tuletana Decimarum ſuper hoc Jure 23. Februarii 1705. § Optime, coram bon. mem. Gamedes.*

Immoto igitur in facto manente, quod Rectoribus S. Mariæ jam inde ab anno 1600. abſque ullius initii memoria aſſiſteret Conſuetudo miniſtrandi Sacramenta in Eccleſia S. Gaudentii, illique exercendi cæteras functiones Parochiales, & Eccleſiaſticas ſuperius recenſitas, profecto dubitandum non erat, quin hujuſmodi vetuſtiſſima Conſuetudo immemorabilis recognoſcenda, validiſſimum præberet titulum eadem Rectoribus utendi Juribus ſupradictis in Eccleſia S. Gaudentii; cum exploratis Juris
6 ſit, quod Conſuetudo memoriam Hominum excedens, Jus tribuat elegandi quemcumque meliorem, & irrefragabilem titulum, ut communiter tradunt Card. de Luc. *de Canonic. diſc. 11. num. 6. Rot. cor. Caprar. decis. 739. num. 2., & ſeq. Genuen. Jurium Parochialium 5. Maii 1719. § Sic, coram bo. me. Cerr., & in Racchinaten. Jurium Parochialium 13. Decembris 1730. § In cor. Reverendiſſimo Aldrovando, & 5. Decembris 1735. § Ayemin, & ſeq. coram R. P. D. meo Rezzonico.*

Alter æque validus, & legitimus Titulus adminiſtrandi Sacramenta in Eccleſia S. Gaudentii, & fruendi reliquis prærogativis ſuperius expoſitis, emanabat favore Rectoris S. Mariæ ex ipſis decretis Viſitationum, atque Sententia lata in Curia Eccleſiaſtica Senogallienſi ſub initium elapſi ſeculi, & præcipue ex Sententia anni 1611. in qua ſuerunt ad ejus favorem ſolemniter canonizata poſt maturam Cauſæ diſcuſſionem eadem Jura, quæ hodie e Plebano in controverſiam revocantur, nominatim regendi ſecundam Proceſſionem Rogationum, adminiſtrandi quocumque tempore in Eccleſia S. Gaudentii Sacramenta omnia ſibi Parochianis ibique cætera Parochialia munera obeundi, ac demum utendi Campana pro functionibus Parochialibus, & Eccleſiaſticis, quæ ab ipſo in eadem Eccleſia exercentur. Cumque Sententia iſthæc in auctoritatem rei Judi-
7 catæ tranſierit, hæc ſola rei Judicata ſufficientiſſima videbatur ad tuendum bonum Jus ipſius Rectoris, cum ille juxta vulgatas Juris regulas rem clarem, & manifeſtam conſtituat, ut paſſim dixit Rota ſignanter coram *Bevilacq. decis. 50. num. 7. cor. Ansald. decis. 76. num. 4. coram Kaunitz decis. 50. num. 24. & in Meſſanen. Abbatiæ 13. Junii 1705. § Sed his, cor. bon. mem. Gamedes.*

Poſtremus denique, & quidem potentiſſimus Titulus promanabat ex Obſervantia ſubſecuta eorumdem Decretorum, & Sententiarum per lapſum centum, & ultra annorum. Siquidem conſtans in facto eſt, quod poſt Sententiam latam in Curia Eccleſiaſtica Senogallienſi anno 1611. Re-

ctores S. Mariæ, videntibus, ac tacentibus Plebanis, continuarunt ad hæc uſque tempora in pacifica quaſi poſſeſſione adminiſtrandi proprias Parochianis cuncta Sacramenta in Eccleſia S. Gaudentii, atten do ipſius Eccleſiæ ſupellectilibus, ſemperque inſuper retinuerunt omnes alias prærogativas Jura & præeminentias ſibi ipſis competentes ex conſuetudine Viſitationum decretis, atque Sententiis, quemadmodum concorditer deponunt viginti, & ultra Teſtes pro parte Rectoris adducti, & non impugnat ipſemet Plebanus. Ex hac autem pacifica obſervantia centum, & ultra annorum, inferri non poteſt, quin ſaltem Rectori omnibus aliis ſubſidiis, & impertorbabilis tituli utendi, ac fruendi omnibus ſupradictis Juribus; cum tanta

8 ſit antiquæ centenariæ obſervantiæ, ut in omnibus æquipolleat Immemorabili, ideout poſſit illius vigore idem Rector allegare legem ſtabilitivam, Concordiam, Privilegium Apoſtolicum, & quemcumque alium titulum ſibi magis utilem, & proficuum, ad firmata per Rot. in *Romana Juriumi Parochialium 27. Junii 1714. §. Adſtipulant, cor. bon. mem. Aldobr. & in Granaden. Jurium Parochialium 5. Maii 1719. §. ſtatuam bon. me. Corr., & in Barchinonen. Jurium Parochialium 13 Januarii 1730. §. 10, & ſeq. cor. Eminentiſſimo Aldrovando, & 2. Decembris 1735. §. Hac autem longæva, coram R. P. D. meo Rezzonico.*

Minimeque ſubſiſtit ſuppoſitum illud, cum quo in ſuo Decreto proceſſit Reverendiſſimus Epiſcopus Senogallienſis quod actus huc uſque expleta Rectoribus S. Mariæ in Eccleſia S. Gaudentii fuiſſent mere

9 facultativi, & proviſionales. Contrarium enim manifeſte evincitur ex Sententia anni 1611 in Judicatum tranſacta, in qua expreſſe definitum fuit Rectoribus S. Mariæ liberam competere facultatem exercendi omnia Jura Parochialia in dicta Eccleſia S. Gaudentii quæ quidem Jurium competentia cum fuerit ad eorum favorem ſimpliciter, & abſolute canonizata, Plebano acriter contradicente & patente, apertiuſque redditur, ipſos non jam proviſionaliter, & precario, ſed Jure proprio actus omnes in dicta Eccleſia exercuiſſe, ut notatur per Cravett *conſ.* 11. *num.* 21. *&* 22. Pignattell. *conſult.* 85. *numer.* 10. *& ſeqq.* Rot. *coram clar. mem. Card. Falconer. deciſ.* 3. *num.* 6. *tit. de reſtit. ſpoliat.*

Aſt quatenus etiam dici poſſet, quod actus a Rectoribus exerciti in Eccleſia S. Gaudentii fuiſſent ab initio geſti de conſenſu, & voluntate ipſius Plebani, cum tamen illi appareant poſtmodum continuati per diuturnum lapſum centum, & ultra annorum, hujuſmodi centenaria obſervantia præſumptionem inducens cujuſcumque meliori tituli, operatur etiam, quod con-

10 ſenſus Plebani utcumque ab initio voluntarius, evaſerit ſubinde neceſſarius, & coactus, *ad text. in cap. ſuper quibuſdam §. Præterea, ubi Gloſſ. in verb. non tenet de verbor. ſignif.* Rot. *coram Herm. dec.* 154. *num.* 12. *coram ſ. m. Card. Falconer d.* 13. *num.* 9. *de Offic. Ordin. & in Tiburtina Capri Sambuci 11. Junii 1710. § Sed quatenus, & § Abſque eo quod, & ſeqq. coram Eminentiſſimo Aldrovando, & in Pelusina Beneficiorum 11. Decembris 1733 §. Nihilque, coram R. P. D. meo Rezzonico.*

Maxime quia in ipſo Centenario decurſu, ſuperacceſſit etiam qualitas coactiva. Nam cum anno 1668 tentaſſet Plebanus impedire Rectori S. Mariæ liberum acceſſum ad Eccleſiam S. Gaudentii, & hac de cauſa illius ſeras immutaſſet, ſtatim Epiſcopus huic novitati ſe oppoſuit, mandavitque, ut Rector S. Mariæ diſtinctam Clavem Eccleſiæ retineret, quemadmodum antea ſemper fuerat, cui Decreto Plebanus acquievit. Concurrente autem hujuſmodi qualitate coactiva, eo magis in

11 comperto reddebatur, quod actus a Rectoribus expleti in Eccleſia S. Gaudentii, non ex voluntate ipſius Plebani, ſed Jure proprio ab iis exercerentur, ut animadvertit Rot. *coram Uhald. dec.* 15. *num.* 4. *&* 5 *coram Pirol. deciſ.* 38. *num.* 8. *coram Molines deciſ.* 846. *num.* 3 *coram Kaunitz deciſ.* 224. *num.* 50. *coram clar. mem. Card. Falconer deciſ.* 1. *num.* 16 *de rebus. & coram Reverendiſſimo Coſpo deciſ.* 308. *num.* 11. *§. Sed quatenus tam, &c.*

Conſtito itaque, quod Rector S. Mariæ, certum, atque indubitatum Jus habeat adminiſtrandi Sacramenta, omniaque Parochialia munera exercendi in Eccleſia Sancti Gaudentii, neceſſario ſequebatur, quod non eſſet executioni demandandum Decretum nuperrime in Viſitatione latum a Reverendiſſimo Epiſcopo Senogallienſi præſcribens; ut idem Rector deberet in poſterum Sacramenta miniſtrare in ſua Ru-

12 rali Eccleſia S. Mariæ de Marciano; cum non eſſet in ejus arbitrio, & facultate, nulla præſertim impellente legitima cauſa, tollere eidem Rectori Jus, quod habebat exercendi Parochialia Jura in dicta Eccleſia S. Gaudentii, ſimulque auferre immemorabilem conſuetudinem ſibi ipſi faventem, nec non Sententias in Judicatum tranſactas, ac pacifice obſervatas per lapſum centum, & ultra annorum Rot. *coram Cavaler deciſ.* 439 *num.* 1, *& ſeq. coram Ottobon. deciſ.* 6 *num.* 3, *& coram Molines deciſ.* 284 *num.* 2 *& ſeqq.*

Nihilque refert, quod Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de reform.* facultatem concesserit Epiſcopis diſtinguendi Parochias, non attentis Privilegiis, & conſuetudinibus etiam Immemorabilibus. Quia ibi Concilium loquitur de diſtinctione Parochiarum ab Epiſcopis facienda per certos limites aut

fam-

Tomus Secundus.

ſecilias in in Locis, ubi Eccleſiæ Parochialis certos non habent fines, nec earum Rectores, proprium Populum unum regunt, ſed promiſcue petentibus Sacramenta miniſtrant. Unde illius diſpoſitio inapplicabilis omnino reddebatur in præſenti caſu in quo licet Plebanus S. Gaudentii, & Rector S. Mariæ una eademque uterentur Eccleſia pro exercitio muneris Parochialium, eorum tamen Parochiæ fuerant jam inde ab anno 1600. a bo. me. Epiſcopo Rodulpho certis limitibus ſeparatæ, ac diſtinctæ, ſuo quiſque Populo Sacramenta miniſtrabat, & uterque demum agnoſcebat oves proprie curæ
13 commiſſas & ſic menti, & diſpoſitioni ipſius Concilii jam erat pleniſſime ſatisfactum, ut ad rem notant Garz *de Benef. part. 12. cap. 1. num. 82* Barboſ *de Paroch. part. 1. cap. 1. num. 24. & ad Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 13. de reform. num. 7.* Pamuoll *deciſ. 5. num. 1. num. 37.* Rot. *deciſ. 179. num. 6. part. 14. rec.*

Poſito itaque, quod Epiſcopus vigore Concilii Tridentini nullam haberet poteſtatem adimendi Rectori S. Mariæ jus recipiendi, & adminiſtrandi Sacramenta in Eccleſia S. Gaudentii, ineptæ porſus remanebant ad ſuadendam ejuſdem privationis juſtitiam cæteræ rationes in decreto ipſius Epiſcopi adductæ, & hodie a Deſenſoribus Plebani repetitæ. Ac primo quidem
14 nullius ponderis apparent præcipua ratio in dicto Decreto adducta, quod ſcilicet monſtruoſum videretur, & Eccleſiaſticæ inſtitutioni repugnans, ut duo Parochi eſſent in una & eadem Eccleſia, & conſequenter duo ſimul Sponſi eſſent unius uxoris, *ad Text. in 1. an. ſicut in qq. 1. & in 1. cap. cum non ignoras de Præbend.* Pamuoll *deciſ. 161. num. 13* Rot. *coram Emerix ſen. deciſ. 105. num. 2. & deciſ. 51. n. 19. part. 2. diverſ. & in rec. deciſ. 139. num. 7. part. 14. & deciſ. 90. num. 2. ad 5. part. 6.*

Quoniam id bene procederet, quatenus Re-
15 ctor S. Mariæ contenderet, ſe eſſe Parochum æque principalem ipſius Eccleſiæ S. Gaudentii, & in his terminis procedunt & loquuntur Auctoritates ſuperius adductæ. At vero præfatus Rector id nequaquam pretendit, imo ultro fatetur, ſe eſſe Parochum habitualem, ac perpetuum Eccleſiæ S. Mariæ de Marcano, ſub cujus titulo providetur, ſed ſolum aſſerit ſibi jus eſſe in vim ſervitutis activæ acquiſitæ vigore conſuetudinis Camonizatæ per rem judicatam, Sacramenta recipere, & miniſtrare ſuis Parochianis in dicta Eccleſia S. Gaudentii, ibique cætera Parochialia munera adimplere. Hoc enim nullam involvit repugnantiam, ſicuti non repugnat, ut in una, eademque Eccleſia materiali duæ diſtinctæ Parochiæ reperiantur erectæ, dummodo diviſæ ſint per certos ſines, & Familias diviſas, & utrique Parochus Sacramenta miniſtret Gregi ſuæ Curæ commiſſo, ut in proinde tradit Vivian *in Clement. eulenam de Offic. vicar.* & conferunt Zabarell *in cap. cum non ignores num. 5. &* Butr. *num. 5. de Præbend.* Card de Luc *de Paroch. diſc. 14. num. 7* Rot. *coram Caſſador. deciſ. 11. de Præbend.*

Levioris momenti erat altera ratio in eodem Decreto adjecta, quod ex promiſcuo uſu ipſius Eccleſiæ, aſſiduæ oriebantur contentiones,
16 & lites inter Plebanum, & Rectorem, non ſine Populi admiratione, & earum Spirituum diſpendio. Hujuſmodi namque aſſiduæ contentiones nullatenus probatæ remanebant, quippe conſtans in facto erat, quod poſt rem Judicatam anni 1611. uſque ad annum 1727. nulla unquam lis inter Plebanum, & Rectorem excitata fuerat. Et quamvis anno 1625 nonnullæ inter ipſos adhuc ſent diſſenſiones ſuper jure funerandi, ac dirigendi ſecundam Proceſſionem Rogationum, itemque ſuper Jure adminiſtrandi Sacramenta, eæ tamen non ſolum conſliterant in parte Terminis Judicatis controverſiæ abſque ullo prorſus ſcandalo, & rerum Spiritualium diſpendio, ſed ulterius omni ſueverat eodemmet anno ſopitæ per perſonalem tranſactionem inter eos initam ſuper Controverſia juris funerandi, per quam deſierat Plebanus a reliqua prætenſione hactenus adverſus Rectorem promota, proindeque ſufficientes non erant, ut Epiſcopus interdiceret Rectori S. Mariæ exercitium Juriuum Parochialium in Eccleſia S. Gaudentii, ut in fort omnibus terminis docet Rota in *Romana relaxationis 2. Maii 1751. §. At vero tam ſequentibus, coram Eminentiſſimo Aldrovando.* Attento præſertim quod eiſdem Contentionibus Plebanus ipſe Cauſam dederat impugnando Rectori præeminentias, & Jura quæ ei vigore Immemorabilis conſuetudinis, & rei judicatæ competebant, in quibus proinde terminis ex minor illæ aptæ cenſeri poterant ad privandum ipſum Rectorem Jure adminiſtrandi Sacramenta in dicta Eccleſia, alias enim Plebanus ex propria culpa utilitatem, & compendium reportaſſet contra regulam de qua Rota *coram Dunozett. Jun. deciſ. 881. num. 31. & in Florentin. Remiſſionis 22. Martii 1715. §. Atque hinc, coram ill. me Card. Sotto.*

Minuſque poterat legitimam præbere cauſam editioni dicti Decreti ratio vitandi abſurda, quæ enim dicebantur ex promiſcuo uſu ipſius Eccleſiæ. Eterum hujuſmodi abſurda, vel non ſubſiſtebant in facto, vel poterat ea faciliime occurri, abſque eo quod tam grave irrogaretur præjudicium Rectori S. Mariæ, illum privandi clariſſimo Jure, quod ei competebat, exercendi Jura Parochialia in Eccleſia S. Gaudentii. Et quidem non ſubſiſtebat in facto,

ſio, quod Eccleſia S. Gaudentii incapax
17 eſſet recipiendi Populum utriuſque Parochiæ; quia cum Rectores S. Mariæ per tempus immemorabile Parochialia munera ibi exercuerint, abſque eo quod ulla unquam audita fuerit conqueſtio de aſſerta Eccleſiæ incapacitate, neceſſario fatendum eſt, quod illa capax ſemper extiterit recipiendi Populum utriuſque Parochiæ ſubjectum, alioquin non omiſiſſent Antecesſores Epiſcopi in tot Viſitationibus pro debita paſtoralis ſollicitudinis huic malo congruum remedium adhibere, ut advertit Card. de Luc. *de Juriſpatr. diſc. 59. num. 9. Rot. deciſ. 39. num. 3. coram Eminentiſſimo Falconer. tit. de Juriſpatr.*

Prout etiam inſubſiſtens ajat, quod ex promiſſo
18 uſu hujus Eccleſiæ, confuſio oriretur ſuper denunciationibus Matrimoniorum. Quia vel ambo Contrahentes ſunt de Parochia Plebani, & eo caſu ipſe Matrimonia contrahenda denunciat in ſuo Altari S. Gaudentii, vel ſunt de Parochia Rectoris & tunc iſte denunciationes facit in altari diſtincto Altari, quod in eadem Eccleſia obtinet ſub Titulo S. Mariæ; vel demum Contrahentes ſunt de Parochia utriuſque, & in hoc poſtremo caſu uterque Parochus illas exponit in proprio reſpective Altari: qua quidem retenta methodo, nec adest, nec adeſſe unquam poterat ulla confuſio in denunciationibus Matrimoniorum.

Reliqua vero abſurda in Decreto Epiſcopi con-
19 ſiderata, quod ſcilicet Clavis Tabernaculi, quæ ad commodum utriuſque Parochi aſſervabatur in Sacrario, maneret ſine debita Cuſtodia, quodque ex mutua adminiſtratione Eucharistiæ tempore Paſchali non poſſet facile innoteſcere, num omnes præceptis Eccleſiæ paruiſſent, tanti ponderis non erant, ut poſſet Epiſcopus privare Rectorem S. Mariæ facultate ei ex tot validis Titulis competente exercendi jura Parochialia in Eccleſia S. Gaudentii. Nam ultra quod ex retentione Clavis in Sacrario, nullum unquam accidit inconveniens; nec per decurſum unius ſeculi, & ultra unquam in controverſiam revocatum fuit quin Parochi ſcire commode potuiſſent, an omnes Parochiani adimpleviſſent præceptum Paſchale, cum uterque miniſtrando Sacramentum Eucharistiæ distinctas tolleret proprii Parochiani diſtributaret, advertabant præterea DD., quod utrique abſurdo facillime occurri poterat, demandando ſcilicet, ut uterque Parochus retineret diſtinctam Clavem Tabernaculi, quemadmodum præſcriptum fuerat in Decreto viſitationis edito anno 1604., atque impoſterum Rector S. Mariæ deberet tempore Paſchali Sacramentum Eucharistiæ miniſtrare in proprio Altari, quod habet in Eccleſia S. Gaudentii: hoc enim pacto cuicumque poſſibili abſurdo pleniſſime occurrebatur. Et quicumque abſurda poſſent facile removeri,
20 exploratum eſt, nullam de eis habendam eſſe rationem, ut in terminis terminis dixit Rot. in *Tiraſonen. Jurisdictionis, & Præeminentiarum 25 Januarii 1734. §. Sed fruſtra, coram R. P. D. mea Crepcatio.*

Patet igitur ex prædictis, nullam legitimam adfuiſſe cauſam, ob quam Rector S. Mariæ privari ab Epiſcopo potuiſſet jure adminiſtrandi Sacramenta in Eccleſia S. Gaudentii, proindeque omnis ratio ſuadebat, ut vetus conſuetudo Decretis viſitationum, ac Sententiis toties approbata, eſ-
21 ſet religioſa ſervanda, ac retinenda ad *Textum in L. prima §. Ex. ff. de aqua pluv. arcen. L. neceſſiſſime C. de Jur. emphyt. nuper. Decr. conſ. 11. num. 9. Socin. conſ. 94. num. 15. lib. 2. Cravett. conſ. 134. num. 9. Gaz. de ſtatuſ. part. 3. cap. 2. num. 434. Rota deciſ. 32. num. 15. part. 7. deciſ. 259. num. 2. & 3. part. 17. recen.*

Potiſſime quia hac retenta Conſuetudine ple-
22 nius proſpiciebatur Parochianorum commoditati: nam ii, qui in Suburbiis habitant, quique agros incolunt eidem Caſtro contiguos, Sacramenta, aliaque ſpiritualia pabula ſatis commode recipiunt in Eccleſia S. Gaudentii, ii vero, qui longius a Caſtro diſtant, quatenus non poſſint, vel nolint ad illam ſe conferre, proximam habent Eccleſiam Ruralem S. Mariæ de Marciano, in qua Rector vel per ſe, vel per ſuum Capellanum omnibus diebus Feſtis Miſſam celebrat, Sacramentales excipit Confeſſiones, Eucharistiam conſtituit, ac Fidei rudimenta explicat, & ſic uterque Populus tam Civicus, quam Ruralis remanebat abunde conſultum. Et converſo ſi ad tramitem decreti Reverendiſſimi Epiſcopi deberet Rector in Eccleſia Rurali S. Mariæ Parochialia munera obire, Populus Civicus qui in Suburbiis habitat maximum exinde ſentiret incommodum, eo quia cogeretur ad illam accedere pro recipiendis Sacramentis, quod ſane eidem grave nimis, & onerosum eſſet hyemali præſertim, & æſtivo tempore ob nimiam ejus diſtantiam a Caſtro. Præterea Eucharistiæ Sacramentum non poſſet tam prompte ad infirmos deferri, ex quo Confratres Sanctiſſimi Sacramenti in Caſtro commorantes, qui tenentur Umbellam, Fanalia, Cereos, aliaque neceſſaria ſubminiſtrare, præſto eſſe nequirent ad illius aſſociationem, ac demum non poſſet Populus commode in dicta Eccleſia convenire ob nimiam ejus anguſtiam. Proindeque cum hujuſmodi Conſuetudo rationibilis etiam, & utilis dignoſcatur, eo magis jure cenſenda erit, ut illa eſſet in poſterum retinenda, ad *Text. in cap. Cantiſſari de ſepult., cap. Cum omnes de Conſt. cap. 2x part. de conſecr. Prabind. Rot. cor. Buratto deciſ 195. num. 2.*

Hactenus de prima parte Decreti, intendente Rectori S. Mariæ exercitium Jurium Parochialium in Eccleſia S. Gaudentii. Tranſeundo modo ad alteram decreti partem, in qua demandatum fuit, ut prope Eccleſiam S. Mariæ de Marciano ædificanda eſſet Domus Parochialis, & in ea teneretur Rector habitare, cenſuerunt DD. = Rectorem non poterat ad id poſſe ratione compelli = Licet enim Parochus juxta
23 decretum Concilii *Seſs. 23. cap. 1. de reform.* teneantur reſidere penes Eccleſiam Parochialem; id tamen procedit, quoties
24 apud ipſam Eccleſiam Domus adeſt pro habitatione Rectoris. At ubi Domus Parochialis non extat, Parochus nunquam tenetur illam ædificare, ſed ſatisfacit decreto Conciliari, ſi habitet in aliqua Domo ſita intra fines ſuæ Parochiæ. Quare cum apud Eccleſiam S. Mariæ de Marciano non adſit, nec adfuerit unquam Domus Parochialis, & Rector jam habeat in Domo ſita in Suburbiis intra limites propriæ Parochiæ exiſtentibus, ille utique plane adimplet ſuam obligationem, ut communiter explicant *Fagnan. in cap. extirpanda § qui vero num. 12., & ſeq. de Præbend.* Garz. *de Benefic. par. 2. cap. 1. num. 179.* declarat in Pax Jordan. *Elucubrat. Canonic. tom. 2. lib. 10. tit. 40. num. 55.* Barboſ. *ad d. Seſs. 23. cap. 1. num. 44., & de Offic. Paroch. part. 1. cap. 8. num. 34., & de poteſt. Epiſcopi allegat. 53. num. 74.* Antonell. *de loc. legal. lib. 1. cap. 15. quæſt. 5. n. 33., & ſeq.* Monacell. *in formular. legal. tom. 2. tit. 6. formul. 1. num. 5.* Rota *coram Anſald. deciſ. 78. num. 96., & 97. in addit., & in Tarraconen. Juris reſidendi 15. Martii 1734. § Nec relevante, coram Me.*

Certum, quia in diviſione Parochiarum facta Anno 1600. ab Epiſcopo Rodolpho aſſignatæ fuerant eidem Rectori plures Familiæ Civicæ habitantes in Suburbiis Caſtri, quo caſu Rector non ſolum poteſt, ſed imo tenetur in eiſdem Suburbiis reſidere, quia ubi Parochus Populum habet
25 partim habitantem in Civitate ſeu Caſtro, & partim in Campeſtribus, ſemper habitare debet apud partem Civitatis, ad notata per Paſſerin. *de Stat. Homin. tom. 1. quæſt. 185. art. 5. ſub num. 90.* Garz. *de Benefic. d. part. 3. cap. 1. ſub num. 179.* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 14. qu. 1. num. 21. &* Barboſ. *de Paroch. d. cap. 8. num. 9., & 10., & de Epiſcopis allegat. 53. num. 72., & 73.*, & hoc pro-
26 cedit etiam ſi pars illa Civica ſit minoris numeri quam altera Ruralis ut declaravit Sac. Congregatio Concilii apud Garz. *d. par. 3. cap. 1. num. 179. in declar. 10., &* Barboſ. *ad Concil. d. Seſs. 23. cap. 1. de Reformat. num. 45.* Tamburin. *d. diſput. 14. quæſt. 1. ſub num. 11.*

Neque ex hac habitatione Rectoris in Suburbiis ullum adeſſe poterat periculum, quin Parochiani in Campeſtribus degentes è vita decederent ſine perceptione Sacramentorum. Quia cum ejus Parochia per agros non ſe protendat, niſi per ſpatium unius milliaris, facile proinde valebat quibuſcumque eorum neceſſitatibus occurrere, idque probatum nedum diuturna experientia centum, & ultra annorum, in quo temporis lapſu nunquam evenerat, quod aliquis eorum hac de cauſa ſine Sacramentis obiiſſet, ſed inſuper exemplo ipſiusmet Plebani, qui domicilium habet intra Caſtrum, quamvis etiam ejus Parochia per agros ad duo milliaria ſe diffundat. Quare ſi Plebanus, qui magis amplum habet Territorium, abſque ullo Animarum periculo valet intra Caſtrum reſidere, multo magis poterit in Suburbiis habitare idemmet Rector, qui Parochiam habet in Campeſtribus longe minus extenſam. Rot. *cor. Anſaldi deciſ. 34. num. 6. deciſ. 75. num. 34., & cor. Molin. deciſ. 607. num. 8.*

Et ita, omnibus Dominis una Mecum Suffragium ferentibus, reſponſum fuit in acerrimo Partium contradictorio.

R. P. D. BEANFORT DE CANILLIAC.

CONSTANTIEN. UNIONIS.

Veneris 7. Martii 1738.

An ſequuta unione Eccleſiarum Parochialium alicui Monaſterio, reddituš Fabricæ ſpectent ad Monaſterium, ſeu potius ad Vicarios dictarum Eccleſiarum unitarum; & an Epiſcopus ullam habere poſſit ingerentiam, & juriſdictionem ſuper adminiſtratione reddituum Fabricæ ipſarum Eccleſiarum unitarum.

S U M M A R I U M.

1 Facta unione Eccleſiarum ſive Monaſterii cum omnibus juribus & pertinentiis ipſarum Eccleſiarum, etiam fructus, & proventus pro Fabrica cadunt ſub tali unione.

2 Emo-

2 Emolumenta, quæ Fabricæ inſerviunt, ſunt portio quædam fructuum Eccleſiæ, & de ejus juribus.

3 Limita, ſi unio non ſit ſubjectiva, & plenaria, ſed dumtaxat reſtricta ad temporalia Eccleſiæ unitæ. Sed vide *num. 7. & ſeqq.*

4 Sub congrua aſſignata Vicario Curato, contineri etiam debet portio reddituum reſervata pro Fabrica, & reparatione Eccleſiæ.

5 Maxime ſi Vicario aſſignata fuerit Congrua non pro ſola ſui ſuſtentatione, ſed pro ſupplendis etiam aliis oneribus. Sed vid. num 15.

6 Inter onera, quæ Parocho incumbunt, venit etiam Eccleſiæ, & ejus Fabricæ manutentio.

7 Unio perpetua, & incorporativa quoad temporalia Eccleſiæ unitæ operatur, ut omnes proventus ad illam pertinentes tranſeant in Monaſterium, cujus favore facta eſt unio.

8 Etiamſi temporalia connexionem habeant cum ſpiritualitate.

9 Spiritualitas eſt indiviſibilis ab omnibus bonis ad Cultum Divinum deſtinatis.

10 Poſita planani incorporatione omnium fructuum Eccleſiæ, favore Monaſterii, nequit Vicarius aliud prætendere, quam ſuam Congruam, non vero adminiſtrationem redditmum ſpectantium ad Fabricam.

11 Amplia, etiamſi dicta incorporatio intelligenda eſſet reſpective ad reddituo ſuperextantes manutentioni Eccleſiæ.

12 Abbas Monaſterii, cui facta fuit unio, ex fructibus quos ipſius nomine vigore percipit ſupportare tenetur onera conſueta Eccleſiæ unitæ.

13 Sed illius favore firma ſemper remanet eorum fructuum adminiſtratio.

14 Onus reparandi Eccleſiam ſpectat ad illos, qui fructus, Decimas, vel alios reddituo Eccleſiæ percipiunt.

15 Congrua aſſignata Vicario in Bulla unionis pro ſupportandis oneribus ei incumbentibus, hæc onera ſunt intelligenda de perſonalibus, non de realibus.

16 Data unione fructuum Eccleſiæ favore Monaſterii, in hoc tranſit etiam onus Fabricæ, quod ſequitur eaſdem fructus.

17 Fructus Fabricæ comprehenſi non cenſentur in unione Eccleſiæ, ſi de illis facta non fuit individua mentio.

18 Intellige, ubi Fabrica ſuam habeat peculiarem fundationem, diſtinctam a fundatione Eccleſiæ.

19 Beneficia non veniunt ſub unione Eccleſiæ, cum ab hac ſint omnino ſeparata, & diſtincta.

20 Ubi Fabrica Eccleſiæ nullam habet fundationem, diſtinctam a fundatione Eccleſiæ, ſed ex fructibus Eccleſiæ ſegregata ſua certa portio fructuum pro eadem Fabrica, hujus redditus cadunt ſub unione.

21 Fructus, & bona pro Fabrica deſtinata, conſtituunt unicum corpus cum ipſa Eccleſia.

22 Portio redditunm pro Fabrica cenſetur excorporata a dota Eccleſiæ.

23 Contrarium aſſerenti incumbit onus concludentes demonſtrandi.

24 Licet redditus Fabricæ proveniant ex Legatis Piis, adhuc cenſentur detracti ex dote Eccleſiæ, niſi probetur eadem legata ipſiſſima relicta per modum novæ fundationis.

25 Maxime vero ſi legata ipſa non fuerint relicta favore Fabricæ.

26 Legata Eccleſiæ relicta cenſentur eſſe deſtinata manſo, & cadunt ſub unione cum reliquis bonis, & redditibus Eccleſiæ.

27 Præſertim concurrente longæva obſervantia.

28 Fructus Fabricæ Eccleſiæ unitæ licet exigantur per Vicarium Parochum, id non officit juri, & adminiſtrationi Abbatis, cujus nomine, & mandato peracta fuit talis exactio.

29 Ex actibus paractis per Vicarium Curatum abſque ſcientia Abbatis, nullum oriri potuit præjudicium juribus Monaſterii.

30 Eccleſia Parochialis unita Monaſterio viſitari poteſt ab Epiſcopo jure ſaltem delegato, ſi in eo non vigeat Regularis obſervantia.

31 Id tamen non procedit quoad fructus Fabricæ totaliter unitos Monaſterio.

DECISIO LXXI.

DUM Anno 1729. Rmus Abbas Inſignis Monaſterii Beatæ Mariæ Virginis in Inſula Rheni, inſiſtens facultatibus ſibi elargitis in Bulla S. M. Eugenii IV. occaſione unionis dicto Monaſterio factæ de tresdecim Eccleſiis Parochialibus, impendere ſtatuit portionem aliquam fructuum unius ex dictis Eccleſiis Reynheimenſis nuncupatæ pro reparatione alterius, tunc primum in Foro excitata fuit Controverſia ſuper hujuſmodi poteſtate, quam tamen Judex primæ inſtantiæ ſtatuit competere Abbati, Manutentionem eidem conceſſit in pacifica poſſeſſione exigendi omnes, & ſingulos reddituo memoratæ Parochialis Eccleſiæ Reynheimenſis, & ſignater illos venientes ſub nomine redditum Fabricæ, ſalva congrua Vicario debita, cæteriſque expenſis per Abbatem faciendis pro conſervatione, & reparatione præfatæ Fabricæ.

Ad

Ad reclamationem Vicarii perpetui prælaudatæ Eccleſiæ, devoluta Cauſa in gradu Appellationis ad A. C. placuit hoc ſententiam confirmare, ſed cum modificatione ita concepta = *Reſervata tamen Epiſcopo Conſtantien. , ſive Perſonæ ab eo deputandæ facultate ſi ſuperessent in emolumentis redditium Fabricæ ad numerum Fabricæ, ſupra pellelibitum, aliarumque indigentiarum dictæ Eccleſiæ Parochialis Reyublimanſis, prout de jure, ad formam diſpoſitionis Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 9. de reform. , & ſeſſ. 24. cap. 3. ejuſdem de reform* = Cumque ſtrictam iſthuc ob appellationem non interpoſitam vires rei judicatæ aſſumpſiſſet; ad inſtantiam ideo Abbatis, & Monaſterii in Audientia diei 21 Junii 1735 diſputatum fuit coram R. P. D. meo Buſſio dubium = *An conſtet de ejus judicato, ſive potius de ſenſu reſtitutionis in integrum in caſu &c.* = , agnitaque injuſtitia prædictæ reſervationis favore Epiſcopi appoſitæ, reſponſum prodiit = *CONSTARE DE CASSIS* = ut patet ex Deciſione ſub dicta die emanata, ad eam tantes publicata etiam ſit ſeptentra Rotale.

In hoc rerum ſtatu Celſiſſimus Epiſcopus Conſtantien. ſe ad Cauſam admitti curavit, ſed devoluta Cauſa in gradu ulterioris Appellationis ad R. P. D. meum Nunez, hic, prævia Deciſione edita die 12. Martii 1736 novam pronunciavit Sententiam Rotalem alterius præcedentis anti firmatoriam, de cujus poſtremæ Sententiæ viribus cum Ego hodie mane dubitaverim, reſponſum accepi = *SENTENTIAM ROTALEM ESSE CONFIRMANDAM* = .

Juſtitia namque Sententiæ ſatius illuit ex tenore prælaudatæ Bullæ S. M. Eugenii IV. Cum enim unio Eccleſiarum Parochialium inibi per Pontificem facta favore Monaſterii indubie comprehendat omnia jura & pertinentias earumdem Eccleſiarum, ad-non excepta dumtaxat congrua Vicariis aſſignanda, vel pro omnia redditus, & proventus independenter a Juriſdictione Diœceſani unita, annexa, & incorporata aaliarum dicto
1 Monaſterio; nulla in hac tamen ſuperreſſe poterat dubitatio quoniam ſub hujuſmodi, & proventuum generalitate eorumdem fructus quoque, & proventus pro Fabrica deſtinati, ita quidem ut eorum privativa diſpoſitio pertineat ad Abbatem Monaſterii, cui facta fuit unio, cum emo-
2 lumenta illa, quæ Fabricæ inſerviunt, aliud non ſint, quam portio quædam fructuum Eccleſiæ, ac de ejus juribus & pertinentiis, ut ſolide firmat Deciſio R. P. D. mei Nunez § *Rota* ad *ſeqq*. , & præter ibi adducta, egregie comprobat Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 12.*

Ab efficacia hujus diſcuſſus perſiſtit Defenſor Epiſcopi, qui quos hodie ingendeſunt conatur in oſtendendo quod unio,
3 de qua hic agitur, non ſint ſubjectiva, & plenaria favore Monaſterii, ſed ſimpliciter reſtricta ſint quoad temporalia Eccleſiarum unitarum, indeque ſubſumebant quod ſicuti Rector hoc caſu ſuam jure proprio percipit congruam, ſub qua contineri etiam debet portio illa redditum, quæ reſervata fuit pro Fabrica, ſeu repa-
4 ratione Eccleſiæ, cui dictus Rector tamquam ejus Sponſus, & Dominus incumbere tenetur, ita unio in his terminis neceſſarioque generalis ad omnia bona, & fructus, intelligi tamen debet de fructibus, & redditibus ſuperfluis, & ſuperextantibus Rectori, & ipſarum Eccleſiarum manutentioni. Abb. in *cap. de Monachis de Præbend. & dignit. ſub num. 3.* , ibique Jo: Andr. *ſub n. 9.* Lotter. *de re benif. l. 1. q. 12. ſub num. 18* Rot. *deciſ. 1. ſub num. 5. de rebus. cui alias mem. Card. Palæotto* Ponſerſum advertendo, quod Pontifex in nariis memorata Bulla mentem expreſſe ſuſ-
5 fit, ut Vicario a Epiſcoporum congrua non pro ſola ipſius ſuſtentatione, ſed *pro ſupportandis etiam aliis oneribus eidem incumbentibus*, adeoque cum inter onera, quæ
6 Parochi incumbunt, connumeretur etiam Eccleſiæ, ejuſque Fabricæ manutentio, *cap. de his de Eccleſ. ædifican.* , & relatis antiquioribus dixit Card. de Luc. *in Miſcell. Eccleſ. diſc. 20 num. 1.*, hinc proinde ſuper hæc indefiniti unierum ſupportationis Vicar. in majoris adſtruebatur. Pontificem nihil aliud Monaſterio incorporare voluiſſe, quam fructus, qui poſt manutentionem Eccleſiarum, & Rectorum ſuperextantes fuiſſent.

Verum ad ſingulas objectiones partis ſidulo Domini animum convertentis ſupervacaneum duxerim diligentius inquirere de natura, & qualitate unionis, quoniam enim hodierna quæſtio non ſit de cura Animarum, ſive de modo nominandi Vicarios Curatos, vel de alio jure mere Spirituali Eccleſiarum unitarum, ſed dumtaxat de fructibus, & redditibus Fabricæ ad alterum ex Eccleſiis unitis pertinentibus; hinc, ut recte affirmari poſſit, quod iſtorum fructuum, & redditum ſequuta fuerit incorporatio & unio favore Monaſterii, ſat eſt, quod ſubſiſtat prout in
7 caſu, unio plenaria & incorporativa quoad temporalia, cum hujus generis unio de jure operetur, ut omnes proventus, decimæ, & emolumenta, quocumodo ad Eccleſiam unitam pertinentia tranſeant in Monaſterium, cum onere ſolvendi ex illis congruam Vicario, etiamſi dicta emo-
8 lumenta connexionem habeant cum ſpi-
9 ritualitate, quæ indiviſibilis eſt ab omnibus & quibuſcumque bonis ad cultum divinum deſtinatis, ut poſt *Text. in cap. de Monachis*, ibique Jo. Andr. *ſub num. 9. de Præbend.* in ſpecie advertit Pitton. *Obſerpt.*

ſcript. Barbaſ. 66 num. 56, & proſequi in Deciſio antecedenti inſtantiæ coram R. P. D. meo Nunez. *§. Ideo utrum ſu*.

Atque ea hic corruebat dicto in eo poſita, quod ſub congrua Vicario debita cadit etiam portio illa redituum deſtinata pro Fabrica, ex idem Vicarius incumbere debeat quorum præſuppoſita plenaria
10 incorporatione omnium, & ſingulorum fructuum Eccleſiarum favore Monaſterii, nequit Vicarius hoc caſu quidquam aliud de jure prætendere, quam ſuam congruam eidem etiam in Bulla unionis expreſſe reſervatam; id quod locum obtinet etiamſi
11 memorata unio, ſeu incorporatio intelligenda foret reſtrictive ad redditus ſuperexantes manutentioni Eccleſiæ, & Vicarii; quia non ex hoc ſequeretur, quod portio illa redditum reſtaurationi Eccleſiæ deſtinata per Vicarium eſſet adminiſtranda, ſed inde inferri tantum poteſt,
12 quod Abbas Monaſterii, cui facta fuit unio, ex ſui ſubſidiis, quos quis vigore percipit, ſupportare teneretur onera conſueta Eccleſiæ unitæ ſirma tamen manen-
13 te ejus facultate libera eorundem fructuum diſtributione, prout in his terminis loquuntur Abbas, Lotter. aliique Authoritates in objecto allegatæ, & comunit etiam juris communis traditio, juxta quam
14 habemus, quod onus reparandi Eccleſiam pertinet ad illos, qui fructus, decimas, vel alios redditus Eccleſiæ percipiunt *ad text. in cap. 1. & 4. de Eccleſ. ædificand.* ubi omnes Canoniſtæ, Conc. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 7.*, ibique Barboſ. *num. 7.* Antonell. *de regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 1. num. 11, & ſeqq.* Bruell. *in Summ. deciſ. tom. 1. in 2. edit.* Rot. *in rec. Emin. de Via deciſ. 407 n. 6.*

Abſque eo quod eſſiagere poterunt, quod in Bulla unionis reſervata fuerit Vicario congrua portio ex redditibus Eccleſiarum, ad hoc ut illa inſervire deberet non ſo-
15 lum pro eorum ſubſtentatione, ſed pro ſupportandis etiam aliis oneribus eidem Vicario incumbentibus quoniam expreſſio iſta onerum non aliter intelligi poteſt quam de oneribus illis perſonalibus, quæ Vicario ratione perſonæ incumbunt, ſecus vero de aliis oneribus realibus ſi ibius Eccleſiarum adnexis, cujuſmodi eſt onus Fabricæ:
16 cum dato ſe nel unione decimarum ſin ſuam favore Monaſterii, in hoc illico tranſivit etiam onus Fabricæ, quod ſequitur eorundem fructus, ubicumque ſint ad tradita per Sord. *conſ. 61. num. 1., & ſeqq.* Rot. *in rec. deciſ. 535. num. 4. par. 3., deciſ. 184. num. 16. par. 17., & deciſ. 442. num. 5. cor. Emer. Jun.*

Minus etiam officere potuit altera objectio, quod fructus Fabricæ in unione de qua
17 agitur, comprehenſi non remanſerint, eo quia de illis ſpecialis, & individua mentio facta non fuit, prout facienda erat ad effectum, ut ſub unione illas comprehenſos ſuiſſe tuto dici poſſet, juxta Deciſ. Rotæ eo, *Mohedan. de Oſſ. Fabricæ deciſ. 1. par. 1.*, quam ſequitur Tiberiell. *de Benef. Baſil. cap. 1. num. 1.* Plenior namque reſponſio, quod objectio in eo dumtaxat caſu procedere poſſit, quo Fabrica ſuam
18 haberet peculiarem fundi onem diſtinctam, & ſeparatam a fundatione Eccleſiæ unitæ; tunc enim cum redditus Fabricæ enumerari non poſſint inter redditus, & proventus Eccleſiæ, ſub unione porro de Eccleſia, ejuſque fructibus unice loquente, non veniret Fabrica prout ſub ea non comprehenderentur Beneficia, quæ licet in eadem Eccleſia exiſtant, adhuc
19 ab illa ſeparati omnino ſunt, & titulum diſtinctum conſtituunt Et iſti ſunt termini, in quibus loquuntur authoritates in contrarium adductæ.

At vero quando Fabrica Eccleſiæ nullam habet, ut in hypotheſi fundationem diſtinctam,
20 & ſeparatam a fundatione Eccleſiæ, neque titulum diſtinctum con ſtituat, ſed ex dote, & menſa Eccleſiæ, ejuſque redditibus & oblationibus ſegregata ſint certa portio pro Fabrica Eccleſiæ, illiſque indigentiis erogandi: ſicuti in hoc ſecundo caſu hujuſmodi ſegregatio, & ſeparatio non obſtat, quominus pars illa fructuum, & bonorum Eccleſiæ retineat ſuam primævam naturam dotis, & menſæ ipſius Eccleſiæ, ita ſub unione facta de Eccleſia
21 cum omnibus ejus juribus, & pertinentiis complectuntur etiam fructus, & bona pro Fabrica deſtinata, utpote quæ unum, idemque Corpus conſtituunt cum ipſa Eccleſia, prout egregie id diſtinguit *Deciſ. in Cremon. Fabricæ de Puteo*, & Dignit. Ancellan. *in d. Cleme num. 7.* Rot. *cor. Durr. deciſ. 14. num. 12. & ſeqq., & deciſ. 91. num. 11., & ſeqq., & in eod. deciſ. 71. num. 16., & ſeq. part. 8.*, & hinc diſtinctionem amplexa quoque fuit Deciſio præcedentis inſtantiæ coram R. P. D. meo Nunez, *§. Eſt ſolum, & ſeqq.*

Quod autem in caſu noſtro fundatio Fabricæ diverſa, ac ſeparata non ſit ab illa Eccleſiæ, ſatis eminenter ex ipſa præſumptione juris,
22 id quod conſentanee portio redditum pro Fabrica deſumpta, & excorporata cenſeri debet a dote Eccleſiæ, ut præſcribitur in *Can. Mos eſt. Can. Cognoviſmus 12. quæſt. 2.*, adeoque proinde con-
23 trarium aſſerendi, incumbit onus iſtiuſmodi per concludentes probationes demonſtrandi, quam tamen metam attingere viſa non ſunt documenta nuper exhibita pro Vicarium, & Epiſcopum rixa quod redditus Fabricæ proveniant ex Legatis Piis,
24 nihil ad eorum intentum conducit, hoc ipſo, quod non probatur, dicta Legata relicta fuiſſe per modum novæ fundationis, diſtinctum titulum conſtituentis, quinimo cum plerique ex ipſis Teſtatoribus quid minimum de eorum ſubſtantia tituio Le-
gati

gati favore Fabricæ relinquerunt, exindi
25 potius infurgit, quod ipſa Fabrica, cujus favore legatum fuit, præcedenter exiſteret, ac eſſet fundata. Hac autem firmata ſtruitur præſumptioni, quod ſcilicet redditus Fabricæ deſumpti in ongine fuerint ex manſa Eccleſiæ, conſequens jam
26 rude eſt ut etiam Legati ſucceſſive eidem Fabricæ relicta, velut indemnia eamdem naturam, & conſiſtentiam cæteris redditibus Fabricæ præcedenter impreſſam acquiſita omnino intelligi debeant favore Monaſterii, cui ſicti fuit nunc plenam quorumcumque fructuum, & redditum Eccleſiæ pareria, quae poſt *Text. in cap. Cum contingat, & cap. Tua de decim.*, in propoſito notant R buff. in *prax. tit. de Vicar perpet. num. 81 & ſeq.* Garz. *de Benef. part. 11. cap. 1. num. 24.* Piton. *diſcept. Eccleſ. 66. ſub num. 60.* & *Rot. poſt. 4. diſcept. num. 65.*

Præſertim attento, quod poſt immemorabile per longiſſimum, & immemorabile tempus Abbas pro tempore memorati Monaſterii de redditibus iſtis, qui pro Fabrica deſtinati erant, libere ſemper, & pacifice diſpoſuit locando, & infeudando prædia, ac deputando Adminiſtratores & Exactores, ab eiſque rationem exigendo: qua
27 ſine concurrente longæva obſervantia in Lineæ interpretatione nulla ſuperiſſe poterat difficultas, quum per unionem, tranſiti quoque fuerint in Monaſterium fructus, & redditus ad fabricam pertinentes, nulla facta diſtinctione inter illos antiquitus exiſtentes, & alios de novo vigore Legatorum ſupervenientes, ut expendendo ſimilis obſervantiæ vim, ad rem dixit Rota in *Calaguritana Canonicatuum de Villoria 18. April. 1731. §. ſi qua autem, cor. R. P. D. meo Creſcentio*, & in *Valentina Vicariæ 17. Martii 1734. §. adſtipulatur, cor. R. P. D. meo Mileſio.*

Haud obſtante, vel quod redditus fabricæ ſint in manibus Vicarii, & ab eo exigantur, vel quod Epiſcopus ingerentiam habeat in adminiſtratione talium redditum, ut probari contendit ex quodam ejus reſcripto, nec non ex diſpoſitione per illum indulta Debitoribus fabricæ. Reſpectu namque Vicarii difficultas illico ceſſare viſa eſt ex eo, quod exactio redditum Fabricæ per illum expleta fuit no-
28 mine Abbatis, & cum eidem Abbati rationem reddendi, prout antea reddidit, quod ipſo denotat jus, & adminiſtrationem dictorum redditum revera ſtetiſſe penes eumdem Abbatem, cui ratio reddi fuit.

In ordine vero ad Epiſcopum, in nullo numero habendum erat reſcriptum ab eo editum, cujus vigore Abbati denegata fuit licentia erogandi redditus Fabricæ pro ornamento Altaris, quod eamdem Abbatis inſignia præſeferebat: nam cum hæc ſupplicatio data non fuerit ab Abbate, ſed bene quidem a Parocho, ſive Vica-
29 rio, ex hoc porro iſto extra ſcientiam Abbatis expleto, quemadmodum ex altero dilatione indultæ per Epiſcopum Debitoribus Fabricæ, in qua idem defectus ſcientiæ concurrere apparet, nullum enim poterat præjudicium inferri Monaſterio, ejuſque pro tempore Abbati, ex notatis per Caſtren. in *Lig. tam alleg. num. 8.* Cod. *de jur. deliber.* Rot. *in Bononien. Canonicatus ſuper Tranſla. 10. April. 1733. §. Epiſcopus, cor. ſilmo Carlo Alma nobis Gubernatori.*

Vindicata ex hactenus dictis plenaria poteſtate Abbatis circa controverſos Fabricæ redditus, frottra demum in hac hypoteſi contendebatur, quod cum in Eccleſia Parochiali, de qua agitur, non vigeat regularis obſervantia, hinc illa viſitari poſ-
30 ſit ab Ordinario ſaltem jure delegato, ſequitur quod redditus Fabricæ, ut diſponitur in Conc. Trid. *cap. 8. ſeſſ. 7. de reform.*, & *cap. 8. ſeſſ. 21. pariter de reform.* Hæc namque omnia extiterunt recognita fuerunt in præſenti quæſtione. Aliud enim eſt inquirere, an Epiſcopus Conſtitutus jure Ordinario, vel ſaltem delegato poteſtatem habeat viſitandi Parochialem Eccleſiam, de qua agitur, juxta Sanctita in dictis Concilii locis, quod non eſt præſenti indagandum, & longe aliud, an Epiſcopus ingerere ſe poſſit in uſu redditum pro fabrica Eccleſiæ deſtinatorum, & ſingulis annis redditionem rationis ſuper adminiſtratione eorumdem redditum ex poſcere, ut magis in puncto præſcribit idem Concil. *cap. 9. ſeſſ. 21.*, & *cap. 3. ſeſſ. 14. de reform.* Verum nec hujuſmodi Conciliaris Sanctio congruere ullo pacto poſſe viſa eſt ſubjectæ hypoteſi, quippe
31 Concilium ibi loquitur de Adminiſtratoribus Secularibus, ſive Laicis, ſive Eccleſiaſticis, propterea que locum ſibi vindicare nequit quoad ſructus Fabricæ, qui ſunt totaliter Monaſterio uniti, & incorporati, quique ſunt de Dominio Monaſterii, & a Regularibus adminiſtrantur; ut collectis concordantiis, latius ſundunt Deciſiones in anteactis inſtantiis editæ, Prima ſcilicet cor. R. P. D. meo Buſſio *§. Bytis adminiſtratis*, & *ſeqq.*, & Secunda R. P. D. meo Nunez *§. Sublata autem*, & *ſeqq.*

Et ita in utroque utriuſque Partis contradictorio reſolutum fuit.

R. P. D.

R. P. D. DE VAIS.

ROMANA SACRORUM SUPELLECTILIUM.

Mercurii 22. Februarii 1741.

ARGUMENTUM.

Ex quo Sacra Supellectilia diuturno tempore alteri Eccleſiæ fuerint commodata, nullum oritur Jus ad aliquam inpoſterum inducendam coactionem, ſtante præſertim Lege ut illorum commodatio in arbitrio maneat commodantis. Arbitrium an, & quando dici debeat plenarium, & abſolutum, ſin potius a jure regulandum?

SUMMARIUM.

1 Habens arbitrium commodandi, concedere, & denegare poteſt commodationem.

2 Arbitrium intelligendum eſt reſtrictive ad arbitrium boni viri.

3 Verba ſuadentia arbitrium liberum, & abſolutum.

4 Verbum = *Volendo* = importat liberum, & abſolutum poteſtatem.

5 Idem dic de verbis = *Lo poſſano liberamente fare*.

6 Hæc verborum formula conceſſum arbitrium, non patitur reſtringi ad arbitrium boni viri.

7 Amplia, ſi reſpectu illorum qui coactionem prætendant addita fuerint verba = *Non abbiano jus di forzo alcuno*.

8 Longa obſervatio declarat, arbitrium intelligendum eſſe de arbitrio boni viri.

9 Commodatio diuturno tempore facta, etſi ab initio facultativa, deſinit fit neceſſaria, & coactiva.

10 Locus non eſt obſervantiæ interpetrativæ adverſus claram Teſtamenti litteram.

11 Non probata coactione, ſimplex non uſus actus mere facultativi non præjudicat.

DECISIO LXXII.

Petrus a Cortona Celeberrimus Pictor, & Architectus in ultimo Teſtamento Univerſale hæerede inſtituta Eccleſia Sanctæ Martinæ [cujus antiquum Templum jam nuitum Academiæ Sancti Lucæ reædificaverat, & ornaverat] conſtituit etiam Adminiſtratores dictæ ſuæ hæreditatis Deputatos Sanctæ Euphemiæ cum omnimoda poteſtate adimplendi Opera Pia in dicto Teſtamento injuncta.

Hanc adminiſtrationem ægre ferentes Academici Sancti Lucæ ultra alias controverſias judicio S. Tribunalis ſopitas excitarunt prætenſionem, utendi Auleis, & Argento pro ornanda dicta Eccleſia Sanctæ Martinæ die Feſto Sancti Lucæ, etiam invitis Deputatis Sanctæ Euphemiæ illorum Cuſtodibus. Quapropter expedito per dictos Deputatos Monitorio coram A. C. ſuper libertate concedendi, vel deneganti commodatitatem dictarum Supellectilium, obtinuerunt Sententiam favorabilem a bon. mem. R. P. D. Caballino Judice deputato ab A. C., a qua recla-

mantibus Academicis, cauſa conſcendit ad noſtrum Sacrum Tribunal, in quo ad inſtantiam eorundem Deputatorum propoſito a me Dubio = *An conſtet di plenaria libertate Deputatorum Sanctæ Euphemiæ concedendi, vel denegandi Supellectilia in caſu &c.* = Domini non annuentes dilationi ab Academicis petitæ, reſponderunt = *PRO INFORMANTE*, videlicet, *AFFIRMATIVE*.

Fundamentum reſolutionis depromptum fuit ex litera Teſtamenti, in qua pius Teſtator prohibuit cuicumque commodari Supellectilia, quæ reliquerat Sacriſtiæ Confeſſionis, ſed excepit a dicta prohibitione Locum Pium Sanctæ Euphemiæ in die Feſto ejuſdem Sanctæ, & Academiam Sancti Lucæ pariter in illius die Feſto, additis tamen verbis = *Mentre i Signori Deputati ne faranno richieſti da Signori Accademici, ſia però in arbitrio di detti Signori Deputati il preſtargliéli &c.* = Cum enim commodatio Supellectilium facienda Academiæ in Feſto Sancti Lucæ juxta legem indictam a

1 Teſtatore pendeat ab arbitrio Deputato-

nam Sinctæ Euphemiæ, nullum adeſſe jus Academicorum ad dictam commodationem, tenent hæ Deputati, utpote muneris facultate eam concedendi, & denegandi, ut probant Surd. *conſ.* 405. *num.* 19. Rota *deciſ.* 88. *num.* 34. *part.* 4. *tom.* 2. *Recent.* & *in Romana Aromatariæ ſuper credito* 10. *Maii* 1736. *§. Ratio*, *coram R. P. D. meo Caſillio.*

Haud relevante, ſupradicta verba licet reſpectiva arbitrium, tamen intelligenda eſſe
2 reſtrictive ad arbitrium boni Viri juxta *Text. in leg. §. ſi ſic legatum* 75. *ff. de legat.* 1. Rota *deciſ.* 190. *num.* 22, & *deciſ.* 134. *num.* 8. *coram Herrera.* Cum enim Teſtator contulerit arbitrium in Deputatos non pure, & ſimpliciter, ſed verba conditionalibus = *Sia però in arbitrio de Signori Deputati* = ; arbitrium ita conceptum pati non poteſt interpretationem reſtrictivam
3 ad arbitrium boni Viri, ſed debet eſſe liberum, & abſolutum *ad Text. in leg.* 1. *ff. de legat.* 2. Decian. *de condit.*, & *mod. impoſſ. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. Capyc. *de inival. infam. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 28. 29. Tour. *de paſſ. ſinal. fructib. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 99. 100., & Vic. *tom.* 6. *part.* 1. *tit.* 11. *quæſt.* 19. *num.* 18. *pag.* 551.

Præſertim cum in ſubſequente Codicillo alterius ſeſe expreſſerit utendo verbis præſeferentibus omnimodam, & plenarium facultatem Deputatorum concedendi, vel denegandi dictam commodationem = *Ma volendo li Signori Deputati dette Tavole, e Suppellettili ſimplicemente comprestarle per la Feſta di S. Luca le poſſono liberamente fare* &c. =
4 Sicut enim verbum illud *Volendo* importat liberam, & abſolutam poteſtatem juxta *Text. in leg. Fideicommiſſa §. Sec Fideicommiſſum ff. de legat.* 3. Surd. *conſ.* 10. *num.* 51. Menoch. *de præſ. lib.* 4. *præſ.* 185. *num.* 1 ;
5 itemque ſubſequens oratio = *Le poſſono liberamente fare* = *ad Text. in leg. ſæpe* 3. *ff. de Offic. Præſ. ibique Gloſſ. verb. neceſſitatem* Rota *deciſ.* 85. *num.* 7. *coram Ludovic. deciſ.* 197. *num.* 27. *coram Ubald. deciſ.* 411. *num.* 18. *coram Cerro deciſ.* 72. *num.* 8. *coram Nicol.*, & *deciſ.* 34. *num.* 5. *de ſtilo coram Falconer.*, ita libera, abſolutaque
6 poteſtas præfefert, & imponit arbitrium a Teſtatore tributum Deputatis ſupradicta verba circumſcriptum. Rota *deciſ.* 259. *num.* 2. & 19. *part.* 13. *Rec. deciſ.* 1. *num.* 21. & 30. *coram Falconer.*, & *in dicta Romana Aromatariæ ſuper credito* 10. *Maii* 1737. *§. Quod autem*, *coram R. P. D. meo Caſillio.*

Idque mirifice comprobant alia ſubſequentia verba ejuſdem Codicilli prohibitiva cujuſcumque juris Academicorum ad dicta
7 Suppellectilia = *Non abbiano jus di forte alcuna* = Ad hoc enim ut verificetur hujuſmodi diſpoſitio, arbitrium datum a Teſtatore intelligi, & accipi debet pro libera, & abſoluta poteſtate excluſiva cujuslibet dependentiæ ab arbitrio boni Viri, cum quo haud eſſet compatibilis diſpoſitio excluſiva cujuſcumque juris Academicorum. Rota *in d. Romana Aromatariæ ſuper credito* 10. *Maii* 1737. *§. Ulterius verſ. præſertim*, *coram R. P. D. meo Caſillio.*

Haud ſuffragante, Academicos ſpatio annorum 75 conſecutos fuiſſe in Feſto S. Lucæ commodationem dictarum Suppellectilium, adeoque vel obſervantiam declaraviſſe, di-
8 ctum arbitrium intelligendum eſſe de arbitrio boni Viri, ut reſpondit Rota *in Romana Celebrationis Miſſarum* 16. *Junii* 1737. *§. Hæc ſi*, *coram R. P. D. meo Caſillio*,
9 vel quod ex tot reiteratis actibus commodationis, commodatio reddita fuerit neceſſaria in Deputatis etiam pro futuris temporibus. Rota *deciſ.* 60. *num.* 8. *coram Lancett.*, & *in Salamantina pars recipiendi frumentum ſuper bono jure* 7. *Maii* 1731. *§. Quibus poſitis*, *coram bo. mem. de Grimaldis.*

Neutrum enim ſubſiſtere viſum fuit, quia cum ex litera Teſtamenti, & Codicilli clare conſtat, Teſtatorem conferre voluiſſe in
10 Deputatos arbitrium liberum, & abſolutum, non eſt locus obſervantiæ interpretativæ, ut ſæpe reſolvit S. Tribunal, & præſertim *in Aſculana Fideicommiſſi Vaſſpera de Miſchis* 10. *Decembris* 1738 *§. Minuſquam*, *coram Rmo Criſpentio*; cumque commodatio, & denegatio, dependeant a libero Deputatorum arbitrio, actuum reiteratio nullum jus parare valuit favore Academicorum adverſus Deputatos,
11 quibus, non probata eorum conſcientia, nullum irrogare potuit præjudicium ſimplex non uſus actus mere facultativi. Rota *in Piſaurien. Parochialium* 30 *Aprilis* 1731. *§. Ideoque*, *coram Emo Aldrovando*, & *in Ratisbonen. Vicaria* 13. *Martii* 1739. *§. Longum*, *coram Rmo Buſſio.*

Et ita &c. utraq. &c.

R. P. D.

Google

R. P. D. PERALTA.

ROMANA CAPELLÆ.

Lunæ 3. Julii 1741.

ARGUMENTUM.

Debitore oberato Legum vigor relaxatur, permiſſumque eſt in ſatisfactionem Creditorum privatam Capellam in Eccleſia exiſtentem illiuſque Ornatum vendere, itemque Jus honorificum, prout etiam Sepulcrum. Defecta familia libera non redditur Capella, nec reſolvitur conceſſio Sepulcri, quæ utraque velut facta pro Hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, æquum eſt ut ad extraneos tranſeat ſucceſſores.

S U M M A R I U M.

1 Res Sacræ, & Sanctæ quia in nullius bonis ſunt neque obligari, neque Jure dominii poſſunt vindicari.

2 Irrita manet venditio rei temporalis ſi quid habeat Spiritualis adnexum, & utrumque Pretium venum exponat.

3 Eccleſiam ſub haſta venire vetuit ſignatura Gratiæ, & Sacra Congregatio Concilii.

4 Contrarium obtinet prout in privatis Eccleſiarum Capellis, & Sepulcris, quæ cum a cauſa Spirituali non procedunt, & nihil habeant Spiritualitatis, diſtrahi recte poſſunt.

5 Hinc quidquid in Capella, & Sepulcro Spirituale non eſt, bene in concurſum venit, vendique poteſt.

6 Amplius, ſi urgeat præſumptio ea pecunia Creditorum fuiſſe comparata.

7 Conceſſio Sepulcri, & Capellæ facta pro Hæredibus, & Succeſſoribus quibuſcumque, extraneos quoque ſucceſſores complectitur.

8 Plus nequit dici conceſſum, quam fuerit petitum.

9 Juspatronatus Familiare in ultimo Agnato fit Hæreditarium, & ad extraneum etiam Succeſſorem decurrit.

10 Verba *pro Hæredibus, & Succeſſoribus quibuſcumque*, in materia Juriſpatronatus etiam in dubio referuntur ad ſimplex Juspatronatus hæreditarium.

DECISIO LXXIII.

SUmente pietatis, religioniſque cauſa Nicolaus Caſanova Teſtamento præcepit filiis ſuis Sebaſtiano, & Joanni Petro, ut cum placuerit Patribus S. Franciſci Transtyberim Capellam S. Joannis de Capiſtrano ipſius dandam inceptam ipſis concedere pro Domo, familiaque ſua, perſolverent quidquid pro inchoato opere debitum erat mercenariis, & erogarent præterea, quidquid ut perficeretur impendi oporteret uſque ad ſcuta mille. Pietate majori opus executi ſunt Filii, qui poſtquam ſolemni instrumento anni 1693. a Patribus ſtipulati fuerunt conceſſionem Capellæ, & jure Sepulchri *Pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque* m., ſumptuoſiorem Capellam conſtruxere fere in ſcuta ter mille, quæ tamen non ipſi integre per-

Tom. Secundus.

ſolverant cum fortunis ceperint labi, ac oberati deceſſerint, ſed Creditores, qui poſt indictum concurſum, adhuc Officio Judicis debuerunt reliquum debiti exſolvere Fictori.

Excuſſo patrimonio eorumdem de Caſanova, quod apparuit longe impar alieno æri, quæſtio præterea fuit ſuper ejuſmodi Capella, quam profitebantur Patres libere ad ipſos ſpectare, eo quod nemo amplius ſuperſit de Familia Caſanova pro qua, & Nicolaus teſtamento caverat, & ita petentibus filiis Patres apud Definitorium anno 1693. reſcripſerant, ac ideo æquum potius, ut cuique alio de eadem Eccleſia benemerenti Capella concedi iterum poſſet, quam ut tot Deo dicata ſubhaſta venirent. Veruntamen hæc adjudicata eſt Creditoribus, ſecundum quos R. P. D. de Ru-

bea

bem Locumtenens Eminentiſſimi Vicarii
ita pronuntiavit = *Licuiſſe, & licere ven-*
dere, & alienare materialitatem dictæ Ca-
pellæ ejuſque juſpatronatus honorificum, &
dominium ejuſdem ſimul cum Sepulturà ibidem
exiſtente. Et = HOC IPSUM PLACUIT DO-
MINIS HODIE CORAM ME DEFINIRE.

Quamquam enim non incertæ opinionis ſit, Sa-
cras, & Sanctas res neque venire, neque
obligari quoquam poſſe, nec etiam jure Do-
1 minii adjudicari quaſi noſtras, quia nullius in
bonis ſunt, & divini juris cenſentur po-
tius, quam humani, *§. 7. & 8. Inſtit. de*
rer. diviſ., & l. 1. & 4. C. de ſacroſ. Eccleſ., &
ſumpt. ſeren., & Cujac. *ad tend. tual. Cod.*
tom. 10. fol. 949. Et quamquam etiam nec
Prælato liceat, temporalia a ſpiritualibus
2 ſeparare, ubi, cum alia vendere ſe palam
dicunt, alia etiam venditioni ſubjiciunt,
ex quo qui horum alterum vendit, ſine
quo nec alterum provenit, neutrum in-
venditum derelinquit, ut legitur in *Can.*
ſi quis objecerit 7. cauſ. 1. quæſt. 3. de quo
late Vannaſpen. *part. 1. de Stnon. cap. 1.*
§. Primo & ſeq. Eaque de cauſa integram
Eccleſiam, quæ ſpirituale jus, & tempo-
3 rale una continet ſubhaſta venire ineliſſi-
me vetuit tum Signatura Gratiæ coram
Sanctiſſimo habita *die 27. Martii 1719. in*
Romana Subhaſtationis Eccleſiæ, & Conven-
tus, tum Sacra Congregatio Concilii *in*
Romana deliberationis 24. Februarii 1710.

Attamen æque apud omnes conſtans Senten-
tia eſt, uſu, & penes recepta, poſſe in pri-
4 vatis Eccleſiarum Capellis, & Sepulchris
mutationem, ſeu ædificium, & ornatum,
ac ſi omplex jus honorificum ita a jure ſpi-
rituali ſeceriis, & ſeparari, ut cum a Cur
ſit ſpirituali non proveniant, & nihil quid
quam Spiritualitatis habeant, in profano
hominum commercio ſint, æſtimationem
recipiant, atque adeo vendi, & in quem-
libet alium diſtrahi valeant. Barbos. *de*
jur. Eccl. lib. 2. cap. 10. 2. num. 16. & ſeq.
& de Offic. & poteſt. Parochi cap. 26. a
num. 16. & ſeq. Lottar. *de re beneſic. lib. 2.*
quæſt. 4. num. 14. Noguerol. *alleg. jur. 36.*
num. 23. Salgad. *in labyr. Credit. part. 3.*
cap. 5. num. 38. & ſeq. Altvit *conſ. 75.*
lib. 1. Gratian. *diſcept. 110. num. 9., &*
diſcept. 210. num. 11., & in decif. March 26.
num. 14. & Rota in *Romana Fidei commiſſi*
22. Februarii 1717. §. Ait ubi, cor. bon.
mem. Cerro, & 28. Aprilis 1719. §. In al-
hiis, coram Herrer, inter impreſſ. decif. 85.
num. 10. Merito itaque hanc in modum
Credentibus conſulendum dixerunt Domi-
5 ni, ut quidquid ſpirituale non eſt in Ca-
pella, & Sepulchro ſub eorum concurſu
veniret, & vendere ipſis liceret, ut præ-
ter citatos optime Alfonſ. de Leon *de*
Offic. Capel. part. prima quæſt. 3. num. 93.
Card. de Luc. *de jurep. diſc. 13. num. 5.,*
& in Miſcell. diſc. 28. num. 12., & Rota *in*
Romana Concurſus de Gabriellis ſuper jure
nominandi Pueller 27. Junii 1738. §. 8. co-
ram Ant. Decano.

Idque magna æquitate admiſerunt, quia maxi-
ma inerat præſumptio, quod ex pecu-
6 niis eorumdem Creditorum conſtructa erat
Capella cum Sepulchro, dum & poſt ob-
latianem Fratrum de Caſanova coacti quo-
que fuerunt reliquum pro mercede ſua in-
ſigni Pictori exſolvere. Ideoque ſi quod
damnum Creditorum, deque ipſorum pecu-
nia factum apparet, æquiſſimum eſt, ipſo-
rum commodo cedat, quorum detrimen-
to obvenerat *jux. regul. Tex. in leg. Secun-*
dum 10. ff. de regul. jur.

Excipi quin recte valeat, ad Patres libere fal-
tem rediiſſe Capellam, ex quo penitus de-
fecit familia, & Domus de Caſanova, cui
dumtaxat ad formam Teſtamenti Nicolai,
& juxta filiorum porrectas preces conſilie-
runt Patres apud Definitorum conceſſio-
nem hanc elargiri ſub anno 1623 ſpecia-
li Decreto. Conſtat etenim ex Inſtrumen-
to ſubinde ſtipulato anno 1695 conceſſio-
nem Capellæ, & Sepulchri factam fuiſſe
7 Sebaſtiano, & Joanni Patro = *Eorumque*
hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque =
Tametſi ergo defecerit Familia Caſanova,
non illud debet ad Creditores pervenire,
velut ad extraneos Succeſſores, quos com-
plectitur generalis illa ſtipulatio, ad tra-
dita per Rotam *decif. 252. num. 6. part. 5.*
Recent. decif. 381. num. a part. 11. decif. 268.
num. 11. part. 12., & decif. 145. num. 20.
cor. Celſo, & decif. 183. num. 13. cor. Lan-
cetta.

Ullum nec præſtat obſtaculum expreſſio Do-
mus familiæ, & deſcendentium, quæ le-
gitur tum in Teſtamento Nicolai, & in
precibus filiorum, tum in decreto Patrum;
ut non quilibet Hæres intelligatur voca-
tus, ſed qui ſanguinis qualitate polleat;
8 ne plus in ſubſequenti Inſtrumento con-
ceſſum dicatur, quam prius fuerat peti-
tum, ac pollicitum. *arg. Text. in cap. in-*
ter de fid. Inſtrum., & Rota *decif. 887.*
num. 6. part. 2. Rec. Solide enim reſpon-
ſum eſt, non modo quia mentio familiæ
Domus, & deſcendentium nullam præſe-
fert dictionem taxativam, nec legem re-
verſionis ad Patres, & in conſequens eſto
etiam ſecundum eandem procedat item ex-
preſſionem verba generalia Inſtrumenti
velint interpretari, ut, quemcumque no-
ceant deſcendentibus agnatis, ex juſpatrona-
9 tus gentilitium conſtituant, attamen cui-
que perſpectum eſt, juſpatronatus fami-
liare in ultimo agnato affici hæreditarium,
ut ad quemlibet alium extraneum Succeſ-
ſorem decurrat, quin Eccleſia ſe in liber-
tatem vindicet, *jux. conſil.* in Anconitana.

Verum etiam quia non licet hæc reponere,
poſtquam anno 1634. Patres omnes Defi-
nitorio mandatum dedere Syndico Con-
ventus, & cum Sacra Congregatio ejuſ-
modi conceſſioni benignitate annuerit, ipſe
ſtipu-

ſtipulationi intereſſet, ac pateretur ut ab eo Fratres de Caſanova ſtipularentur conceſſionem = *Pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, = Indecorum autem eſt, a lege contractus, quam ſibi ipſi ſponte prius dixerunt in obligando mandato, velle nunc reſilire, & inviſta interpretatione coercere ampliſſima illa verba, quæ in hac indifferenti materia

10 Juriſpatronatus Capellæ, adeo latiſſimam recipiunt intelligentiam, ut & in quoquo dubio, ſi forte adeſſet, debeant referri ad ſimplex juſpatronatus hæreditarium, uti luculenter expendit Rota *in Romana Contratus de Gabriellis ſuper jure nominandi Puellas 27. Junii 1738. § 9. & 10. coram Rño P. D. Calcagnino Decano*.

Et ita utrinque &c.

R. P. D. TANARIO.

CESENATEN. PECUNIARIA, SEU DETERIORATIONUM.

Lunæ 7. Maii 1742.

ARGUMENTUM.

Tam Beneficiati, quam Epiſcopi tenentur ad reſtaurationem deteriorationum, & imminutionum rerum Eccleſiæ, & etiam illarum incrementi poſt eorum mortem ſubſecuti, niſi quoad diminutionem concurrat Auctoritas Sac. Congregationis vel rei modicitas, una cum neceſſitate diminutionis, & utilitate inde Eccleſiæ provenientis.

SUMMARIUM.

1 Beneficiati, & Epiſcopi reficere tenentur deteriorationes, & imminutiones bonorum Eccleſiæ. *& ſub num.* 12.

2 Prout etiam incrementum deteriorationum ſubſecutum proveniens ob illarum reſtaurationem omiſſa.

3 Propriam enim culpam, & negligentiam quiſque luere tenetur.

4 Eoque magis refectio prædicti ſubſecuti incrementi facienda eſt, ſi intervenerit interpellatio pro reſtauratione præcedentium deteriorationum.

5 Quam ſi Succeſſor in Beneficio, vel Epiſcopatu impedit, ipſe ad refectionem incrementi tenetur.

6 Non tenetur Succeſſor reſtaurationes ab Anteceſſore debitas proprio ſumptu reficere, cum animo eas repetendi.

7 Qui cauſam damni dat, ad ejus compenſationem tenetur.

8 Nemo pati debet pœnam culpæ, & negligentiæ alterius.

9 Anteceſſor propria Auctoritate, & ſine legitima cauſa minuere nequit ſundum Eccleſiæ.

10 Etiamſi agatur de re modica, niſi una cum modicitate concurrat ejus inutilitas, & Eccleſiæ utilitas.

11 Epiſcopus tenetur ad reparationem imminentis ruinæ Cathedralis, reſervato ſibi jure contra alios competenti.

12 Cum Epiſcopo Dominus Eccleſiæ demoliente Auctoritate Sacræ Congregationis, non eſt nimis rigide agendum circa probationem neceſſitatis demolitionis, & utilitatis ab ea Eccleſiæ provenientis.

13 Ad expurgationem Foveatum ſimplicem annuam culturam agri reſpicientem, tenetur Colonus, ad aliarum vero expurgationem perpetuam utilitatem fundi ſecumferentium, ut quia E. G. inſerviant ad receptionem aquarum, rivulorum, tenetur Dominus fundi.

14 Ad Gregem conſtituendam requiruntur ſaltem decem Oves, & quinque Sues.

15 Animalia, fundi inſtructioni inſervientia reintegranda ſunt, etiamſi Gregem non conſtituant.

16 Et ſi ſint animalia fructifera, reſtituendi quoque ſunt fructus, qui ex iis percipi potuiſſent.

17 Debitor faciendi, tenetur vel ad factum ipſum, vel ad ejus æſtimationem præſtandam, *& ſub num.* 19

18 A C tamen, & Rota aliquando eo temperamento utuntur, ut æſtimationem præſtet, aliqua ſumma dempta pro compenſatione minoris damni, quod Debitor pateretur præſtando factum.

D E-

DECISIO LXXIV.

Borta Controverſia ſuper emendatione nonnullarum deteriorationum inter Rmum Guidonem de Urſellis modernum Epiſcopum Cæſenatis Eccleſiæ, & bon. mem. Epiſcopum Joannem Baptiſtam de Urſis, qui illius adminiſtrationem de an. 1734. jam pridem dimiſerat, defuncto interim Patruo, Comes Aloyſius de Urſis ejuſdem Nepos, & hæres, ac præfatus Rmus ſucceſſor in duos Arbitros compromiſerunt, qui electo Laurentio Cypriani pro Peritiæ ut penitus ſuper deteriorationibus eidem jam prius de aſſenſu utriuſque Epiſcopi factis perſcrutaretur ad formam noviæ Peritiæ ab hoc confectæ, in qua debitum Anteceſſoris calculabatur in ſcutis 1347. 45. condemnarunt Comitem præfatum ad ſolvendum ſcuta 1088. 11 . . . ditracto tempore ſc. 253 . relatis a Perito in cauſam reædificationis faciendæ ejuſdem Domus de . . . intæ in Plebem S. Petri, atque inſuper alia ſc. 116 addiderunt pro aliis diverſi generis receptionibus in ea Peritia non comprehenſis, & ſimiliter eumdem etiam condemnarunt ad reintegrationem Oleum in num. 43 , & unius Soli, una cum decorum Annualium fructibus a die dimiſſi Epiſcopatus.

Proclamavit Comes Joannes Baptiſta ad A. C. Guglielmum, coram quo tandem Peritiam Cypriani acceptavit, reſervato ſibi exitume quatuor partitarum, & exceſſus pretii materialium, ac mercedis operariorum, præter quod deteriorationes omnes facto proprio explere ſe ſe exhibuit. Sed placuit Judici Laudum ab Arbitris editum in omnibus confirmare, deductis tamen ab eo ſcutis 311. 99. ratione licet, ſeu minoris impenſæ, quod Comes paſſus fuiſſet, ſi eas deteriorationes impenſo ſuo, ſuaque Artificibus reficeret. A cujus Sententia, cum mediante reſcripto Signaturæ Juſtitiæ = ſit Appellatione = diſceptaretur hodierna die, propoſitum a me Dubium = An, & in quibus deteriorationibus, & reſpectivè credita conſtet, atque ſit relaxandum mandatum in caſu &c. = AFFIRMATIVE IN OMNIBUS AD FORMAM SENTENTIÆ A. C. = DD. reſponderunt.

Non impugnabatur equidem a Comite de Urſis obligatio, quæ de jure meſt Præbendatis omnibus, Beneficiatis, & ſortius 1 Epiſcopis reficiendi quidquid ex Bonis Eccleſiæ deterioratum, ammiſſatumve reliquerint. Cap. Epiſcopus, quo ſilius 12. quæſt. 2. can. 2. 12 quæſt. 4. Gloſſ. ſu lo ambrat idem 18 Neſtorinus tod. & Heretica Platea in L. unic num 4. Cod. de Caloum Illiricanis, Moſin de Primogeni. cap. 17. num. 1 & 3. lib. 1 Peregrin. de Fidicom. art. 10. num. 31. Garzias de expenſis & meliorat. cap. 11. num. 66., & 69. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 17. num. 55. Lotter. de nonverſ., & Capel. lib. 2. num. 19. Clericat. de Beneſ. diſcord. 35. num. 24. & diſcord. 42. num. 1.

Inquiſitio igitur unice verſabatur circa earum deteriorationum liquidationem, & modum eas reficiendi, pro quarum diſputatione occurrebant primo quatuor partitæ reſervatæ in acceptatione Peritiæ Cypriani, ex quibus primam ſc. 303 57 elatum erat referendam eſſe ad Debitum Anteceſſoris, utpote provenientem ab incre2 mento deteriorationum, quas ipſe reſtaurare penitus omiſerat, ideoque tanquam ad illarum ſequelam condemnandus erat 3 Epiſcopus anteceſſor, qui propriam culpam, & negligentiam ſarcire tenebatur. Ad Text. in Leg. qui occidit §. in hoc ff. ad Leg. Aquiliam, Leg. nam, & Servius §. Penul. ff. de negotiis g. & Sabett. in Leg. ſi vendita poſt num 8. ff. de periculo rei vendit., Manoch. conſ. 1194. num. 3. Fannuc. in tr. de vac. & diviſ. rerum. quæſt. 111. num. 26. Pantanell. ex annot. ad deciſ. 55. num. 39. & 40. Rot. deciſ. 663. num 11. cor. Merlin., & deciſ. 35. num. 3. par. Falconer. tit. de fideicom.

Tum maxime ob factum ex prius interpellationem ut deteriorationes illas inſtauraret, 4 quod cum facere omiſiſſet, eodem jure quo, & præcedentes, ita & ſubſecutas deinde reficere debebat. Rot. deciſ. 414. num 8., & deciſ. 50 num. 16 part. 18. recent.

Quin juvaret excuſatio, quod tam Epiſcopus de Urſis, quam ejus hæres nuſquam ab initio promptos, & paratos ſe ſe exhibuerint ad reſtaurationem, imo quod ſucceſſorem interpellaſſent, ut illam perficeret ad periculum cujus de jure, & quod ad opus peragendum Artifices etiam miſiſſent, qui dum manus operi admoverent, prohibiti ab eo fuerint, eo ut 5 ejuſdem Succeſſoris, ad cujus proinde moram & culpam incrementum illud deteriorationum eſſet referendum. Ad Text. in Leg. quoties 104. ff. de regul. Jur., & in cap. damnum 106. tit. in 6. Berous conſ. 106. num 6. Marant. cautrov. Farin. part. 2. reſponſ. 26. num 13. Rot. deciſ. 248. num. 11. cor. Dhold., deciſ. 160. num. 10. cor. Celſo, deciſ. 23. num. 17. tit. de rebus credit. cor. Falconer., & deciſ. 402 num. 4. cor. Anſald. tom. 4.

Facile enim occurrebat reſponſio, quod prohibitio ex eo proceſſerat, quia nomine præſtantium fuerant Miniſtri Epiſcopalis Menſæ, aut particulariter, aut amicabiliter

pro

pro parte omnis Urſii, & quod poſtea neque Epiſcopus da Urſis, neque ejus hæres impedimentum hoc ab ipſa Curia removere amplius curaverant; ac proinde, quemadmodum non tenebatur ſucceſſor Epiſcopus reſtaurationem proprio
6 ſumptu facere cum animo eas repetendi, ad tradita per Pinall. in Leg. 1. Cod. de Bon. Matern. part. 1. ſub num. 12. Gratian. diſcept. Foren. 778. num. 24, ita illis tribui
7 debeat earumdem omiſſio, quæ ſubſequens damnum produxerat, ad quod compenſandum propterea aliqu omnino debent, Pinall. exped. utiv. not. 100. num. 15 Rot. coram Carro deciſ. 783. num. 51, & ſeq., & cor. Falconer. deciſ. 31. num. 8. 111.... ne
8 alias ob alterius culpam, & negligentiam pœnam patiatur alter, contra Text. in Leg. non debet alteri ff. de regul. Jur., Leg. Sancimus, Cod. de pœnis.

Simili modo alia partita ſcut. 61. 30. pro reductione in priſtinum partis ſuperioris Domus nuncupatæ la Colombarina reſerenda erat ad debitum Anteceſſoris, qui
9 nulla urgente legitima cauſa & proprio authoritate nequibat eam minuatam fundam, ſive demum ad culturam Agri utilem, & neceſſariam, quin certe peccaſſet Cenſura Text. in cap. Terra. Quidquid enim ſit circa rei moderatatem, cum agatur de inconſulta dilapidatione, quæ damnum attulit fundo ipſius Menſæ, penes adaſſa dignoſcebatur diſpoſitio ipſius Text., qui locum habere poteſt, cum
10 præter rei moderatatem concurreret ejuſdem utilitas, & Eccleſiæ neceſſitas, ut ad terminos d. Text. declarant Fagnan. in cap. nulli de reb. Eccleſ. non alienan. Redoan. tract. qu. 4. 13. num. 19. & qu. 51. cap. 8. num. 2. cap. 10. num. 6. Card. de Luc. de alienat. diſc. 4. num. 116. Rot. in recent. deciſ. 62. num. 15. part. 1. & cor. Dunozet. Sen. deciſ. 51. num. 12.

Quemadmodum, & ſimiliter ad illas debitum calculanda erant alia ſcuta 8. pro refectione Fornice Eccleſiæ Cathedralis, poſthabita acceptione, quod Damnum obventum fuerit ob primævam malam ejuſdem Fornicis conſtructionem. Namque quid ſuper hoc eſſet, oſtendebatur, Patrum eandem ſummam retuliſſe, non pro remunerando integro intermedio Navis fornice, ſed pro alia præſentanea, & neceſſaria ejuſdem reparatione, quæ illius imminentem ruinam impediret, ad quod cogendus erat Epiſcopus, reſervato tamen ſibi
11 Jure agendi contra Capitulum, cum quo ſuper harum reparationum obligatione in vim cujuſdam Tranſactionis agebatur; nam alias ex lite cum Capitulo, ſuquiſito obſtare poterat ruina primæva, & legalis obligatio Epiſcopi ad ſervandam rem a ruina, Jure ſibi competenti contra alios retento.

Subducendum tamen eſſe omni Jure ex partitis reſervatis in acceptatione Peritiæ Cypriani DD. cenſuerunt unam ex quatuor, nempe illam *Scut. 158. pro demolitione Domus in Villa, ſeu Plebano S. Petri, quam tum Adiucri Caſenſes, quam A. C. Guglielmus ſubſtraxerat a debito Anteceſſoris*. Nam cum demolitionem præceſſerit licentia Sac. Congregationis Concilii, quæ eam faciendam Epiſcopo, pro ejus arbitrio, & conſcientia commiſerat, procul dubio ab ea quantitate pecuniarum reſtituenda abſolvendus erat Epiſcopus idem, qui legitima authoritate, & bona fide demolitionem expleverat, minime attentis exceptionibus pro parte moderni Reverendiſſimi Epiſcopi adductis & ſpeciatim quod præcedenter Epiſcopus in ſua Curia verificare debuerit expoſita. Nam cum ea adhuc tam circa neceſſitatem, nempe Domum illam eſſe ruinoſam, & inhabitabilem a Colonis, atque Auctorem impendium, & detrimentum afferentem, quam circa utilitatem, ſcilicet materialia converſa eſſe in Bonum ejuſdem Menſæ plane admodum verificentur, quemadmodum in his terminis Eccleſiæ nihil deperit, & demolitio, accedente Beneplacito, permiſſa erat, ideo ab omni juris ratione aberrat, quod adeo
12 rigide procedendum ſit pro his ſolemnitatibus coram Miniſtris propriæ Curiæ peragendis ab Epiſcopo, de cujus arbitrio, & conſcientia Sacra Congregatio expreſſe conſiderat.

Et ex his abſoluto examine partitarum a peritia Cypriani reſervatarum, patuit referenda eſſe ad debitum Epiſcopi Anteceſſoris alia ſcut. 66. 46. pro reaptatione bina domorum, & ſcut. 7. pro Turri campanaria, nec non alia ſc. 88. 21. 6. pro reaptatione Maceratoriorum, quas penitus hodiernus Epiſcopus impendere coactus fuit ad evitandum imminens Bonorum damnum, & quæ nequaquam comprehenſæ extiterant in peritia Cypriani, quæ ſolummodo deteriorationes ſupervenias poſt alias peritias reſultat ad recognovit & quamvis mentionem haberet de reaptatione Maceratoriorum Cannabis in modica ſumma ſc. 3. 81.; cum tamen pateat hanc peritiam reſpexiſſe unum ex tribus Maceratoriis Menſæ, non ex hoc inferri poterat, quod integra ſumma ſcut. 88. 81. 6. ab Arbitris admiſſa, pro omnibus aliis neceſſariis perfecto non eſſet.

Iidem eundem condemnandum ad ſc. 68. 76. 6. pro expurgatione Fovearum, quæ non reſpiciebat ſimplicem culturam Agri, aut
13 annuam fructuum collectionem, itaut ad eam teneri poſſint Coloni Menſæ, ſed uſum, & receptionem aquarum pluviarum ſluminum, ad quas Foveas expurgandas, utpote quia talis expurgatio reſpicit perpetuam utilitatem, & conſervationem Agri, Dominus fundi tenebatur, ut diſtinguendo tradit Bartol. in Leg. Tradu

27.

27 §. *Translatio ff. de ſeud. inſtruct.* , & *conſ. 193. num. 2. verſic. Si vero lib. 2.* Rum. *conſ. 88. num. 6. cum ſeq. lib. 2.* Cargan. *ad ſtatut. Mediol. cap. 300. num. 5.*

Handquaquam obſtante quod talis neceſſitas expurgandi ſupervenerit poſt Epiſcopatus dimiſſionem ab Epiſcopo de Urſis factam. Nam cum ex peritis de anno 1737. habeatur de replenione Foveorum jam a quatuor, aut quinque ab hinc annis, ad eam remittendam procul omni dubio tenebatur Epiſcopus Anteceſſor, qui tantum de anno 1734. Eccleſiam Cæſenatem reliquerat, ut apertius teſtabantur Periti ipſi Agrimenſores.

Pariqne modo patebat, eumdem condemnandum ad ſubrogationem Animalium, tempe Ovium, & num. 23, & num. Suum. Nam quidquid eſſet, quod in prædio *Leonardi* ſuſſent Oves in num. 9, cum uno Sue fœmina, & altero maſculini generis, & aliæ 14. cum uno Sue in alio Prædio, atque ita ſeorſim diviſæ Gregem non conſtituerent, ex ea Juris regula, quod pro Grege conſtituendo, cujus ſubrogationis obligationem inferret, ſaltem decem

14 Oves, & quinque Porci requirerentur, *ad Text. in L. Ovem ff. de abigeis §. Si Grex 18. Inſtit. de Legat.* & *in L. cum ſeq. 31. ff. quibus modis uſusfr. amit.* Rot. *deciſ. 2. num. 18*, & *19. tit. de uſufruct. cum Falcone*, ea placeret animadverſio, quod ſive Animalia prædicta Gregem conſtituerent,

15 ſint, ſive pro inſtructione fundorum inſervierint, omnino redintegranda erunt, prout in ſimilibus terminis Animalium fundorum inſtructioni deſervientium contra Hæredem Fideicommiſſarium dixit Rot. *cor. Mollin. deciſ. 1372. num. 7.*, & in terminis Beneficii Card. de Luc. *de Beneficiis diſcurſ. 84. num. 13.*, & *diſc. 138. num. 14.* Et cum agatur de Animalibus fructiferis, veniunt etiam in ſequelam fructus, qui juxta liquidationem a Jodicibus compromiſſariis factam utique percipi potuiſſent Rot. *in recent. deciſ. 291. cum alias cum duob. ſeqq. part. 6.*, & *ina. Falconer. deciſ. 2. num. 22. tit. de uſufruct.*

16

Pro eo autem, quod Comes de Urſis acceptare prætendebat, nempe abigendum non eſſe niſi ad præſtandum opera ſive factum ipſum reſtaurationem, qui præſtito, tempore quo adhuc commode præſtari poteſt, ab omni alia obligatione liberari debeat, *ad Text. in L. quotiens 81.*, & *L. non ſolum 113. de verb. obligat.*, ratione illius alternativæ quam habet debitor faciendi vel factum ipſum, vel pretium, &

17 æſtimationem præſtandi *ad not. in elucubration. de argel. Jes in 6. L. pleuenque 11. ff. de Jen Doli*. Fuerunt temperamentum *ab A. C.* prius admiſſum, nempe

18 demendi ex integra ſumma ſcut. 321 ratione proportionabilis lucri, quod percipere, ſi ſuis Animalibus, atque Artificibus opus illud præſtitum Comes explevet.

Abſque eo quod prodeſſet aliquid quod tam Epiſcopus Patruus, quam Comes ipſe uſque ab initio paratos ſe ſe obtulerint, reparationes illas per ſe ipſos explere, immo etiam, quod Artifices illuc miſiſſent, qui deinde ab Epiſcopo Succeſſore, ejuſque Miniſtris prohibiti fuerunt, ideo cum in mora non eſſent, & viceverſa ex parte ejuſdem Succeſſoris Epiſcopi ſteterit, quin eæ perfectæ fuerint, integrum eſſet Debitori præſtare factum, quod alias mora Creditoris prohibitum fuerat ne fieret, *ad Text. in L. quod ſi nolit 31. §. Si mancipium ff. de Ædilit. edict.* Nam præmiſſa replicatione ſuperius data, prohibitio evenerat ab non monitos Miniſtros Curiæ, ſed in eventum caſum ad evitandas ulteriores controverſias ſuper modo reparationum faciendarum oborientes, ſatis tam pro exceſſu pretii materialium, & operariorum, & pro ſuo Lucro, ſeu minori damno, Debitori pro æquo, & bono providebatur per illam *ab A. C.* demandatam condemnationem *ſcut. 321*, quam DD. *ſimiliter prorſus retinendam exiſtimarunt.*

Ultra hæc *ut admittendam eſſe cenſuerunt particulam fuctorum 188. pro rata omnium Menſæ Epiſcopalis Ultimi Anni, in quo Epiſcopatum dimiſſit ſolò exiitit*, quam Comes de Urſis nec impugnabat.

Et ita &c. utraque &c.

R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. NUNEZ.

ROMANA, SEU REGIEN. REPARATIONUM.

Veneris 26. Aprilis 1743.

ARGUMENTUM.

Agitur in hac, & ſequenti Deciſione de obligatione, quæ incumbit Hæredibus Beneficiati, ac Abbatis Commendatarii perficiendi Eccleſias, earumque bonorum Ædificia, ac Sacra Supellectilia, ſpectantia ad Abbatias ab eo poſſeſſas.

SUMMARIUM.

1 Juxta Cenſuram Sacrorum Canonum Beneficiati, ac Prælati obſtricti ſunt ad erogandos ſuos redditus in neceſſarias inſtaurationes tam Eccleſiarum, tam quorumcumque bonorum ad Beneficia pertinentium.

2 Maxime vero ubi concurrat diſpoſitio Beneficiati prædefuncti.

3 Conſtitutio Innocentii XII. revocat quæcumque privilegia, & Indulta, conceſſa pro exemptione a reparatione neceſſaria Ædificiorum ſpectantium ad Beneficia, eaque ad viam Juris remittit.

4 Indultum ceſſat tum ex facto contrario Indultarii, tum ex facto illius Hæredis.

5 Onus petendi emendationem damnorum a Beneficiato Anteceſſore, competit immediato, non mediato illius Succeſſori.

6 Ubi pro reparatione Eccleſiæ, ac Ædificiorum Beneficiorum, & Commendarum non ſufficiat tertia aut quarta pars redditnum, ſupplendum eſt ex ſuperextantibus fructibus.

7 Congrua ex fructibus Beneficii non competit illius Poſſeſſori, ſi non teneatur ad Reſidentiam, & aliunde ſit commode proviſus.

8 Solutiones Penſionum, aliæque voluntariæ perſectæ a Commendatario, calculandæ non ſunt in exitu ad ipſum liberandum ab onere opportunarum reparationum.

9 Sub nomine omnium Locorum Abbatiæ veniunt tam Eccleſiæ, quam reliqua Ædificia ad eas pertinentia.

DECISIO LXXV.

Inſignes Abbatias ſimul unitas *Beatæ Mariæ Virginis de Marolo*, necnon *Sanctiſſimæ Trinitatis de Campagnola* ſitas in Diœceſi Regienſi, quas anno 1605 ex dimiſſione clar. mem. Cardinalis Eſtenſis conſerri ſibi in Commendam obtinuerat clar. memor. Cardinalis Franciſcus Barberinus, & quas ſubinde per quadraginta duos annos ejus ſucceſſitæ ſupervenientie poſſederit, non diſſimili titulo Commendæ tanquam vacantes per ipſius obitum ſequutum anno 1738. ex Pontificia munificentia ſel. mem. Clementis XII. adeptus eſt Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Joſephus Accorambonus, qui cum Eccleſias, & Ædificia Abbatiarum, earumque omnes, & Sacra Supellectilia propter neglectas illarum reparationes gravibus ſumptibus indigentes repererit, & ob id redditus Abbatialium Bonorum longe imminutos, ac deteriores expertus fuerit, inſtare nihilominus non deſtitit penes Dominam Principiſſam Corneliam Barberini prædeceſſoris Cardinalis hæredem, ut recentitas Eccleſias, Supellectilia, & Ædificia ad Abbatias pertinentia reficeret juxta præceptum, voluntatemque defuncti, qui in Teſtamento hujuſmodi inſtaurationes quoad univerſas Eccleſias a ſe poſſeſſas hæreditariis expenſis demandaverat, & prout reſpectu Abbatiarum *Farfenſis*, *Sublacenſis*, *Cryptæ Ferratæ*, & *Sancti Michaelis Majoris* viguit cura Reverendiſſimi Creſcentii Executoris Teſtamentarii contigerat.

Sed cum injunctam, expetitamque reparationem quoad Abbatias *Maroli*, & *Campagnolæ*, veluti eadem nullatenus indigentes, præfata Hæres ſubire detrectaret, et idcirco opus fuit Eminentiſſimo Accorambono officio Judicis bene controverſiam abſolvere, itaque inſtructa coram A. C.

Furietto, hic ad ſummam Proceſſus remiſ ſorialis, vi ipſius Decreti in Partibus compilati, ac perituorum in illo contentarum præſeferentium expenſas reparationum Ædificiorum, & Eccleſiarum Abbatialium conſtare ſummam ſcutorum 3381. dd. hæ-
1 reditatem defuncti Cardinalis tum pro præfatis reparationibus jam taxatis, tum pro ulterioribus ſiment neceſſariis ad comparanda, ſeu reſarcienda ſacra Supellectilia deinceps liquidanda condemnavit, & reſpectivè mandata adverſus ipſam pro tali effectu relaxanda eſſe cenſuit, ſubductis unice ſumptibus concernentibus refectionem Palatii Abbatialis, necnon detractis ſcutis 64. pro Clementia a dicto Cardinali ad perficiendas reparationes collectis, & poſt ejuſdem obitum repertis, ac reſervatis Hæredi aſſertis Juribus coram R. P. D. Theſaurario experiundis pro ſummis ad defunctum pertinentibus, & ab hodierno Abbate Commendatario in vim ceſſionis Cameræ Apoſtolicæ, ſive Spoliorum Congregationi exactis, Delataque Cauſa in gradu Appellationis ad hoc Supremum Tribunal, idem fuit hodie ſen ſus Dominorum, qui a me interrogati an *&c., & pro quo ſumma exactae ſit Credito, non ſit relaxandum Mandatum in caſu &c. =*, ſuſpenſa ſolum reſolutione quoad refectionem Palatii Abbatialis, de cujus reparatione, & uſus utilitate concludenter hucuſque non apparebat, reſcribendum duxerunt = *QUOAD PALATIUM DILATA, ET COADJUVENTUR PROBATIONES, IN RELIQUIS AFFIRMATIVE JUXTA MODUM, MENTE AD FORMAM SENTENTIÆ A C.*

Creditum namque controverſiarum reparationum Abbatiarum *Morole, & Campagnole*, & Sacrarum earundem Supellectilium, cæterorumque ruralium Ædificiorum, pro quo moderni Commendatarius agebat, poſita hujuſmodi reparationum neceſſitate a recenſito Proceſſu Remiſſoriali, Peritorumque recognitione emergente, ex duobus æque perſpicuis Titulis indubitatum in genere viſum fuit, nempe ex ceſſione
2 Sacrorum Canonum, juxta quam omnes Beneficiati, aut Prælati obſtricti manent ad erogandos ſuos reddítus in neceſſarias inſtaurationes tum Eccleſiarum, tum quorumcumque Bonorum pertinentium ad Beneficia, ſeu dignitates ab iis poſſeſſis, ut probant *Text. & Gloſſ. in Cap. Determinimus 10. quæſt. primo Cap. Vobis cauſ. 12. quæſt. 2. & Cap. Ut hi de Relig. domib.*, quos in propoſito allegant Ricc. *in Praxi For. Eccleſ. part. 4 reſolut. 347. num. primo & ſeqq.* Barboſ. *de Jure Eccleſ. lib. 1. cap. 4. num. primo* Clericat. *de Benefic. diſſert. 45. num. 1. & 3. &* Rota *in Caſonten. Penaulaclia, ſive Deterlevationum 7. Maii 1742. §. Non impugnabatur, & per tot. coram R. P. D. mei Taverna*, itemque aperte præſcribit Conſtitutio ſan. mem. Leonis X.

impreſſa *in Bullar. tom. primo in Conſtitut. 7. §. 22.*, & ex pia expreſſa diſpoſi-
2 tione Cardinalis Franciſci Barberini, qui mortis proximus ponderans, atque præ oculis habens malum Statum Abbatiarum ſibi commendatarum, in ſuo poſtremo Teſtamento præcepit = *Che il mio Eſecutore faccia ſubito ſeguita la mia morte eleggere perſona a ſuo arbitrio, a ſpeſe della mia Eredità, che debba portarſi in tutti i Luoghi delli miei Badie, e riconoſcere ciò, che manchi, & troverà, che le Chieſe ſiano riſtaurate, e riſarcite a mia conta, perchè così &c. =*, cujus proinde voluntas ſervanda erat. *Leg. cum quidam Cod. de neceſſ. hæred. inſtitut. Leg. nemini Cod. Theſ. ul. & Auth. de hæred. & falcid. in fin. &* Rota *coram Molines deciſ. 621. num. 44. & deciſ. 1110. num. 98*

Inani autem conatu pro declinanda cenſura Sacrorum Canonum progrediebatur Pontificium Indultum Cardinali Franciſco Barberino a ſan. mem. Alexandro VIII. conceſſum, ex cujus ampla tenore ſe potiebatur facultate, & arbitrio diſponendi de univerſis redditibus Eccleſiaſticis, & expreſſe, ac ſpecifice de portione, quæ vel de Jure, aut ex lege Apoſtolicarum quarumlibet proviſionum in neceſſarias Ædificiorum reparationes, & quæſivit aliqu pos uſui converti, & erogari debuiſſet. Ultra quod enim Indultum, quodcumque fuerit, in hac parte abrogatum dicendum erat a ſucceſſiva Conſtitutione ſanctæ memoriæ Innocentii XII. in peculiari ejus
3 Bullario impreſſa *Conſtitut. 31.*, quæ privilegia hujuſmodi revocavit, & ad viam Juris redegit, itaque eandem etiam præfatum Indultum, veluti cadens ſub dicta revocatione, ad diſponendum inefficax remanſit, ut in ſimilibus firmavit Rota *coram Cerro, deciſ. 937. num. 3. & coram Emerix Jun. deciſ. 1 . . num. 6.* Præterea nitebatur, quod de hujuſmodi Indulto nulla penitus ratio haberi poterat tum ex facto defuncti Cardinalis, qui, eo non obſtante, in ultimo Teſtamento reparationem Abbatiarum injunxit, & ſic Indultum inutile reputavit *leg. 1. ubique DD. ff. de Nautic. Auth. cauſis 18. num. 4. lib. 2.* Rota *in Rom. deciſ. 132. numer. 8. par. 19. & coram Molines deciſ. 104. numer. 4. deciſ. 217. num. 3. & deciſ. 1310. numer. 13.*, tum quoque ex facto Hæredis
4 Rem conventam qui adhærens dicto Præcepto proprio Auctoris vigili cura Executoris Teſtamentarii cæteras Abbatias ab eo poſſeſſas juxta indigentiam reficī permiſit, & ita inefficaciam dicti Indulti ſua quoque implicita confeſſione approbavit ex animadverſis per Rotam *in Recent. deciſ. 163. num. 21. & deciſ. 327. num. 6. & ſeq. par. 15. deciſ. 152. num. 13. par. 17. & coram Molin. deciſ. 734. numer. 1. & deciſ. 903. num. 21.*

Ne-

Neque diſſendi infirmitate, detecta Inſeliti inſubſiſtentia replicabatur Cardinalem Franciſcum Barberinum, vel ſaltem immunem ab onere reparandi haſce Abbatias *Mirolæ & Campagnolæ*, eo quod earundem dilapidatio contigerit penes Cardinalem Eſtenſem Anteceſſorem, & ex ejus mala adminiſtratione proceſſerit, vel etiam poſita in ipſo obligatione conficiendi præfatas reparationes, exuberanter eidem ſatisfeciſſe ex quo illarum Abbatiarum proventus non ſolum ultra quartam, ſed tantum illarum partem in Eccleſiarum commodum atque indemnitatem ultra congruam ipſi debitam in dictam cauſam reparationum impenderit. Primum namque contrarii aſſumpti caput ſubmovebat prævalida ponderatio, quod deteriori præfatarum antiquo ſtatus, negligentiæque Cardinalis Eſtenſis in adminiſtratione Bonorum Abbatialium nulla concludens probatio afferebatur; quinimo, cum ex ipſomet Codice ber Cardinalis Franciſci Barberini aſſumeret, aliorum ſtatum tempore collationis, tum ſucceſſive per eundem peractos, vel veteri Intorium reſpondiſſe, vel ſaltem pinguiores hodierno redditu, præſumptio erat, eorundam diminutionem, malumque ſtatum Bonorum Abbatialium tempore illius diuturnæ poſſeſſionis protractæ ad quadraginta duos annos ſupervenisse. Quodque etiam poſita aſſerta deteriorate penes præfatum Cardinalem Eſtenſem, onus pe-
5 tendi emendationem damnorum, Cardinali Franciſco Barberino, uti immediato ſucceſſori incumbebat, cujus proinde hæres nequibat in modernum Abbatem Commendatarium tale gravamen refundere, poſtquam per lapſum ſubſequutæ quadragenariæ actio expoſcendi neglectas reparationes a Patrimonio Cardinalis Eſtenſis minus recte expetibilis facta fuerit, ut in *Text. in Cap. Ex quarta, Cap. Illud, & Cap. Cum preſcriptio* ad Turricel. *de Reb. Eccl. non alienan. cap. 28. num. 15.*

Alterum vero præmiſſi objecti caput æque faciliter diluebatur conſiderando, quod, quidquid eſſet de portione redituum pro manutentione ſuarum Abbatiarum per Cardinalem Franciſcum impendenda, at quæ de Congrua ſuper eiſdem ei debita;
6 cum de Jure, ſi tertia illorum pars aut reſpective quarta non ſufficiat pro reparandis Eccleſiis, & Ædificiis ad Beneficia, & Commendas pertinentibus, majori eorum neceſſitati indigentiæ ex ſuperantibus fructibus ſit ſupplendum, ut de tertia per *Text. in cap. 1., & 4. de Eccl. Ædific.* tradunt Amoſtaz *de Cauſis Piis lib. 5. cap. 6. num. 26.* Ricc. *in Praxi dict. part. 4. reſ. 341.* per tot. & Rota *in Savonen. Reſtaurationis Parochial. Eccleſiæ 8. Maii 1709. § Poſita*, coram clar. mem. Cardinali Santo, & de quarta tenent Ettam. Secundat.

hor. *de Offic. & Poteſt. Paroch. part. 1. cap. 13. num. 2.* Lotter. *de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 23. num. 15. & ſequen.*, & *lib. 1. quæſt. 12. num. 15. & 18.* Ventrigl. *in Praxi. tom. 2. annot. 16. num. 36.* & Piton. *Diſceptat. Eccleſ. 20. num. 40.* Et dicta Congrua Beneficiato non reſidenti,
7 itemque aliunde commode proviſo, præterita ad hujuſmodi neceſſitatem Eccleſiaſticorum Bonorum conſervationem non competat, & ad rem firmant Barbos. *de Offic. & Poteſtat. Paroch. part. 1. cap. 13. num. 2. & ſeqq.*, & *ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 7. de Reformat. num. 6.* Sperell. *deciſ. 67. num. 4. & ſeqq.* Pannmoll. *deciſ. 15. num. 21.*, & *ſeqq.* Monacell. *Form. Eccleſ. tit. 15. num. 16.* Rota *in Nucerina Congruæ 30. Junii 1731. & 19. Aprilis 1734.* coram R. P. D. mea Calcagnino Decano.

Calculum utque exhibitur ab Herede ad demonſtrandum, quod Cardinalis defunctus in reficiendis Eccleſiis, & Ædificiis Abbatiarum *Mirolæ & Campagnolæ*, eorundem reddittus longe ultra tertiam aliquam partem, & ultra congruam eidem tam aggravaret, id nullo pacto probare dicendus erat; cum conſtitoto Abbatiarum integra per totum tempus ipſarum retentionis in *Scutis* 73. *millium*, & ultra ſola parte *Scutatum ſex millium* lineatas in præcitatas reparationes converſas integro hoc toto intervallo dignoſceretur, & ideo annuus Abbatialium proventuum in dicto Calculo introitu contrapoſitus ad ſummam fere *Scutorum* 37. *millium* aſcenderet, quia in ipſo inter expenſas, annuæ penſiones *Scutorum* 1500. favore Cardinalis Prædeceſſoris, & poſtea Ducis Eſtenſis relaxatæ, necnon aliæ *Scutorum* 500. a Cardinali Franciſco Barberino aliis, mem Cardinali de Gotti voluntaria ſolutæ non prætendebatur, quæ calculatæ in exitu non poterant ad liberandum Commendatarium
8 ab onere opportunas explendi reparationes, & ad inferendum præjudicium portioni de jure in eaſdem illarum impendendæ, nec in diverſos uſus erogabili juxta *Text. in Cap. de Reddituum*, *Cum Nos 11. quæſt. 2.* Barboſ. *de Offic. & Poteſt. Paroch. part. 1. cap. 13. num. 11.* Sperell. *deciſ. 67. num. 2. in fin.* & Rota coram *Ludoviſ. deciſ. 113. num. 4.*

Et pro uberiori ultarum remotione utenſque relati objecti Partis, recurrebat expoſita animadverſio, quod cum defunctus Cardinalis in Teſtamento reparationes ſuarum Abbatiarum diſtente expenſis hæreditariis injunxerit, ejuſque mens quoad quatuor Abbatias abſolutum complementum obtinuerit, id ſufficiebat, ut hodie nulla ratio per decernenda aliarum refectione qua cumque exceptionem habenda eſſet, & toto inſtare liceret, Cardinalem nunquam ignoraſſe a ſe, aut hærede aut forte oppori poſſe, ſed una ſimul, &

 ipſum

ipſum, & hæredem Ittelantem earumdem exceptionem aut in Facto, aut in Jure prænoviſſe, eo ipſo, quod præfatus Cardinalis, ut non obſtaultbat, Exequtori præcepit, ut ſtatum univerſis ſuæ Eccleſias hæreditariis expenſis reſtauraret, quodque Heret per dictum Exequutorem, exceptis in *Marole*, & *Campagnola*, omnes alias reaptari paſſi fuit. Haud ſubſiſtente, quod idem Cardinalis Eccleſiarum dumtaxat refectionem, non cæterorum Ædificiorum præſcripſerit, quia dum voluit, perſonam pro tali effectu ab Exequutore Teſtamentario eligendam debere accedere ad omnia loca ſuarum Abbatiarum, ia augnitoque eo, quod in eiſdem deſſet, demandare Eccleſiarum reparationes, negari haud poterat, quin ſub nomine omnium locorum ſuarum Abbatiarum tum
9 Eccleſias, tum aliqua Ædificia ad eas quomodocumque pertinentia ſub generali hoc præcepto comprehenderit juxta deducta per *Barthol. in Leg.* & *ff. de annui.* *Gravett. conſil.* 308 *num.* 6 *Rota in Recent. dec.* 417. *num.* 1 *part.* 4 *tom.* 2, & *coram Falconer. de Aerat. decif.* 19 *num.* 3.
Conſtabilito autem his omnibus Cardinalis hujuſmodi reparationem in genere, cum beneficio Proceſſus in noſtrali, & Peritorum in ipſo contentorum, expendiſſe necceſſitatæ ad reficiendas ſolas Eccleſias, & Ædificia rurália, nec non Palatium Abbatiale *Marolæ* inquantitatem *Scutor.* 3361. 66. liquidatæ concorditer remanſerunt, conſequens erat, quod pro nunc, damptus ſumptibus dicti Palatii reparationi tribuitis reſpectu quorum *in Diæta* ut reſeraptum fuit, nec non detractis *Scutis* 64. pro pretio cæmentorum relictorum a Cardinali Franciſco Barberino, in dicta reliqua ſumma prout in alia pro comparanda, reficiendisque ſacris Supellectilibus a Peritis deinceps liquidanda, de dicto Credito reparationum conſtaret, & pro ut aſſet relaxandum Mandatum adverſus dictum Suam hæreditatem, prout Iudex primæ Inſtantiæ pronuntiavit, abſque eo, quod a relata quantitate ſubſidiari ulterius deberent aliæ ſummæ da mandato datandi Cardinalis in hiſce reparationibus erogandæ, quas velut cadentes ſub ejus Spolio, in vim ceſſionis Cameræ Apoſtolicæ hodiernus Abbas Commendatarius exegit, dum quod hac ſumma DD adinvenerat, ſatis contoli Heredis indemnitati, reſervando ad formam Sententiæ A. C. Furiatto jura ab eadem prætenſa, & in ſuo congruo Judicio coram R. P. D. Theſaurario experienda.

Et juxta hunc modum utraque &c.

R. P. D. CAPRARA.

E A D E M.

Veneris 4. Martii 1746.

A R G U M E N T U M.

Habes in antecedenti Deciſione, quæ hic confirmatur.

S U M M A R I U M.

1 Beneficiatis, R-Sonibus, & Prælatis incumbit onus erogandi redditus Eccleſiaſticos in neceſſariam conſervationem, & reſtaurationem Eccleſiarum, & bonorum ad Beneficia, ſeu Dignitates pertinentium.
2 Illis hujuſmodi onus in vita non adimplentibus, adgendi ſunt eorum Hæredes.
3 Multoque magis ſi ad id accedat & neſicuti defuncti diſpoſitio Teſtamentaria.
4 Innocentius XII. abrogant, & ad ordinariam formam reducit quæcumque Indulta, conceſſa Cardinalibus, excedantia limites ordinariæ facultatis teſtandi.
5 A primordio tituli, poſterior determinatur eventus.
6 Non eſt in libertate Poſſeſſoris Beneficii reſtringendi obligationem reparandi Eccleſias & alia bona ad eas ſpectantia.
7 Agi non poteſt contra Anteceſſorem Beneficiatum pro expenſis neceſſariis ad reparationem bonorum Eccleſiæ, non probata illorum deterioratione de tempore Præceſſoris.
8 Onus agendi contra Beneficiatum anteceſſorem pro deterioratione bonorum, ſpectat ad immediatum Succeſſorem.
9 Beneficiato non obnoxio obligationi reſidentiæ, ut aliunde congrua proviſa lucta nisi onus reparandi bona Eccleſiæ, etiamſi impenſa eroganda accedit tantum, aut quartam partem annuorum fructuum.

10 Non

Digitized by Google

10 Non admittitur compenſatio ex defectu extremorum habilium.

11 Hæres Abbatis Commendatarii tenetur ſubire onus ſolvendi ſumptus neceſſarios ad reparationem Abbatiarum, ut idem pleniùs juridica obligatio, ac voluntas diſponentis.

DECISIO LXXVI.

AD tertium ſuderemaxe, uti ſuffectus in locum bon. mem. Nunz revocavi Deciſionem per ipſum die 26 Aprilis anni 1743 emanatam, cujus fundamenta cum inconcuſſe ſubſiſtere DD. fuerint in compertis = *IN DECISIS* = propterea reſcripſerunt.

Innotes liquidem in Cauſa emanente Facti ſpecie fuſè enarrata in Deciſione, quæ revidetur, quod nempe clar. mem. Cardinalis Franciſcus Barberinus, qui ad annos quadraginta duos titulo Commendæ poſſedit Inſignes Abbatias ſimul unitas *Beatæ Mariæ Virginis de Marola, & Sanctiſſimæ Trinitatis de Campagnola* in Diœceſi Regienſi ſitas, ſacta tectaque ſervare neglexerit Eccleſias, & Ædificia Abbatiarum, earumque omnibus, & Sacra Supellectilia ita quidem, ut hæc omnia neceſſaria reparatione, & refectione indigentia reliquerit, ut conſtat ex Proceſſu remiſſoriali per Judicem ab A. C. in partibus Inſtantia ſubdelegatum compilato.

Conſequebatur inde, quod Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Accorambonus immediatus Succeſſor in Commenda earumdem Abbatiarum, jure, meritoque prolelet a Domina Principiſſa Cornelia Barberini Cardinalis Franciſci prædeceſſoris Commendatarii Hærede, ſumptus ad præfatas reparationes, & refectiones neceſſarias juxta ſummam inſtrumentis explicandam. Cum enim ſit exploratum, quod omnibus Beneficiatis, aut Rectoribus vel Prælatis ſecundùm Canonicas Sanctiones præcipuum 1 incumbat onus erogandi reditus Eccleſiaſticos in neceſſariam conſervationem, & inſtaurationem Eccleſiarum aliorumque Bonorum ad Beneficia, ſeu Dignitates ab ipſis poſſeſſa pertinentium, ut ſtatuitur in *Cap. Decrevimus 10. quæſt. prima*, ibique Gloſſ. *Cap. Volumus 12 quæſt. 2*, *& in cap. de his de Eccleſ. ædificand.*, & in Conſtitut. San. Mem. Leonis X. *incipien. in Bullar. tom. primo Conſtit. 7. §. 11.* Gonzalez *in cap. primo de Eccleſ. ædificand. num. 5. & tribus ſeqq.* Ventriglia *in prax. part. 1. adnotat. 18 §. Diet. num. 1. 2 7 10. & ſeqq.* Panimoll. *in adnotat. primo ad deciſ. 15. num 17.* Thomas *deciſ. 51 num. 3* Rot. *deciſ. 407 num 1. p. 11., & deciſ. 490. num 1. coram Emerix. Jun., & in Caſtaritan. Penſionis, ſeu Deteriorationum 7. Maii 1742 §. Non impugnabatur, & per tot coram Emo Domino Cardinali Tanario*, & cæteris relatis concordantibus firmat Deciſio quæ revidetur *§. 4* Deficiente ideirco hujus obligationis implemento, ad pendi utique 2 erat Hæredibus Cardinalis Franciſci ad emendationem damni illati propter omiſſam opportuno tempore neceſſariam inſtaurationem Eccleſiarum, aliarumque rerum ad eaſdem Eccleſias ſpectantium, juxta *Text. in Can. Quicumque 12. quæſt. 4*, ibique Gloſſ. *verb. Aut ecclefiam* Archidiach., Billonius, & Barboſ. *num. 1. & ſeqq. cum aliis adductis per Fagn. de Juſpatronat. tom. 1. cap. 4. ſeſ. 11. num. 5., & 6.* Franceſ. *de Eccleſ. Cathedral. cap. 13 num. 31. & duob. ſeqq.*

Eoque certius in præſentis ſpecie, propterea quod ipſemet Cardinalis Franciſcus morti 3 proximus in poſtremo ſuæ voluntatis, cum qua deceſſit Elogio, ſimul advertens ad malum ſtatum Abbatiarum ſibi ipſi commendatarum, atque propriam obligationem agnoſcens, eam implere curavit, annua pænitentia Exequutoris Teſtamentario per ipſum deſignato, ut ſumptibus hæreditatis reſiceret, inſtauraret, atque ſarciret Eccleſias, & Bona omnium Abbatiarum per eundem Cardinalem Franciſcum poſſeſſarum. Quamobrem, & Juris diſpoſitioni conſona quoque eſt Cardinalis Franciſci voluntas, quæ religioſè ſervari debet ex jurib. relatis in Deciſione quæ revidetur *§. Creditum in fin.*, manifeſtè patet, quod illius hæreditas ex duplici capite obnoxia remaneat oneri ſolvendi debitum de quo agitur, virtute ſcilicet obligationis legalis, & expreſſæ voluntatis diſponentis, quæ Juris diſpoſitionem roborat atque confirmat, novumque vinculum inducit, ut advertunt Alex. *in leg. Filius familias 118. §. Divi II. 2. ſub num. 1. circa med. ff. de legat. 1.* Natt. *conſ. 48. num 16., & ſeqq.* Rota *deciſ. 115. num. 11. cor. Ottobon.*

Atque hinc fruſtra ad declinandam hanc efficientiſſimam obligationem opponebatur Indultum a San. Mem. Alexandro VIII. Cardinali Franciſco Barberino elargitum, diſponendi memorum de omnibus Eccleſiaſticis redditibus, & præcipue de eorum portione quantumvis de Jure ſuiſſet eroganda in neceſſarias Ædificiorum reparationes, & in alios pios uſus convertenda. Quoniam nequaquam hæſitarunt DD. quin Indultum hujuſmodi, utpote extraordinarium, & extrib tanta comprehenſum fuerit ſub cenſura Conſtitutionis ſucceſſive per viam legis univerſalis editæ a San. Mem. Innocentio XII, qui ſimulque

obro-

abrogavit, & ad formam ordinariam reduxit quæcumque Indulta teſtandi non-
4 nullis S. R. E. Cardinalibus conceſſa, ſtatuendo, ut omnibus, utpote pari dignitate præfulgentibus, paria eſſet atque communis una, eademque teſtandi facultas, ſecundum formam a Conſtitutionibus Apoſtolicis præſcriptam, ut clare patet ex literis dictæ Conſtitutionis impreſſæ in particulari Bullario laudati Summi Pontificis *in ordine 104, & in Bullar. nov. in ordine 68 tom 9*, per neceſſe conſequitur, quod ea ipſa abolverit, atque deleverit Alexandrinum Indultum peculiariter Card. Franciſco Barberino conceſſum, utpote quod excedebat limites ordinariæ facultatis teſtandi omnibus S. R. E. Cardinalibus communis, ut obſervat Deciſio quæ revidetur *§ Imo etiam*, & optime ad rem docent Felin *in cap. Nonnullis de Reſcript.* Card. Albit penes Card. de Luc. *de Jurisdict. diſcept. 2 quæſt. 9. num. 8 & ſeqq.* Rot. *deciſ. 390. num. 5. in Brutii tom. alter. cum aliis ... 1190. num. 4. & ſeqq. coram Lancet.*

De qua ſane Indulti abrogatione nec etiam hæſitaſſe ipſummet Cardinalem Franciſcum liquido deprehendebatur ex proprio illius facto, demandatæ in ultimo, cum quo deceſſit, Teſtamento reparationis, & Inſtaurationis omnium Abbatiarum, juxta uniuſcujuſque indigentiam, Hujus nod... quippe præceptum clare patefacit, quod Cardinalis ideo fuit ſolicitus, ut propriis ſumptibus fierent prælatæ reparationes, quia optime prænoverat Alexandrinum Indultum vi ſubſequutæ revocationis, & abolitionis effectu vacuum evaſiſſe. Id quod facto ſuo comprobavit quoque Domina Princeps ſſa Cardinalis Franciſci Hæres, quæ Teſtatoris præcepto obſequendo, Inſtaurationi, & Reparationi cæterarum Abbatiarum, vigili cura Executoris Teſtamentarii per ejus conſenſum proſpexit, ut firmat Deciſio quæ revidetur *§ Imo etiam*,

Neque vero onus reparandi, & inſtaurandi Bona, & res Abbatiarum adeo arcte per Cardinalem impoſitum detorqueri poterat, ut perperam contendebatur, ad actum voluntariæ liberalitatis, & largitionis, eamdem inferendo, quod cum Cardinalis Franciſcus Eccleſiarum reparationem dumtaxat demandaverit, illius Hæreditas nonnisi debere obnoxia ad præſtationem ſumptuum in neceſſariam Eccleſiarum reparationem erogandorum. Quoniam ejuſmodi exceptio in neutra ſui parte ſubſiſtit. Non quidem in prima, quia cum in Teſtamento nullum habeatur verbum, nullumque appareat ſignum voluntatis exercendæ liberalitatis, & per contrarium de medio ſublato Alexandrino Indulto, certum Canonum cenſura obnoxium dubio procul demonſtret Cardinalem Franciſcum obligationi reparandi, & inſtaurandi Eccleſias, & Bona Abbatiarum ſibi ipſi commendatarum, ſolum demandatam reparationis referamus oportet ad præcitatam neceſſitatem implendi legalem obligationem, ad quam Cardinalis Franciſcus tenebatur, non autem ad cauſam voluntariam exercendæ liberalitatis, quippe
5 quia juxta notam regulam a promodio Tituli poſtulatur determinatum eventus, ut per *Text. in leg. ... verſ. Nulla*, ibique *Gloſ. verb. Prinardiom Cod. de impone. ... ...* Rot. *... num. 7. & deciſ. ... & deciſ. 705. num. 16. & deciſ. 1190. num. 6. coram Malis.*

Minuſque conſiſtit exceptio in ſecunda parte ſtabiliſſe, tum quia non erat in poteſtate
6 Cardinalis Franciſci generalem obligationem a Jure promanantem reparandi nedum Eccleſias, ſed etiam alia Bona inſtauratione indigentia, ad Eccleſiarum reparationem tantum reſtringere, & limitare, tum etiam quia mentem Cardinalis Franciſci fuiſſe conſentaneam Juris diſpoſitioni, ut ſcilicet repararetur, & inſtauraretur quidquid neceſſaria reparatione indigebat, manifeſte deprehenditur ex illius Teſtamentaria diſpoſitione, cujus literam, & ſpiritum perpendit Deciſio bo. me. Nunez *§ Credimus, & § Et pro abenim verſ. Haud ſubſiſtebat.*

Quibus ita ſtabilitis nec hæſitatur, in hac ſtudio indecimabile onus reparandi Eccleſias, & Bona Abbatialia, ſuis contendebatur in Cardinalem Eſtenſem Abbatem Commendatarium, earum Abbatiarum, de quibus agitur Commenda, immediate ſucceſſit Cardinalis Franciſci Barberini. Nam in
7 primis nulla concludens fuit allata probatio aſſertæ deteriorationis Eccleſiarum, & Bonorum Abbatialium procedentis ex negligentia Cardinalis Eſtenſis, quinimo documentum contrarium reddi tamen, quod accidiſſe conſtitit poſt diuturnam quadraginta duorum annorum poſſeſſionem earumdem Abbatiarum penes Cardinalem Franciſcum, potius ſuadebat, Bona Abbatialia rideteri ut abreſſe ob negligentiam præfati Cardinalis Franciſci, ut obſervat Deciſio bon. mem. Nunez *§ Nique* Præterea etiamſi ſupponeretur, Eccleſias, & Bona Abbatialia reparatione, & inſtauratione indigentia devenisſe ad Cardinalem Franciſcum, adhuc ipſe ſolutus dici non poterat obligatione reparandi, licet agere
8 potuiſſet adverſus Hæreditatem Cardinalis Eſtenſis pro aſſequenda illorum damnorum emendatione, ut advertunt Frances *de Excleſ. Cathedr. cap. 13. a num. 28. ad 34.* Ventrigl *in prax. part. 2. adnot. 18. § unic. num. 37. & ſeqq. ... conſtat*, abſque eo quod onus hujuſmodi perſequendi Patrimonium Cardinalis Eſtenſis per Hæredem Cardinalis Franciſci hodie poſſit refundi in Eminentiſſimum Abbatem Com-

Commendatarium Succeſſorem, præcipue poſt lapſum quadrigentiæ, ut firmat Deciſio, quæ revidetur, dicto §. *Neque*.

Similique modo prodiſſe neutiquam poterat conſequium ad fructuum per Cardinalem Franciſcum perceptorum tenuitatem, atque etiam ad impenſas per ipſum in meliorationum confectione commodo Abbatiarum erogatas, quæ compenſari prætenduntur cum damnis illatis. Quoniam enim attinet ad fructuum moduitatem, hæc in facto non ſubſiſtebat, ad affectum de quo agitur, quia Cardinalis Franciſcus ſpatio annorum quadraginta domini percepit fructus exuberantes, quos erogare tenebatur in neceſſarias inſtaurationes & reparationes Eccleſiarum, & Bonorum utriuſque Abbatiæ, abſque eo quod ejuſmodi obligatio coerceri poſſit intra cancellos quartæ, vel tertiæ partis eorumdem fructuum, cæteroquin per Cardinalem Franciſcum in hanc cauſam non erogatæ, propterea quod Beneficiato obli-
9 gationi reſidentiæ nequaquam obnoxio, atque aliunde commoda proviſo incumbit omnes erogare fructus Eccleſiaſticos in neceſſitates Eccleſiarum, & bonorum reparationes, etiamſi impenſa erogandi quartam, vel tertiam fructuum partem excedat, & congruam, quæ Beneficiato non reſidenti minime competit, abſorbeat, ut late demonſtrat, & ſolide firmat Deciſio bonæ mem. Nunez §. *Alterum, & ſeqq.*

In eo vero, quod pertinet ad aſſertam compenſationem, & hæc ideo concidebat, quia quidquid Cardinalis Franciſcus impendit commodo Abbatiarum longiſſimo quadraginta duorum annorum ſpatio per ipſum poſſeſſarum, ceſſit in partiale implementum propriæ obligationis reparandi, & conſervandi Eccleſias, & Bona ſibi commendata. Unde a toto genere excitatur, & exturbatur erit illatio aſſertæ compenſationis, quia ſi Cardinalis Franciſcus in parte implevit propriam obligationem, nihil de ſuo contulit in Abbatias; ſi autem Abbatiæ nihil unde ultra ſupra judicatam obligationem a Cardinali Franciſco perceperunt, deficit utique ſubjectum compenſabile cum damnis, quæ emendanda ſuperſunt pro totali implemento indeclinabilis obligationis, ut
10 pro excluſione compenſationis ex defectu extremorum habilium firmant Tonſ. *Var. tit. 7. quæſt. 21. num. 17. tom. 1. Rota deciſ. 296. num. 1. part. 8. Recen. deciſ. 348. num. 6. ibi. Laurent*

Cæterum fruſtra proponebantur negligentia Cardinalis Eſtenſis Abbatis Anteceſſoris, fructuum modicitas, & aſſerta compenſatio è conſpectu voluntatis Cardinalis Franciſci, qui ſimulitque in Teſtamento inter demandavit reparationes, & inſtaurationes omnium Eccleſiarum, & Bonorum pertinentium ad utrasque Abbatias per ipſum poſſeſſas, optime prænoveſſe demonſtravit ſummatem propriæ obligationis nullatenus abolibilis per unaues exceptiones ſuperius confutatas: quarumque ad exuberantiam quoque proſiciat factum ipſi ut Hæredis Bonæ conventæ, quæ, ſicuti conſenſit in ſumptibus hæreditatis reparationes omnes alias Abbatiæ per Cardinalem Franciſcum poſſeſſæ, ita ex identitate rationis, ut in omnibus, & pac
11 omnis impleatur juridica obligatio, & voluntas diſponentis ſubjiciatur omnis ſolvendis ſumptibus neceſſariis ad reparationem Abbatiarum, de qua agitur, ut obſervat Deciſio quæ revidetur § *hi per adverſari*.

Conſtito itaque ex his de meodito controverſiarum reparationum in genere, approbandam cenſuerunt DD. liquidationem conſtabilitam in Deciſione bon. mem. Nunez, §. *final.* Cum enim ex proceſſu ſemiſſiali, & Peritus in eo contentis conſtiterit, impenſas neceſſarias ad reparandas ſolas Eccleſias, Ædificia rurali, & Palatium Abbatiale Marolæ aſcendere ad ſummam ſcut. 3361. 16 Facta pro uno ex ea, ſubductione ſatæ ſumptuum qui fuerunt liquidati pro reparatione prædicti Palatii Abbatialis, reſpectu cujus particulantes diſceptatum fuit ſeparato dubio, ademptiſque it. dum ſcut. 64. pro pretio cæmentorum, quæ præparata reliquerat Cardinalis Franciſcus Barberinus, juſti itaque apparuit, adeoque confirmatione digna relaxatio Mandati contra Bona hæreditaria ejuſdem Cardinalis Franciſci tum pro reſidua ſumma debitum ſcut. 3301. 06, tum etiam pro illa ſumma à Peritis liquidanda quoad Sacri Supellectilia comparanda, & reficienda.

Abſque eo quod ad minuendam deſignatam ſummam ſuperius liquidatam prodeſſe valuerit exceptio æquitabilis compenſationis cum ea pecuniarum quantitate in ſumma ſcut. 1. 506 per Eminentiſſimum Acciamboranum, qua Colloctarum Cameræ Apoſtolicæ exacta poſt obitum Cardinalis Franciſci Barberini a Conductore Bonorum Abbatialium. Quoniam cum hujuſce compenſationis exceptio involvat indaginem a præſenti Inſpectione penitus extraneam, an ſcilicet pecuniæ prædictæ jure ſpolii ſpectarent ad Cameram Apoſtolicam, nec ne; abſtinendum putarunt DD. ab hujuſce quæſtionis cognitione, de qua diſceptandum erit in ſuo congruo Judicio, vel adverſus eamdem Cameram, vel contra Ceſſionarium, Unde ſatis conſultum eſſe exiſtimarunt Indemnitati Hæreditatis Cardinalis Franciſci, illis eidem præſervando Jura, ut ſupra experienda, ut dictum fuit in Deciſione, quæ revidetur §. *final.* ad quam per DD. habita fuit omnimoda relatio.

Et ita &c. utraque.

R. P. D.

Google

R. P. D. DE VAIS.

BAREN. JURIS FUNERANDI.

Veneris 29. Novembris 1743.

ARGUMENTUM.

Religioſe ſervanda ſunt Pacta Conventa in limine Fundationis Conventus, de Cruce non elevanda in Funere, in quo intervenit Capitulum, non attenta aſſerta inobſervantia: itemque decet cuſtodiri alterum pactum, quo ſoli Capitulo reſervata ſit poteſtas Sacra faciendi ſupra Cadaver; quod tamen ita intelligendum eſt, ut procedat ubi intervenit Capitulum, non ita vero ad Aſſociationem accedentibus Capitularibus uti ſingulis.

SUMMARIUM.

1 Pacta conventa in limine Fundationis Conventus ſervanda ſunt. & num. 7.
2 Reſtitutio in integrum denegatur conſtito de læſione.
3 In aſſociatione Cadaverum ſola dumtaxat Crux Eccleſiæ tumulantis eſt elevanda.
4 In concurſu Teſtium, ii præferendi ſunt, qui ſcientiam recipiunt a pacto in concordiam redicto.
5 Epiſcopus bene informatus præſumitur de iis, quæ fiunt in Eccleſiis ſuæ diœceſis.
6 Conſ[illegible]tio Patris non eſt extendenda de caſu ad caſum.
7 Pacta Conventa in Fundatione Conventus patere tenentur Religioſi.
8 Pacta Conventa favore Capituli non habent locum, ſi Capitulares interveniant uti ſinguli.
9 Qui Presbyteri, ſingulariter accedentes non repræſentant Capitulum.
10 Parocho competit præcedentia, imo etiam privativa in exercitio Functionum Parochialium.
11 Exequias peragere ſuper Cadaver intra Eccleſiam Regularium non eſt Jus Parochiale.
12 Ideoque expleri valet a Regularibus, in quorum Eccleſiis Cadavera ſepeliuntur.

DECISIO LXXVII.

Occaſione erectionis novi Conventus, & Eccleſiæ PP. Minorum Reformatorum Sancti Franciſci in Terra Joviæ anno 1633 ſtipulatum fuit Inſtrumentum Concordiæ inter eoſdem Patres, ac inter Capitulum & Clerum ejuſdem Terræ, in quo pacto conventum fuit, Patres Reformatos = *Non poſſono, nè debbano entrare in detta Terra a levare i corpi di quelli, che in vita ſi eleggeranno la ſepoltura nella loro Chieſa, ſenza intervento, e preſenza di detto Rev. Capitolo. e giunto il Corpo morto per ſeppellirſi nella Chieſa di detti Padri Riformati, abbiano da Officiare il Cadavere li Preti del detto Rev. Capitolo* = Ulterius eoſdem Patres teneri ſervare eaſdem Conventiones initas anno 1617 inter Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Baren., & PP. Reformatos Sancti Bernardini dictæ Civitatis, quas inter hæc aderat ita concepta = *In oltre che andando detti Padri a levare il Corpo per dargli ſepoltura nella loro Chieſa non poſſono arborare la Croce, ma andare ſotto la Croce del Rev. Capitolo &c.*

Anno 1704. orta fuit lis inter Capitulum, & Communitatem Terræ Joviæ ſuper executione cujuſdam Brevis ſan. mem. Pauli III. emanati ad preces ejuſdem Communitatis, in quo Summus Pontifex mandavit Capitulum, & Clerum intereſſe non poſſe aſſociationi Cadaverum, niſi in caſu quo vocatum fuiſſet, quodque ſi intereſſe voluerit invitis Civibus, nil prætendere poſſet, & Communitati adhæſerunt nonnulli Regulares ejuſdem Terræ, contendentes Capitulum, & Clerum in aſſociatione Cadaverum deferendorum ad Eccleſias Regularium elevare non poſſe propriam Crucem, ſed incedere debere ſub Cruce Eccleſiæ tumulantis, minimque peragere poſſe Officia ſupra Cadavera

in

in Eccleſia eorumdem Regularium
Communitas, & Regulares in omnibus veri competet effecti fuerunt vigore Sententiæ Emi tunc temporis A. C. Petra, exceptis PP Reformatis, circa quos decreuit licere Capitulo & Clero, quatenus intervenirent aſſociationi Cadaverum, ingredi eorum Eccleſiam, ibique functiones peragere ſuper Cadavera, quam Sententiam confirmari promeruit Deciſione adita die 12 Januarii 1733 coram Eminentiſſimo Aldrovando, quam ſubſecuta fuit Sententia clar. mem. Card. Cori in illius locum ſubrogati, quæ tranſitum fecit in Rem Judicatam, pro cujus executione cum agerent Patres Reformati Terræ Joviæ mediante Monitorio expedito coram A. C., Capitulum, & Clerus recurſum habuit ad Signaturam, & obtenta Commiſſione cum clauſula = *Ita Cauſa* = reſtrictive ad elevationem Crucis, & facultatem celebrandi Officia ſuper Cadavera, ſubſcripſi Dubium = *An conſtet de Re Judicata, ſeu potius ita Cauſa reſtituenda in integrum* = quod cum hoc mane propoſuerim, DD. mei reſponderunt = *CONSTARE DE CAUSIS, JUXTA MODUM* inferius exprimendum.

In eo, quod pertinet ad elevationem Crucis, minus juſte uti fuit Res Judicata denegans hujuſmodi facultatem Capitulo intervenienti in aſſociationem Cadaverum, quæ deferuntur tumulanda ad Eccleſiam PP. Reformatorum, cum obſiſtet Concor-
1 dia inita inter Capitulo in limine fundationis eorum Conventus in Terra Joviæ = *Et oltre che andando detti Padri a levare il corpo per darglì Sepoltura nella loro Chieſa, non poſſano erbrare la Croce, ma andino ſotto la Croce del Rev Capitolo* ... quæ ſtricti religioſe ſervanda eſt, *ad Text. in cap.* 1. *& 3. de pact. in 6.* Rota dec. 19. num 13. *de Offi. Ordinar. coram Falconer*, ita demonſtrat, ſeſſionem Capituli
2 remedio reſtitutionis in integrum omnino amendandam, juxta ſanctionem *Text. in L.* 5. 4. *§ Condemnatum ff. de Re Judicata*. Rota deciſ 109. num 3. *coram Herrera*.

Non ſubſiſtente, hujuſmodi Concordiam non fuiſſe obſervatam, eo quia PP Reformati conſuevarunt elevare propriam Crucem in aſſociationis Cadaverum, ut reſultat ex juratis depoſitionibus Patris Superioris Minorum Conventualium & quatuor Teſtium, ideoque eorum favore ſalvam remanere jura diſpoſitionem quæ cautum
3 eſt in aſſociatione Cadaverum elevandam eſſe unam dumtaxat Crucem Eccleſiæ tumulantis, ut monet Pignatell. *conſult Canon.* 58. *num.* 13. *tom.* 8. Rota in *Neapolitana Funerum* 5. *Decembris* 1738 *§* 2. *coram Eminentiſſimo Tenario*.

Hæc enim Teſtium depoſitio, lite pendente excepta, apta non eſt excludere obſervantiam Concordiæ, pro qua militant not

dum teſtimonia Syndaci, Cancellarii, & Electorum Univerſitatis Terræ Joviæ,
4 quæ utpote validam recipiantia fomentum a pacto inito in limine fundationis, omnino præferenda eſt, ut monet Rot. *deciſ* 143 *num* 37 *cor. Herrera*; verum etiam relatio Rmi Rateni tranſmiſſa ad Sac. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium valde attendenda, tum ra-
5 tione dignitatis, tum quia ipſemet Præſul plene inſtructus præſumitur de iis, quæ fiunt in Eccleſiis intra illius Diœceſim exiſtentibus, ut in Rot. *deciſ* 15. *num* 4. *de Reſcript. cor. Falconer*.

Nec quicquam relevet ſuppoſita confeſſio Capituli quoad inobſervantiam dictæ Concordiæ deprompta ex eo quod Capitulum ad hunc uſi ſum alias pariter, & obtinuit a noſtro Sto A. dictum remiſſorium, eoque tamen beneficio cum nil inde probare potuiſſet, ea uti prætermiſit. Cum enim tunc agerent principaliter de probandi obſervantia inductiva neceſſitate convocationis Capituli in omnibus Funeribus, ad eludendam vim Brevis ſan. mem. Pauli III contrarium ſtatuentis, ex defectu probationis obſervantiæ hujuſmodi præciſam
6 eorum repetentis rogus nequicquam potuiſſet confeſſio Capituli ſuper inobſervantia pacti conventi in limine fundationis Conventus PP. Reformatorum, ſuper qua nulla tunc aderat controverſia ad *Text. in Leg. Papinianus ff. de minor.* Rota *deciſ.* 64. *num* 8 *part* 19. *Recent. & deciſ.* 2. *numero* 3. *de Servitut. coram Falconer*.

Eadem enim ratione ſervandæ Concordiæ anno 1633 cenſuerunt DD = *Conſtare de Re Judicata quoad facultatem ſacrandi ac cantandi ſuper Cadavera in Eccleſia dd. PP. Reformatorum a Capitulo, & Clero intervenientibus in eorum aſſociatione*, ita mandante pacto inito in Concordia = *che giunto il Corpo morto per ſepellirſi nella Chieſa de detti Padri Riformati, abbiano da Officiare ſopra il Cadavere i Preti di detto Rev. Capitolo* ... a cujus legis adimplemento ſe eximere ne-
7 queunt PP Reformati, cum in eorum introductione illi ſe ſubſcripſerint, ut ait Rot. *in Nullius Terræ Putignani Funerum* 11 *Januarii* 1732. *§. Quamvis, coram clar. mem. Card. Corio*.

Hujuſmodi tamen lex pacto ſtabilita favore Ca-
8 pituli, viſa fuit = *Locum non habere favore Archipresbyteri, aliorumque Presbyterorum Eccleſiæ Collegiatæ, quando interveniunt ad ſingulas aſſociationes Cadaverum*, prout diſponit dicta Res Judicata. Huic enim nimium reſiſtit tam inſolet pacti juxta regulam, de qua Rot. *deciſ* 455. *num* 3. *coram Criſp.*, tum diverſitas rationis inter Capitulum intervenientis aſſociationi Cadaverum, & Archipresbyterum, aliaſque
9 Presbyteros ſingulariter accedentes, qui Capitulum non repreſentant, ut obſervavit Rota in *Neapolitana Funerum* 28. *Junii* 1737.

E e ca-

coram Eminentiſſimo Tanario.

Nullatenus officiente, verba pacti directa fuiſſe in Presbyteros Capituli = *Abbiano da Officiare ſopra il Cadavere li Preti del detto Rev. Capitolo &c.* = ideoque legem indictam in Concordia comprehendere dabere Presbyteros Eccleſiæ Collegiatæ etiam in caſibus, in quibus interveniant uti ſinguli, cum in illis quoque non deſinunt eſſe Presbyteri de gremio Capituli, præſertim concurrente interventu Archipres-
10 byteri, cui uti Parocho competit præcedentia, quinimo privativa in exercitio functionum Parochalium, juxta diſpoſitionem *Tari. 12 cap. Dilectus de Capell. Monac.* Card. de Luca *de Paroch. diſcurſ. 38. num. 2* Rota *deciſ. 52. num. 9. coram Criſpo*.

Etenim licet verba Concordiæ directa fuerint in Presbyteros Capituli; attamen cum in eadem Concordia interventus Capituli ſuppoſitus fuerit omnino neceſſarius = *Che non poſſano levare i Corpi di quelli, che in vita ſi eleggeranno la ſepoltura &c., ſenza intervento, a preſenza di detto Rev. Capitolo &c.* = exinde ſequitur, Presbyteros Capituli conſiderari non potuiſſe uti ſinguli, ſed intervenientes, ſed ut repræſentantes Capituli. Nec quidquam confert præcedentia, ſeu privativa competens Archipresbytero interveniendi uti Parocho in exercitio functionum Parochalium;
11 cum exequias peragere ſuper Cadavera intra Eccleſiam Regularium non ſit jus Parochiale, ideoque explere valeat a Regu-
12 laribus, in quorum Eccleſia Cadavera ſepeliuntur, ut communiter tradunt Pignatell. *conſult. canon. 48. num. 3. tom. 3.* Barboſ. *de Offic. Paroch. part. 3. cap. 26. num. 20.* Rota *deciſ. 182. num. 9., & ſeq. coram Coccino, & in Kalen. Juris tumulandi 6. Julii 1732. §. Hinc jam, coram R. P. D. meo Millino.*

Et ita &c. utraque.

EADEM CORAM EODEM.

SUPER ATTENTATIS.

Veneris 29. Novembris 1743.

UNA cum dubio reſpiciente Rem Judicatam, de quo in contemporanea mea Deciſione, aliud propoſui ſuper Attentatis, in quæ incidiſſe contendebatur Capitulum, & Clerum Terræ Joviæ elevando propriam Crucem in aſſociatione Cadaverum, quæ tumulanda deſtinabantur ad Eccleſiam PP. Reformatorum poſt præſentatas Executoriales ad tramites Rei Judicatæ Rotalis expeditas, cui ita de more concepto = *An conſtet de Attentatis, & quatenus ſint purganda* = reſponſum fuit NEGATIVE.

Cum enim Literæ executoriales expeditæ non fuerint ad inſtantiam PP. Reformatorum, ſed Minorum Conventualium, & Populi Terræ Joviæ, nulla ex ipſis oriri poterat inhibitio prohibens Capitulo elevationem propriæ Crucis in aſſociatione Cadaverum, quæ deſtinabantur tumulanda ad Eccleſiam PP. Reformatorum; propterea ceſſante inhibitionis contempto, ceſſant Attentata Rot. *deciſ. 600. num. 7. part. 18. Rec. & deciſ. 995. num. 3. cor. Lancetta.*

Quia relevet dictæ Crucis elevationem immunem non eſſe a vitio Attentatorum tanquam factam in ſpretum Rei judicatæ Rotalis Rot. *dec. 41. n. 1. in Mechlinien. Novam Falconer.* Siquidem cum dicta Res judicata revocata fuerit ad examen in contemporanea mea Deciſione, & conſtiterit de bono Jure Capituli elevandi propriam Crucem in aſſociatione Cadaverum, quæ deferuntur ad Eccleſiam PP. Reformatorum, juxta praxim Auditorum noſtri, victor in Cauſa principali, licet attentaverit, fruſtra compellitur ad purgationem Attentatorum, ut reſponſum fuit *in deciſ. 746. num. 5. coram Lancetta, & in Nullius Terræ Poſitani Funerum ſuper Attentatis 11. Januarii 1732. §. 4. coram clar. mem. Card. Cracis.*

Et ita &c. utraque &c.

RMO

RMO P. D. MILLINO.

MELEVITANA FUNERUM SUPER INGRESSU IN ECCLESIIS REGULARIUM.

Lunæ 23 Novembris 1744.

ARGUMENTUM.

Præſtat.

SUMMARIUM.

1 Intervenientes Aſſociationi Cadaverum, ingerere ſeſe non debent in Functione Funebri facienda in Eccleſia tumulante.

2 Eccleſias tamen tumulantes ingredi poſſunt, & Funebri intereſſe Functioni.

3 Explicat. cum Cruce inclinata, & demiſſa, non autem elevata.

DECISIO LXXVIII.

Poſtrema Præeminentialium controverſiarum circa celebrationem Funerum excitarum inter Capitulum Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Pauli Civitatis Vallettæ, & Regulares ejuſdem Civitatis, in eo verſabatur = *An Capitulo, & Clero Inſignis Collegiatæ S. Pauli aſſociantibus Cadavera in Eccleſiis Regularium tumulanda, liceat ſit, illas, demiſſa Capitulari Cruce, ingredi, vel quomodo in caſu* = Ea tamen facili negotio fuit diremptum = *PER RESOLUTIONEM AFFIRMATIVAM* = cui Conventus Beatæ Mariæ Portus Salvi Ordinis Prædicatorum profitebatur nullomodo repugnare, & cæteri Regulares per contumaciam a Judicio ſe ſubtrahentes, liberum curſum videbantur relinquere.

Hæc cæteroquin reſolutio affirmativa innitebatur in diſpoſitione Juris, quæ prohibet quidem, ne intervenientes aſſociationi

1 Cadaverum ſe ſe immiſceant in Functionibus ſuper Cadaver hoc gerendis in Eccleſia tumulante, quarum privativum exercitium remotum caſu conſuetudinis contrariæ, ſtare debet apud Regulares, ſeu Presbyteros ejus Eccleſiæ, ut tradit per Novar. *in ſumm. Bullarii part. prima comment. 91 per tot.* Barbos. *de Offic. Paroch. cap. 26. num. 80., & duobus ſeqq.*, & concordant Reſolutiones Sacrarum Congregationum relatæ per Urſaya *tom. 3. part. 1. diſcept. 31 num. 4., & ſeqq.*, & advertit Rot. *in Neren. Juris funerandi 29 Novembris 1743. §. Sed ... coram R. P. D. meo de ...*

Liberum tamen penes fuit ingreſſum eiſdem aſ-

2 ſociantibus in Eccleſias præfatas tumulantes, plenamque dat veniam, ut dictis functionibus interſint, juxta animadverſa per Marant. *controverſ. Jur. part. 4. reſp. 11. num. 49.* Nicol. *Lucubrat. lib. 4. tit. 13. n. 25. verſ. non autem* Milaz. *ſelect. Jur. aſſert. 55. num. 81.* Barbos. *de Offic. Paroch. cap. 26. num. 80.*, & pluribus relatis Sacrarum Congregationum Reſolutionibus, notat Pignatell. *tom. 3. conſult. 48. num. 19., & ſeqq.* Qua ratione nullo pacto fas eſt Regularibus Civitatis Vallettæ excludere Capitulum dictæ Collegiatæ intervenientis funebri Pompæ ab ingreſſu in eorum Eccleſias, quando ipſum declarat expeditum, ac privativum Exercitium Functionum

2 funebrium illis relictarum, hac inſuper oblati conditione demittendi propriam Crucem, quæ ingreſſum præfatum longe faciliorem reddit, removetque obſtaculum reſolutionum tam Sacrarum Congregationum, quam Sacræ Rotæ prohibentium hujuſmodi ingreſſum, quæ intelligendæ

3 ſunt in caſu ingreſſus cum Cruce elevata, ſecus ea inclinata, ut explicat Pignatell. *tom. 3. conſult. 48. num. 42.*

Et ita &c.

R. P. D. ELEPHANTUTIO.

VITERBIEN. CONTRIBUTIONIS ONERUM, ET EXPENSARUM.

Veneris 15. Julii 1745.

ARGUMENTUM.

An, & pro qua rata teneantur Canonici ſecundæ erectionis in Eccleſia Collegiata contribuere cum Canonicis antiquis ad manutentionem Fabricæ, ac Sacrorum Utenſilium.

SUMMARIUM.

1 Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii obtinent vim Legis univerſalis, & a Rotæ Tribunali ſemper reverenter excipiuntur.
2 Ideoque paratam exigunt executionem.
3 Sententia meri Exequaturis, quæ fines exceſſit, moderanda eſt, ac coercenda ad terminos ſibi ditæ commiſſionis.
4 Executor, ut ſine incerti, & dubii Reſcripti verba declaret, debet modum præeligere, qui magis ſit conformis Juri, & æquitati.
5 Contributio ad onera, & expenſas pro Fabrica Eccleſiæ facienda eſt a Canonicis non in capita, ſed pro rata redditum.
6 Expenſæ inter Canonicos ſunt dividendæ inæqualiter, & congrua ſervata proportione inter commodum, & incommodum.
7 Ad reparationem Fabricæ, niſi particularis ratio urgeat in contributione, Canonici non tenentur niſi ad ratam redditum.
8 Obſervantia longæva in majorem reparatione Eccleſiæ parem vim habet ac ipſa Juris diſpoſitio.
9 Conditiones a Fundatoribus in genere appoſitæ, intelligi debent juxta ſubjectam materiam de obligationibus, & oneribus de jure ſubeundis.
10 Canonici etſi ſolitis potiantur prærogativis, non ideo cogendi ſunt ad præſtanda onera pro ſervitio Eccleſiæ neceſſaria, niſi correſpectivum redditum percipiant e voluntatem.
11 Deficientibus Eccleſiæ redditibus pro Fabrica aſſignatis, integrum onus illam manutenendi pertinet ad Eccleſiæ Rectores.
12 Et Beneficiati ipſius Eccleſiæ in ſubſidium tantummodo contribuere tenentur.
13 Obſervantia præſtat, ut qui prius Eccleſiam reparare conſuevit, vel ab alio eandem habet, in poſterum etiam poſſit compelli.
14 Acceſſorium ſequitur naturam principalis.
15 Nemo abſque ſpeciali mandato poteſt alium obligare.
16 Canonici excluſi a participatione emolumentorum, proventuum ab exercitio Curæ Animarum, eximuntur a contributione pro Sacris Utenſilibus, neceſſariis pro dicto exercitio.
17 Miſſæ Conventuales a Canonicis Celebrandæ, ſunt diſtribuendæ per Turnum.

DECISIO LXXIX.

Erigunt primum Collegiata in Oppido Vetrallæ, quam Sum. mem. Innocentius VII. & Martinus V. tranſtulerant ad Eccleſiam Parochialem S. Andreæ cum plenaria ejuſdem Parochialis ſuppreſſione, atque unione, confluente huc deinde Civium Vetrallenſium largitionibus, ita ut anno 1642. ad hæc tempora excrevit, ut qui in tranſitione quatuor dumtaxat recenſebantur Canonici cum Archipresbytero, decurſu temporis ad tredecim uſque pervenerint; hoc tamen inter illos diſcrimine, quod nonnulli Canonici Antiquiores, ſeu primæ Erectionis, penes quos erat Animarum Cura ab Archipresbytero exercenda, propriam de redditibus Parochialibus haberent Maſſam, quam inter ſe dividerent; reliqui vero qui ſecundæ, tertiæ, & quartæ Erectionis, ſeu novi appellantur, quamvis & ipſi idem corpus Collegiale conſtituant, iiſdemque gaudeant honoribus, nihil de prædicta Maſſa poſſent participare, ſuoſque tantum perciperent

ſingu-

ſingulares proventus a Fundatoribus unicuique aſſignatos.

Ex hac redditŭum diſparitate, ſeſſit in duas veluti Claſſes Canonicos, ſicile conſpe, quod plures inde inter ipſos ſubortæ fuerint Lites, eoque potiſſimum, quæ cauſam dedit hodiernæ diſputationi, ſuper expenſis, & Oneribus utrinque ſubeundis pro recta Capituli, & Eccleſiæ adminiſtratione. Hinc au delata eſt ad Judicium Sacræ Congregationis Concilii, quæ ſub congrua ſeptem Dubiorum diviſione die 15. Decembris anni 1742. quoad prædictas expenſas, de quibus ſola hic quæſitum fuerat = *An, & ad quæ onera, & expenſas Capituli concurrere debeant novi Canonici*, ſicut conceptus verbis Reſcripſit = *Affirmative*, *in iiſque tantum oneribus, & expenſis concernentibus Exercitium Curæ Animarum, & Legata, de quorum emolumentis non participant* = Quo ad reliquas vero Controverſias reſtiſſam edidit reſolutiones, partim antiquioribus, partim novis Canonicis faventes. Acceſſit ſubinde in earum Exequutionem Sententia A. C., a qua tamen, & Decreto eidem conſentis reclamarunt Canonici poſteriorum Erectionum, mihique commiſſi curarunt per Signaturam Juſtitiæ ulteriorem Cauſæ cognitionem. Ad tramites itaque Commiſſionis dadi hoc mane Dubium = *An ſit procedendum ad Legitimum* = & DD. reſponderunt = *AFFIRMATIVE JUXTA MODUM*.

Obvia ſane erit, & novis alium Canonicis accepta prima reſponſionis pars, cum tantum decernens exequutionem, quæ conſona ſit, & conformis cum Reſolutionibus Sacræ Congregationis Concilii,

1 neque etiam licet in diſcrimen revocare eaſdem Reſolutiones, quæ legis univerſalis vim obtinent, & ſemper a Tribunali noſtro reverenter excipiuntur, ut coram Cavalier. *deciſ.* 627. *num.* 8., *&* coram *Herrau. deciſ. prima num.* 8., atque ideo quidquid in illarum implementum definitum fuit a legitimo Exequutore, perinde

2 ſibi eadem Jure exigit exequutionem, non ſecus ac ſi immediate prodiiſſet ab ipſimet Sacra Congregatione. Tiber. *in prax. par.* 2 *cap.* 7 *in fin. Poſth. de Manut. obſer.* 116. *num.* 7., *& ſeqq.*, *& alibi paſſim*.

Redacta igitur quæſtione ad alteram partem, quæ *Modum* reſpicit in Exequutione ſervandum: ſicuti contentio omnis verſabatur circa onerum, & expenſarum contributionem, quam Sacra Congregatio, ut dictum eſt, *ſata hic præſcripſerat*; illud unum ideirco opus erat inquirere, ſiquid A. C. ſuper hiſce expenſis in ſua Sententia protulent, quod vel ab eadem Sacra Congregatione reſolutum non fuerit, vel ab eo, quod reſolutum fuit quomodocumque diſſentiat. Utroque etenim caſu, quemadmodum impugnari nequit, quin illa fines exceſſerit mere Exequutionis, cujus

3 limitatæ manere ſungebatur, *Cap. cum dil. flli de reſcript. Gloſſ. in cap. cum aliquibus de præſcript.* Rot. coram Sacrat. *deciſ.* 786 *num.* 7., ita minime congruum eſt Sententiam, in qua acceſſit moderari, eamque coercere ad legis reſolutionem, cui ſimulatur *Text. in cap. Pastoralis* 37. *de Off. deleg.* Rot. *deciſ.* 240. *n.* 2. *part.* 11. *recent.*, *& deciſ.* 399 *num.* 6. *coram Ansaldo*.

Plura autem hujuſmodi occurrere in prædicta Sententia animadvertarunt Domini. Et primo quidem exceſſiva præcæteris viſa eſt ideoque *moderanda* ea Sententiæ pars, *quæ ad hanc contributionem novos Indiſcriminatim Canonicos, tam primæ, quam poſteriorum Erectionum voluit in capita pro rata ſinguli* [illegible]. Etſi namque Sacra Congregatio mandaverit, quod novi etiam Canonici ad expenſas Capituli concurrere debeant, cum tamen id æque ſe habeat, & apprime intelligi poſſit, vel de diviſione in capita, vel etiam de diſtributione pro rata redditŭum; hinc

4 Ex quibus, ut rite incerti, ac dubii Reſcripti verba declarant, non atque poterat inter utramque concurrendi modum niſi illum præeligere, qui magis eſſet conformis Juri, & æquitati, hoc ipſo ſcilicet conformis etiam dici debet tacitæ diſpoſitioni, & menti Sacræ Congregationis, juxta vulgatam regulam, de qua *Text. in Leg. reſcript. Cod. de precib. Imp. offer. in cap. Conſtit. ibique Fabio* a 3. *de reſcript. Pitton. de contr. Patron. a leg.* 41. *num.* 15. Rot. *deciſ.* 132. *num.* 6. *par.* 1. 19. *recent.*

Verum in hoc, de quo agitur, caſu diſtinctio

5 poſſi non videbatur, quin ad tramites Juris diviſio explenda foret, non in capita, ſed pro rata redditŭum. Poſito ſiquidem, quod novi Canonici, quamvis unum, idemque Corpus aſſument cum Senioribus, multo tamen minora percipiunt emolumenta, non quidem habita tantum ratione Dotis unicuique a Fundatoribus conſtitutæ, ſed ex quo potiſſimum oblationes, & Legata ante illorum Erectionem Capitulo relicta inter Seniores dumtaxat diſtribuuntur, hæc ſane cumulumantorum inæqualitas, & diſpar Menſæ communis diviſio in cauſa eſſe debeat, ut expenſæ pariter, quæ ad Eccleſiæ cultum pertinent, & ad Officia Divina peragenda, licet ab omnibus ejuſdem Capituli Canonicis debeant præſtari, tamen

6 qualiter tamen, & congrua ſervata proportione inter commodum, & incommodum ſint dividendæ. Balmaſed. *de Collect. quæſt.* 53. *num.* 6. *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 26. Panimoll. *deciſ.* 6. *annot.* 8. *num.* 8. Rot. *coram* Nicoll. *deciſ.* 68. *num.* 3., *& coram Anſald. deciſ.* 199. *num.* 21.

Ejus-

Eyuſmodi quippe expenſas admixtam habere qualitatem Oneris realis, ſitus ex eo patet, quod indiſtincte veniunt ſub generali appellatione Fabricæ, pro cujus
7 reparatione, niſi particularis ratio urgeat in noſtra ſpecie, applicari Jure eſt Canonico, notandi, quam ad tatam redituum tenetur ad *Text. in cap. fin. de eo, qui ſunt a majori. part. Capit., & cap. 41 de Eccleſ. ædific.*, atque Abbas num. 2, & Gonzalez num. 7 item Amoſtaz. *de cauſ. piis l. cap. 6. num. 95* Klenh *de conſtit. cap. 10 ſub primo num. 41* Rot. *apud Card. de Luc. in Miſcellſ. deciſ. 3. num. 1. lib. 4. de Regular.*

Cum omnium vero difficultatum, tum quia adſtipulatur Decretum Synodale Card. Barneatii Epiſcopi Viterbienſis, in quo inter Canonicos primæ, & aliarum Erectionum diſpar hæc onerum diviſio præſcribitur, quemadmodum ipſimet Canonici antiquioris alteri agnoverunt, & ſiſſi ſunt in precibus anno 1642. porrectis præfato Cardinali pro ejuſdem Decreti confirmatione, tum quia non deeſt longæva obſervantia in idem proſus conſpirans, quam equidem in hac materia
8 plenam ſe cumulum eſſe, & parem quaſi habere vim, ac ipſa Juris diſpoſitio paſſim tradunt Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 2. cap. 4. num. 3. & 4.* Belſet. *diſquiſ. Cleric. tit. de Cleric. dub. §. 14. num. 4.* Pammoll. *deciſ. 6. anti 8. num. 1* Sperell. *deciſ. 98. num. 16.* Rot. *deciſ. 184. num. 4 part. 17. rec., & deciſ. 7. num. 10. coram Ryo Criſpo.*

Fruſtra hinc ad inducendam æqualitatem oppoſitum, vel quod ex lege Fundationis novi Canonici ad omnia indiſtincte onera obligantur, ad quæ obſtricti erant antiquiores, vel quod poſt ſuperventam declarationem Sacræ Congregationis Concilii, qui ipſi in Capitulares idiſtincti promeruerunt, nova ſit ineunda ratio diſtributionis, adeo quidem, ut quæcumque fuerit antiqua conſuetudo, ea poſt tamen ſicuti æqualem cum Senioribus habeant vocem in Capitulo, eademque gaudent honoribus, ita parum pro æquali rata id omnes expenſas Capitulares concurrere teneantur. Etenim conditiones a Fundatoribus in genere appoſitæ intelligi de-
9 bent juxta ſubjectam materiam de obligationibus, & oneribus de Jure ſubeundis id ſingulares *Leg. non iſt omnem ff. de legib.* Surdi *conſ. 437. num. 12.* Rot. *deciſ. 863. num. 10. part. 5 recen., & deciſ. 710. num. 15. coram Mellino.*

Reſolutio autem Sacræ Congregationis, præter quod novum Jus non induxit ſed illud, quod iiſdem Canonicis competebat ſolummodo declaravit, eſt inſuper inapplicabilis. Neque enim ex eo quod
10 de gremio Capituli quis dicatur Choro aſſiſtat, aliiſque gaudeat prærogativis, cogendus eſt ad præſtanda onera pro Eccleſiæ ſervitio neceſſaria, niſi ſimul de Eccleſiæ redditibus, & oblationibus cuniuſpectivum percipiat emolumentum, ex firmatis per Rubeuſ. *de ingr. poſſeſſ. num. 118* Rot. *coram Seraphin deciſ. 839. num. 1 & 2 & 14 recen. deciſ. 38 num. 6. par. 18.* Cæterum hoc ipſo retorquetur objectum. Sicuti namque Sacra Congregatio dum novos Canonicos ſub nomine Capituli comprehenſos declaravit, non tamen admittere voluit ad æqualem cum Senioribus participationem emolumentorum, & diſtributionem, ex quibus Maſſa Capitularis conſtituitur, ita pariter dicendum eſt, nelniſſe eoſdem pro rata æquali contribuere expenſas, quæ ad Capitulum pertinent.

Pro rata itaque tribuendum fieri debet contributio, ſed non ad omnem indiſtincte expenſam, quam A. C. ſingillatim in ſua Sententia numeravit num, & in hac parte cenſuerunt Domini *Meldaw* eſſe præſtabilandum. Et ſiquidem inter onera communia Capituli, ad quæ tantum novi Canonici concurrentem tenentur, viſum non eſt recenſeri poſſe reparationem, ſive materialem Eccleſiæ manutentionem. Non omiſſo quippe, quod cum agitur de Eccleſia Parochiali, quemadmodum hæc nostra fortiſſo titulo, uonus hoc quum Canonici antiquioribus incumbere debet, qui ſcilicet Curam Animarum, & Vices Parochi privative ſubſtinent, idque tam ex lege Sacræ Congregationis, quæ imperſe nampit, Curæ nullamo concurrentes, quam etiam ex Juris diſpoſitione,
11 juxta quam deficientibus redditibus pro Fabrica aſſignatis, integrum onus pertinet ad Eccleſiæ Rectorem. *Text. mun. de his de Eccleſ. ædifican.* Concilium Tridentinum *ſeſſ. 21 cap. 7 de Reform.* Barboſ. *de Paroch. cap. 11. num. 1* Pitonioll. *deciſ. 15. adnot. 1. num. 33* Adeo quidem, ut qui in Eccleſia Parochiali Beneficium obtinent,
12 in ſubſidium tantummodo contribuere compellantur. Barboſ. *id Concil. Trid. ad la ſeſſ. 21 de reformat. cap. 7 num. 9* Ricc. *in prax. for. Eccleſ. part. 4. num. 1* Pitonioll. *deciſ. 6 adnot. 8. num. 3.*

Accedit inſuper ineluctabilis factum eorumdem Canonicorum primæ Erectionis. Ipſi enim in Tranſactione de anno 1739. inita cum Communitate Vetrallæ, eodem actu, quo receperunt Eccleſiam a Communitate denuo ædificatam, eam etiam in ſe ſumpſerunt illius reparandæ, & gaudere conventa in hanc præciſe cauſam annui præſtationis ſcut. 20. a dicta Communitate ſolvenda. Quamvis igitur ſimplex qualitas Eccleſiæ Parochialis de per ſe apta, & ſufficiens non eſſet, ut inde illius Beneficiati ab hoc onere exempti de Jure dici poſſent, quia tamen idem onus, quod in origine ſpectabat ad Cives Vetrallenſes, titulo deinde particulari, &

ex

ex pacto pertinent ad Archipresbyterum, & Canonicos primæ Erectionis unica in correſpectivo emolumentorum claram utique eſt, quod in ahis hac ipſo ceſſiſſe debet, ſi quis fuiſſet ex diſpoſitione Juris obligatus. Illud ſiquidem præſtat in his terminis obſervantia, ut qui prius reparare conſuevit, vel ab alio cauſam habet, in poſterum etiam poſſit compelli. Barboſ.
13 de Jur. Eccleſ. lib. 2. cap. 4. num. 3. & 4. Card. de Luc. Miſcellan. diſc. 29. num. 3. Corrad. diſc. 182. num. 5., & diſc. 7. num 10. tit. Rit. Coſſe., & obligatio ſemel tantum tenet Authorem, nec ad alias Perſonas protenditur. Leg. ſi unus 18. §. Ante omnia ff. de pact. leg. ſi ita ſtipulatus fuero ff. de verbor. oblig. Rot. deciſ. 736. num. 15. coram Molin.

Atque hinc conſequitur, quod ſicuti expenſæ pro reparatione Eccleſiæ detrahendæ veniunt ab oneribus Capituli, quorum communis eſt Contributio, ita pariter detrahi debet ea quantitas frumenti, quam Canonici Seniores in dicta Tranſactione prom ſerunt quotannis deponere penes Mensam Communitatis, ſive quia eamdem reſpicit Cauſam reparationis Eccleſiæ, ſive quia procedit ab eadem particulari titulo Tranſ-
14 actionis ad regulam, quod acceſſorium ſequitur naturam ſui Principalis Leg. ultim. Cod. de Jur. dot. Caſtill. controv. lib. 5. par. 1. cap 103., & Æquiparatorum eadem eſſe debet diſpoſitio Leg. 1. ff. de ligat. 1. Leg. ſi quis ſervo Cod. de furt. Tuſch. concluſ. 308. num 3. lit. E. Ricc. diſc. Cur. Archiepiſcop. Neapol. 323. part 2. num 4.

Neutiquam ſubſiſtente, quod præfata Tranſactio tanquam nomine Capituli ſtipulata, novos etiam Canonicos afficiat. Quippe cum Archipresbyter, qui eam expleverit,
15 nullum haberet mandatum, niſi a Canonicis primæ Erectionis, & nonniſi quam pro his expreſſe fuerit ſtipulatus palam inde fit, ipſum nec voluiſſe, nec potuiſſe obligare novos etiam Canonicos, qui conſenſum non præſtiterant ad Text. in cap. tam in cauſis de his, quæ ſiunt a major. part. Capit. Cornoper. lib. 4. inſtit. Canon. tit. 12. num 32., & ſeq. Rot. in rec. deciſ. 405. num. 11. part. 12. recen. Nec

mirum, quod unus quandoque fuerit nomine Capituli, quoniam tunc temporis ante editas reſolutiones Sacræ Congregationis, Canonici Seniores reliquos omnes habebant tanquam extraneos a Capitulo, qui profecto ratione illis privative aſſignant obtinuerunt Legitum ab Olimpia Pidaria Capitulo relictum.

Poſtremo = Moderandum = dixerunt Domini Sententiam in ea parte qua A. C. poſt ſolam Sacrarum Supellectilium ſeparationem, eatam etiam aſſignavit Archipresbytero pro Functionibus Parochialibus ab ipſo exercendis. Et Jure quidem merito, cum nihil penitus ſuper hoc re deciſionem fuerit a Sacra Congregatione. Quinimo, in qua ſumenda eſt conjectura, hoc unum potius dicere oportet, quod ſicuti novi Canonici
16 exclusi ſunt a participatione emolumentorum, quæ proveniunt ab exercitio Curæ Animarum, ita Senioribus incumbit onus comparandi de proprio Sacram illam Supellectilem neceſſariam pro exercitio Curæ: quæ enim modo exiſtit comparata eſt communibus expenſis nec ea eſſe poteſt, quæ exiſtebat centum ab hinc annis, & ultra, antequam novi hi Canonicatus erigerentur.

Patet ex his Malas Reſolutiones adhibet. Nam quod attinet ad Miſſam Conventualem, quam
17 A. C. per Turnum diſtribui mandavit, nulla apud ipſos intervenientibus Dominis ſuperat, cum ſatis probata non fuerit conſuetudo, quæ a novis Canonicis allegabatur in contrarium, & de cætero Turnorum hic Ordo conformis ſit, tam Juris diſpoſitioni de qua Text. in cap. dilectus, & in cap. Cum olim de Celebrat. Miſſar., ubi que Fagnan. num 3. & in Pignatell. conſult. Canon. 321. num 1. tom 1. Scarfanton. in animadverſ. ad Ceccoper. tom 2. lib. 3. tit. 13 num 6., quam praxi, quæ in omnibus Collegiatis ſervatur, de qua eadem Sacra Congregatio in Ciſonatta. 14. Maii 1661., & in Bisaccen. 19. Auguſti 1713., & in Burgi S. Donnini 16. Maii 1716.

Et ita m. JUXTA MODUM EXPRESSUM PROCEDENDUM ESSE AD LEGITIMAM EXEQUUTIONEM, utraque Parte informante reſolutum fuit.

R E-

RMO P. D. DE VAIS DECANO.

MOGUNTINA REPARATIONIS CHORI.

Lunæ 29. Aprilis 1748.

ARGUMENTUM.

Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ, retinens curam habitualem Eccleſiæ ſibi unitæ, colligens illius Decimas, ac gaudens fructu ejus Juriſpatronatus, tenetur ad illius reſtaurationem, etiamſi adſint alii Decimatores Laici, contra quos ad ſummum remanet dumtaxat Capitulo actio pro eorum rata.

SUMMARIUM.

1 Principalis obligatio reædificandi, ſeu reſtaurandi Eccleſias Parochiales reſidet in illarum fructibus, deficientibus redditibus ad hunc effectum deſtinatis.
2 Capitulum retinens Curam Eccleſiæ habitualem, ejuſque Decimas percipiens, vitare non valet onus dictæ reparationis.
3 Eoque magis ubi gaudet fructu Juriſpatronatus ejuſdem Eccleſiæ.
4 Ac in ipſo Capitulo concurrentur plures tituli.
5 Capitulum, dum virtute ſibi facultatis, nominat Eccleſiæ Vicarium, qui adminiſtret omnia Sacramenta, reputari debet Eccleſiæ Patronus, ipſiuſque Eccleſia Parochialis.
6 Quævis conſuetudo extendi nequit de loco ad locum.
7 Exiſtentibus Decimis a jure ſpirituali provenientibus, debitis Rectori Eccleſiæ, Decimatores, aſſequentes pro portione Decimas, vel jure Feudi, vel titulo Laicali, neque tenentur ad contributionem pro reparanda Eccleſia Parochiali.
8 Poſſeſſor rei habentis onus reale inſixum conveniri valet in vim ſolidalis obligationis ad expenſas reparationis, aut reædificationis Eccleſiæ, remanente ſolventi actione pro rata adverſus cæteros coobligatos.
9 Major viget ratio reficiendi, ac reædificandi Eccleſiam Parochialem, quam alias Ædes, & ſubminiſtrandi Congruam Vicario.
10 Obligatus ad reædificationem, aut reparationem Eccleſiæ Parochialis, tenetur reficere expenſas ab alio in eam factas, ac etiam ad intereſſe.

DECISIO LXXX.

QUUM Parochialis Eccleſia S. Wolfhangi Oppidi Werthenius vetuſtate fatiſcat, præſertim in Muro Chori ruinam minitaretur, Populus ſeu Communitas id mandavit Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ SS. Petri, & Alexandri Aſchaffenburgi, ad hoc, ut tanquam *Parochus*, *Decimator*, & *Patronus* imminenti occurreret periculo. Verum cum Capitulum, propriam cæteroquin agnoſcens obligationem, curavit illam reſtringere ad ratam decimarum, quas percipit, ſibi ſuadens ad expenſas neceſſariæ reſtaurationis teneri pro rata etiam D. Principem de Lovenſtein, & Comitem de Herbach ratione decimarum, quas exigunt in eodem Territorio Werthenſi. Communitas, ne hujus controverſiæ prætextu cogeretur diu carere uſu, & commodo Eccleſiæ, in jus vocavit Capitulum ad Regimen Electorale Moguntinum, coram quo judicialiter electo Perito, favorabilem obtinuit Sententiam cogentem Capitulum ad reædificationem Chori, ei tamen reſervato jure agendi, prout juris fuerit, adverſus alios Decimatores, nec non Decretum concedens eidem Communitati facultatem inchoandi, perficiendique Chorum cum fideli ſumptuum omnium adnotatione, ad quem effectum comparatis per ipſam Communitatem pecuniis, & quidem ſub uſuris, hæ fuerunt in cauſa, ut provocante Capitulo a Sententia Regiminis Electoralis Moguntini, alteram

uniformem paſſim fuerint una cum condemnatione ad intereſſe.

Devoluta Cauſa ad Sacrum noſtrum Tribunal, & directa Commiſſione bon. me. Peralta, ſubrogatus fuit loco Defuncti Collegæ Eminent. ſſ. modo Miſſionis manus Decani Sac. Rotæ ſummacum laude exercens, cui ego ſuffectus, propoſito Dubio = *An, & quo tenatur ad expenſas reſtaurationis, & reædificationis Chori, tanquam intereſſe* = Et data mihi fuit Reſponſio = *CAPITULUM TENERI AD EXPENSAS, ET INTERESSE.*

Cum enim, tum inſpecta juris diſpoſitione, juxta *cap. 1. & 4. de Eccleſ. ædific.*, quam Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi Sanctione *in ſeſſ. 21. cap. 7. de reformat.*, perpetua
1 obligatio reædificandi, ſeu reſtaurandi Parochiales Eccleſias reſideat in illarum fructuus, deficientibus reditibus ad hunc effectum deſtinatis; profecto ab hujuſmo-
2 di obligatione ſe eximere nequit Capitulum, quod uti retinens Curam ejuſdem Eccleſiæ habitualem, omnes colligit Decimas Rectori competentes, quod idcirco onus reædificandi, ac reſtaurandi Eccleſiam vitare non valet, ut probant Pignatell. *conſult. 116. num. 8. tom. 10.* Pitonius *de Contr. 15. num. 2.* num. 1. Rot. in *Oxonen. Capellæ 1. Julii 1715. §. final. coram bon. mem. Criſpolt.*, & in *Conſtantien. Decimar. 7. Martii 1738. §. 7., coram R. P. D. meo Caſtellan.*

Præſertim quia Capitulum non ſolum eſt Rector dictæ Parochialis Eccleſiæ cum habituali Cura, & omnes percipit Decimas Rectori competentes, verum etiam gaudet
3 fructu Juriſpatronatus ejuſdem Eccleſiæ,
4 unde quo magis in eo cumulantur Tituli *Rectoris, Decimatoris, ac Patroni*, eo minus in diſcrimen revocari poteſt illius obligatio reparandi, ac reædificandi Eccleſiam, & conſequenter ſubeundi expenſas reſtaurationis, & reædificationis Chori; Card. de Luc. *de Jurepat. diſc. 32. num. 12.* Rot. *in Saxonen. Reſtaurationis Parochialis Eccleſiæ 8. Martii 1709. §. Poſſiet, cor. ſl. me. Card. Scotto.*

Nec evitare potuit hujuſmodi onus rema clare profluens a ſupra deductis titulis, excipiendo, non eſſe Patronum dictæ Eccleſiæ, quinimo onus reſtaurandi, ac reædificandi Chorum in Eccleſia S. Wolphangi utpote filiali Eccleſiæ S. Martini, ad formam conſuetudinis vigentis in Archidioceſi Moguntina non reſidere penes Decimatorem, ſed apud Parochianos, ad quorum majorem commoditatem hujuſmodi Eccleſia ſeorſim a Matrice conſtructa
5 fuit. Quandoquidem dum Capitulum vigore ſibi factæ unionis Eccleſiæ S. Wolphangi nominat illius Vicarium, qui in eadem Eccleſia miniſtrat omnia Sacramenta Parocho convenientia, inficiari nequit ipſam reputari poſſe Patronum Ec-

cleſiæ S. Wolphangi, eamque eſſe Parochialem, prout reſultat ex documentis ab eodem Capitulo exhibitis plenam ditioris probationem adverſus ipſum conſtituentibus. Rot. *diviſ. 5. num. 2. de tab. exhib. par. Falcone.*

Conſuetudo vero Archidioceſis Moguntinæ liberandi Decimatores ab onere reparandi, ac reædificandi Chorum Eccleſiæ filialis, quatenus ſubſiſteret, licet uti probata in Eccleſiis exiſtentibus in aliis Oppidis diverſis ab illo Worthenſi, nihil concludit quoad Eccleſiam S. Wolphangi, cum quæ-
6 vis conſuetudo extendi nequeat de Loco ad Locum, ut ad rem ponderat Rot. *in Saxonen. Reſtaurationis Parochialis Eccleſiæ 8. Martii 1709. §. Non relevantibus, coram me. Card. Scotto.*

Idque probe novit idemet Capitulum, dum in Judicio totum ſtetit, & adhuc ſtat in ſubſtinendo propriam obligationem reſtrictam ad ratam Decimarum, quam percipit, eo quia Decimas novales exigit Camera Electoralis, veteres vero dividuntur in tres partes, quarum alteram conſequitur *D. Princeps de Lowenſtein*, alteram *Camera de Hirach*, tertiam Capitulum. Inanis tamen labore quia cum hujuſmodi
7 Decimatores aſſequantur pro portione dictas Decimas, vel jure Feudi, vel alio quovis *Laicali* titulo, hujus generis Decimas, quæ nihil differunt a cæteris fructibus ad Laicos jure proprio pertinentibus, vel non ſunt ſubjectum, cui inhærere valeat onus reparandi, vel reædificandi Eccleſiam, exiſtentibus Decimis a jure *Spirituali* provenientibus debitis Rectori Eccleſiæ, ut monent Pichler *in Jus Canon. lib. 3. tit. 48. in ſin.* Nicol. *de ædif. Eccleſ. pag. 57. num. 5.* Zip. *de Paroch. conſult. 4. num. 2.*, vel quatenus etiam titulus, quo alii Decimatores exigunt portiones Decimarum dici poſſet obnoxius oneri reparationis, ſeu reædificationis Eccleſiæ, non inde excluſa ac non eſſet obligatio Capituli reficiendi ex ſua parte, ſive reparationis, ac reædificationis Chori in vim *ſolidam* obligationis, qua convenire valet quoque Poſſeſſor rei haben-
8 tis onus *reale* inſixum, remanente duntaxat Capitulo actione adverſus ſocietatis coobligatos pro eorum rata, ut firmavit Rota *diviſ. 184. num. 27. par. 17. rec.* Non relevante, portionem Decimarum pertinentem ad Capitulum jam repente gravatam onere ſubminiſtrandi congruam Vicario, ac reficiendi Ædes Parochiales, cum ex
9 hoc potius comprobetur onus ejuſdem Capituli reficiendi, ac reædificandi Eccleſiam Parochialem pro qua major viget ratio, quam pro reſtauratione Ædium Parochialium. Rot. *diviſ. 613. num. 18. coram Anſaldo.*

Conſtabilita in Capitulo obligatione reparandi,
10 ac reædificandi Chorum, exinde ſeque-

bitur

batur illud tenuiſ reficere expenſis quas in hanc cauſam ſolum Communitas Wertheimi, quæ cum ad hunc affectum collecta fuerit procuratum permittat ſibi oſtenſi; neque eſt, ut a Capitulo ejuſdem alter monito, & propterea onus impleri negligente, ſuam conſequatur retentionem etiam quoad interelle. *Leg. ſi mandavero §. Julianus ſcribit ff. mandat.* Rot. *deciſ.* 913. *num.* 1 *cor. Buratt.*, & *deciſ.* 31. *num.* 1. *in Miſcellan. cor. Falconer.*

Et ita &c. utraque &c.

R. P. D. CLEMENTE AROSTEGUI,

MOGUNTINA REPARATIONIS CHORI.

Veneris 4. Julii 1749.

ARGUMENTUM.

Eſt Præcedentis Confirmatoria.

SUMMARIUM.

1 Parochus tenetur Eccleſiam Parochialem reficere, & inſtaurare, cum alia bona in eam Cauſam præcipue conſtituta deſint.

2 Eoque fortius, ſi decimas, ac primitias in Parochia tenatorio percipiat.

3 Ac Juspatronatus illius poſſideat.

4 Ex quibus arguatur Eccleſiam eſſe Parochialem?

5 Ad probandam Unionem, non primario, ſed veluti in conſequentium, leviores admittuntur probationes.

6 Unio Eccleſiæ facta Capitulo, ex quibus probetur?

7 Decimæ cenſendæ ſunt poſſideri titulo ſpirituali, ubi monſtri ab initio acquiſitionis, ac ceſſionis in illarum, tales fuiſſe.

8 Pro Eccleſiæ reſtauratione, vel reædificatione datur actio ſolidalis contra obligatos.

9 Pendiſſima ſententia eſt, Laicos Decimatores non eſſe obnoxios expenſis pro Reſtauratione, vel Reædificatione Eccleſiæ Parochialis.

10 Juspatronatus unionem, ubi ante ſumitur, apte convenit unam Unionem.

11 Conſuetudo, reſtricta ad Parochiales in certis quibusdam locis erectas, nequit produci ad alias alibi poſitas.

12 Erogans de proprio ſumptus pro Eccleſiæ reſtauratione, ad quam alius tenetur, ab hoc præſtandus eſt in omnibus indemnis.

DECISIO LXXXI.

TER provocavit Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ SS. Petri, & Alexandri Aſchaffenburgi, ut niſi integre, ex parte quidem deſiniret emendationem cendamni, quod meruit ex refectione Chori Parochialis Eccleſiæ S. Wolphangi Oppidi Wertheimi. Quum vero ſuccubuit, quod tanquam *Parochus, Decimator, & Patronus* id oneris ferre deberet, non autem ejuſdem Oppidi Populus, hoc tantum in illius cautionem addito, ut, ſi qui adeſſent alii, qui Decimas ex parte perciperent, ex parte etiam de jure teneri poſſint, eosdem Judicis officio adigemur, & viribus a ſingulis ex contributione percipimus, quod pro omnibus in Chori reſtaurationem erogaſſit. Quemadmodum has Moguntiæ, nunquam vero deſinitum eſt in Sacro noſtro Auditorio ex Sententia, poſt editam Deciſionem 29. Aprilis ſuperioris anni a Rmo mendaci... P. D. De Van Decano obſignata, quam hodie Domini coram Me = CONFIRMARUNT.

Et ſane, juſtis innititur titulis obligatio Capituli reſtaurandi Chorum Parochialis Eccleſiæ. In primis enim Curam in ea habet habetur jam ope vetuſtiſſimæ Unionis, qua

1 itaque Parochus eſt, tenetur omnino Parochialem Eccleſiam reficere, & inſtaurare, cum alia deſint bona in eam cauſam præcipue conſtituta ad *Textum in Cap. de decimis* 10. *quæſt. prima*, & 4. *de Eccleſ. ædifican.*, & Trid. Synod. *ſeſſ.* 21. *cap.* 7. *de reform.* Rot. in *Conſtantien. Stauan* 7. *Martii* 1738 §. 7. *coram R. P. D. Cavalchini.*

2 Tum inde cum Decimas, itque primitias ſibi percipit in toto Parochiæ Territorio, ſoluturus foret, ſi omnia reſponderet reparandi Eccleſiam, cujus cauſa, & tanquam

Dei-

Google

Decimatos tot percipit emolumenta, quæ a conſentaneo onere nequeunt ſejungi. Zœſius in analy. ad tit. de Eccleſ. ædific. anam. 2., Ureſſer. in poſtCanon. lib. 3 tit. 48. num. 47. aliique Volius §. 2. num. 3. Rocſa cit. Conſtantia § Huic, in fin. Præ-
3 ſtat denique titulus alter, ut, cum Patronus vocitetur, dumque poſtulet, agat neceſſe ſit, quod ex patroni obligatione ad Eccleſiæ reſtaurationem pertinentem extat. Trident. Concil. ſeſſ. 21. cap. 7. de reform. Ameſtaz. de Cauſ. piis lib. 5. cap. 6. num. 20. Piton allegat. 12 num. 4. & ſequen., & allegat. 29. num. 19., & allegat. 43 num. 11., &comprobat Curiæ deciſio 29. Aprilis ſuperioris anni §. 4. & 5 cor. Reverendiſſimo P. D. Decano.

Irrito ſane labore monitiſſimam hanc ex tribus titulis conſtitutam obligationem diſrumpere conatur Capitulum, dum inficiatur Eccleſiam eſſe Parochialem, ſibique unitam. Decimas vero contendit, non ex ſpirituali jure, ſed ex emptione percipere, illasque nec integras, cum alii adſint, quos ſaltem oporteret ex viribi condemnare. Patronatus vero jura nec ulla adeſſe aſſerit, nec cum unione ſtare invicem poſſe mynit; In univerſum denique, obligationem quamque ex titulo conſtitutam enervem eſſe propugnat, exceptione conſuetudinis Moguntinæ Archidiœceſis, ut ad reparandas filiales Eccleſias ſumptus conferat Populus, non autem ex unione Capitulum, ſi & Populi commodo citra alterius detrimentum conſtructæ cenſeantur.

Non jure enim hæc reponit Capitulum, poſtquam ſub initio unitionis ſitas ſuam agnoverit obligationem, quam tantum ex parte temperare exoptavit, ne ad ſolidum teneretur. Ex uno vero per ſingulas partes ſubveniunt exceptio. Et quidem conſtat
4 Parochialem eſſe Eccleſiam S. Wolphangi, quæ ſuum habet Vicarium, quem Capitulum eligit, eique pendit Salarium, Ædes denique præſtat, atque fatiſcentes reſtaurat: ii vero in eadem Eccleſia poſſeſſionem manifeſtatur, omniaque ex ſuo munere adminiſtrat Sacramenta propter quod eadem Eccleſia non modo ex conſtanti hominum opinione, verum & in judicio pro Parochiali ſemper ſuit habita, & ita Capitulum quidem in dubium hactenus revocavit, imo & conſultiſſime agnovit, cum coacto Conſilio reſtaurationem Chori ex ea parte qua percipiebat Decimas, ultro demandavit, ſicut optime firmat prætenta Deciſio § 6.

Perperam quoque ejusdem Eccleſiæ unio oppugnatur, dum licet præcipuum non ejus edatur monumentum, quod apud Capitulum debet extare; adſunt tamen præſtantiſſima argumenta, quæ facile admittuntur, quoties de vetuſtiſſima unione
5 non agitur primario, ſed veluti in conſequentiam, ut cum Capitulum alia ex unione præſtit onera, præſtet quoque illud reſtaurandi Eccleſiam, quod videtur præcipuum, longeque præſtantius, quam reſtaurare Vicarii Ædes, ſicut hoc agere nuſquam hactenus prætermiſit. Decet itaque unionem in hac præſertim ſpecie ex argumentis admittere, ne in Capitulo poteſtas ſit, poſſe ad ſui duntaxat commodum unionem modo editam propugnare, modo & latentem abſtruſo ſuo inficiari. Rot. in Vaſionen. Vicariæ 17. Martii 1734. § 6., & in Leodien. Paſtoratus de Termis 23 Junii 1742. §. 7. coram Eminentiſſimo Domino Card. Millino.

Lucolenta in hanc rem ingenio ſuo erumpunt nonnulla argumenta, tum a luculentiſſimis Teſtibus, qui ex conſtanti apud omnes opinione de ea teſtantes, eam certa nia valent comprobare. Rot. in Lucana Decimarum 3. Julii 1707. §. Et ſequen. coram clar. mem. Priolo: Tum ex onere, quod præſtat Ca-
6 pitulum, tum ædes Vicario aſſignat, eique annuam ſtipem perſolvit, quod utrumque ex unione fieri facile conjicit eadem Rot. in deciſ. 445. num. 3. part. 5. tom. 2., & deciſ. 48. num. 5. part. 10., & in Poſnanien. Parochialium 30. Julii 1732. §. Siquidem, coram Eminentiſſimo Card. Aldrovando; Tum demum ex perceptione primitiarum, ac Decimarum, pro quibus nulla poteſt aptari, quam unionis cauſa conſtitui, dum & cætera in unum coeunt unionis ſigna. Rota deciſ. 119. num 3. part 2., & in Gerunden. Decimæ 2. Julii 1725. §. Si quidem, coram bon. mem. Cerro.

Nullius quoque pendi eſt exceptio altera. Decimas enim ex ſpirituali jure, ſed ex emptione nunc a Capitulo percipi, neque integras, ſed ex triente, cum pars reliqua a Laicis exigatur, ut vel nemo, vel omnes ex viribi teneantur. Enim vero ex ipſo edito monumento conſtat. Capitulum Sancti Petri eas comparaſſe Decimas, quas alterum S. Jo. Baptiſtæ Amoeneburgi percipiebat ex unione a Moguntino Antiſtite facta, & a Sanctiſſimo Romano Pontifice comprobata. Idem ergo ex unione
7 ſpiritualis titulus, qui prius perceptioni dedit initium ac cauſam in cedente, permanſit quoque in ceſſionario, ut poſt alterum alter deberet onus, quod meſſit, eadem ex Cauſa præſtare. Cauſ. in Leg. Nemo plus juris 54. ff. de regul. jur. tom. 6. pag. 686., & ſeqq.

Quod vero adſint Laici, qui ampliores Decimas percipiant, non inde Actum abſiſtitur, vel remittitur actio, ne ab uno Capitulo ſolidum peteret, ut inde idem Capitulum, ſi ſolus eſſet, emendationem ejus, quod pro omnibus erogaſſet, a ſingulis repeteret. Quamquam non una eſt Doctorum opinio, ſed eos inter gravis
8 exagitatur quæſtio, num Decimatores cum Laici ſint, valeant ad Parochialis

reſtaurationem compelli. Hanc vero litem non tenetur Actor ſuſcipere, habet enim, quem ſine contentione poteſt ad gere, ut quia, quod individuum continet factum, ſtatim impleat, atque ex ſolido reparationi a obligationem exequatur, ut ad rem firmat Rot. decif. 184. num. 25., & 17. part. 17. recent., & praeterita Deciſio §. 9. Quod & neceſſitas ſuadet, quia ponde-
9 rationis ſententia eſt, ne compellantur Laici, quippe Decimae non amplius percipiunt ex ſpirituali jure, quo ipſi certo carent, ſed potius ex jure feudi, & titulo, inſtar ſolent bonorum propii Patrimonii, cui Decimae ab Eccleſiaſtico proventu exceptae, ex novo ſuperinducto jure adducuntur. Ab iis itaque ſubducto ſpirituali titulo, nec eis ut poteſt conſiſtere Reſtaurationis onus, quod jure tantum innititur ſpirituali, ſecundum Cap. a, & 4. de his, q. ſ. Aedific., & Tridentin. Concil. ſeſſ. 21. cap. 17. de reform., ac diſtinguendo inter Decimatores Eccleſiaſticos, & Laicos propugnant Valenſ. in jus Can. lib. 3. tit. 48. §. 2. num. 3. Vering. in jus Canon. lib. 3. tit. 48. §. 3. num. 2. Kramer quaeſt. Canon. in lib. 5. decretal. quaeſt. 30. num. 1633. Pichler eod. tit. 48. num. 5. Schmalzgrueber in jus Canon. lib. 3. part. 5. tit. 48. §. 2. num. 57., & Cauſae Deciſio §. 8.

Invicem vero haud ſeſe collidunt Patronatus, & Unio, quoties de Patronatu hic agitur non ad conſtituendum jus praeſentandi, ut praeſentato deinceps decimatori inſtituti, quotieſcumque vero contingiſſet beneficii vacatio, ſed ad conſervandis Unionis jura, ut competere poſſit jus eligendi, deputandique Vicarium, quemadmodum ei ex Unione competit. Nam nihil
10 prohibet, quin facile poſſit adelictum ſe non jurispatronatus ita unitum, ut apte conveniat omnium, cujus praeſtantiſſima alia diſtinant argumenta, uti ad rem Rot. decif. 107. num. 6., & decif. 214. num. 7. part. 2. decif. 441. num. 6. part. 5. tom. 2. recent. decif. 947. num. 5. cor. Emerix., & in Autron. Parochialis de Peta-mum 29. Aprilis 1720. §. Nihilque, cor. bo. mem. Gamasbia.

Omnium vero infirmiſſima eſt exceptio contentae conſuetudinis, quae in Moguntina Archidioeceſi adeſſe dicitur nam non modo legitima ejus defſi probatio propterea Teſtes privatim eductos, verum etiam, quia
11 veluti aſtricta ad Parochiales in certis quibuſdam locis erectas nequit produci ad hanc aliam alibi poſitam, uti bene Rot. in Sunnen. Reſtaurationis Parochialis Ecclesiae 8. Martii 1709. §. Non relevantibus, cor. bon. mem. Scotti. Vel etiam quia ea forte potest obtinere pro ſimplicibus aliis Eccleſiis, quae ad majorem Populi commoditatem ſeorſum a Parochialibus erectae fuerunt, non certe quidem admittenda in hac alia S. Wolphangi, quae omnia exhibet Parochialis Eccleſiae argumenta; propter quod Capitulum ampio judicii exordio audere non cenſuit hanc utiliter propugnare conſuetudinem, ſed ultro paratum ſe praeſtitit ſuſcepturum onus ad modum quo percipiebat Decimas. Ampliſſima denique Moguntina Conſiſtoria, cum Sententias adverſus Capitulum pronunciaverint, hanc non agnoverunt conſuetudinem, quam certe non deſperaſſent, ſi qua ſub ipſorum ne cula legitima accreviſſet, & de qua aliquando debuiſſent ex contradicto judicio diſceptare. Encavit itaque, ac unica eſt ejuſmodi conſuetudo, quam pro hac Eccleſia nemo ex Moguntinis Judicibus admiſit, quam & Capitulum jam pridem obligationem ſuam agnoſcens, conſultiſſime reſpuit, uti expendit Cauſae Deciſio §. 6., & 7.

Quae cum ita eſſent, merito Capitulum damnarunt praetenſae Sententiae ad emendationem totius damni, quod emerſit ex praetermiſſa C'ion teſtamentatione, quia debet Communitas acceptam ſub foenore
12 pecuniam pertigere ut hoc omne in Capitulum recidat, quod [illegible] Communitatem et ea Cauſa indemnem praeſtare Leg. Si mandavero §. [illegible] §. mandat., & praeterita Deciſ. §. 10.

Et ita utraque.

RMO P. D. DE VAIS.

CAPUANA SUPER RESERVATIS.

Lunæ 17. Junii 1748.

ARGUMENTUM.

Vivæ vocis Oraculum, quod aliter probari non poterat, rectè probatum decidítur jurata aſſertione Archiepiſcopi, etſi in jurantis commodum tendat, inducatque ipſius liberationem, veritatem juratæ aſſertionis ſuadente Magnatitia, & Eminenti qualitate jurantis. Liebine expenditur onus Epiſcoporum in Eccleſia reſtauranda, eamque neceſſaria Supellectile providenda. Item firmatur, Epiſcopum teneri ad reſtaurandum Palatium tum Urbanum, tum Rurale, quod utrumque ejus facto redditum fuerat inhabitabile, etſi demolitio contigerit animo ſtructuræ elegantioris. Ejus pariter debito adſcribuntur paritæ neceſſariæ ad conſervationem bonorum Epiſcopalium. Tandem decidítur, ipſum Epiſcopum teneri ad reintegrandum Succeſſorem de Taxis, & Adobis, quas velut Feudi Poſſeſſor Regio Fiſco rependere debuit relativè ad Taxas decurſas tempore ipſius Epiſcopi Anteceſſoris.

SUMMARIUM.

1 Inutiliter poſtulatur reintegratio Depoſiti, quod erogatum eſt in Cauſam a Summo Pontifice approbatam.

2 An diſpoſita in Concilio Romano circa verſionem Epiſcopis commendatam dimidiorum Fructuum Beneficiorum in Fabricam, augmentum, reparationem, & ornatum Eccleſiarum, excludant verſionem in Sacras Supellectiles eadem Eccleſiis neceſſarias?

3 Onus reparandi Eccleſias, involvit etiam expenſas pro Paramentis, aliiſque Divino cultui neceſſariis, quia hæc Fabricæ æquiparantur.

4 Vivæ vocis Oraculum rectè probatur jurata aſſertione Archiepiſcopi, attenta ejus qualitate Magnatitia, ſpectata Probitate, & Eminenti qualitate.

5 Palatium redditum facto Epiſcopi inhabitabile, ipſe ad antiquum ſtatum habitabile reducere tenetur.

6 Amplius, etſi redditum fuerit inhabitabile animo illud reducendi in formam elegantiorem.

7 A ſemel ſuſcepta obligatione recedere non licet.

8 Epiſcopus tenetur ad expenſas neceſſarias conſervationi Bonorum Epiſcopalium.

10 Moderuus Feudi poſſeſſor eſt reintegrandus ab Anteceſſore de Taxa decurſa tempore Anteceſſoris.

DECISIO LXXXII.

IN Audientia dierum 1. 26. 29. nuper elapſi menſis Aprilis, diſcuſſis quamplurimis partitis in primam, ſecundam, ac tertiam Claſſem diſpoſitis, de quibus Rmus Ruſus Archiepiſcopus Capuanus ex pluribus ſuæ Menſæ contendebat declarandum eſſe debitorem Reverendiſſimum Urſinum Patriarcham Conſtantinopolitanum in eadem Archiepiſcopali Sede Anteceſſorem, contigit in qualibet Claſſe nonnullam partitam ulteriori examini reſervare. Quapropter cum ſuper his una ſimul cumulatis ſcribitaverim DD. meos, etiam V. VI. ac VII. ſub Dubio = *An, & in qua ſumma conſtet de crédito, itaut mandatum A. C. ſit exequendum,* & *ex-*

& novum relevandum = Accepi = *AFFIRMATIVUM RESPONSUM, JUXTA MODUM* inferius explanandum.

Inter Partitas ulteriori examini reſervatas occurrebat Prima *decr. 401. 95.* pertinens ad *primam Claſſem*, & conſiſtit ex depoſito mediarum Annatarum, quo Rmus Urſinus uſus fuit ad comparanda Sacra Supellectilia pro Eccleſiæ ornatu neceſſaria, & quoad hanc Partitam = *NEGATIVA* = prodiit reſolutio quia cum Rmus Urſinus dicto depoſito uſus fuerit in Cauſam Sacrarum Supellectilium, prævio vivæ vocis oraculo ſa. me. Benedicti XIII., prout juratus ſemel depoſuit, & iterum ſub juramento repetiit idem Rmus Urſinus ad eſt cur illum debito 1 adſcribi valeat reintegratio dicti Depoſiti, quod vertit in cauſam Supremi Pontificis auctoritate comprobatam Rot. *decis. 84. num. 4. 10. Buratt, decis. 601. num. 1. in. Denoven. Jun., & decis. 208. num. 1., & ſeqq. 10r. Lancetta*.

Nec conceſſionem dictæ facultatis inveriſimilem reddere valent ſtatuta in *Tit. 17 capitula* Concilii Romani celebrati Anno 1725. regnante eodem ſa. me. Benedicto XIII., nec non in illius uniformi Conſtitutione, præſuttum ſtantibus exceptionibus, & argumentis cumulatis ad effectum ſuadendi, hujuſmodi facultatem revera dictum Summ. Pontificem elargitum non fuiſſe. Quandoquidem omiſſa indagine, an diſpoſita in 2 Romano Concilio, & illi uniformi Conſtitutione circa fidelem verſionem Epiſcopis commendatam dimidiorum fructuum Beneficiorum in Fabricam, augumentum, reparationem, & ornatum Eccleſiarum Collegiatarum, Cathedralium, & Metropolitanarum excludant variationem in Sacra Supellectile, uſu earumdem Eccleſiarum neceſſarias, ſemper verum eſt, facultatem a laudato Sum. Pontifice conceſſam Rmo Urſino non eſſe diſſonam a diſpoſitione Juris communis, qua attenta, onus reparandi Eccleſias involvit expenſas etiam 3 pro Paramentis, aliiſque Divino Cultui neceſſariis, cum hæc Fabricæ æquiparentur juxta *Text. 12 cap. final. de Teſtam.*, & tradunt Franc. *de Eccleſ. Cathedr. cap 10. n. 14.* Amoſtaz. *de cauſ. pis lib. 4. c. 1. n. 25.* Ventrigl. *in prax. annot. 18. num. 2. par. 2.* Tondut. *quæſt. benefic. par. 1. cap. 39. n. 9. & Rot. decis. 42. num. 1. poſt Antonell. de Tempor. Cleri*.

Hoc poſito, Sanctum Pontificem hujuſmodi facultatem revera impertitum fuiſſe Vivæ vocis Oraculo Rmo Urſino illius Nepoti plene ſuadet ejuſdem Rmi Urſini juratæ 4 aſſertio, cum illius qualitas Magnatum, ſpectata probitas, & Eminens Patriarchalis Dignitas non ſinant per vaga Exceptiones, & æquivoca argumenta in dubium revocari id, quod idem Rmus Urſinus ſemel, bis, & juratus depoſuit, ut monet Rot. *decis. 3. ſub num. 3. de falſita cor. Falconer., & in Nucerina Donationis 12. Decembris 1710. §. final. cor. Emo Aldrovando*.

Altera ſubſequebatur ex reſervatis Partitis pertinens *ad ſecundam Claſſem*, & reſpiciens reparationes tum Palatii Archiepiſcopalis Capuæ, tum alterius Ruralis S. Mariæ. Et demandata Petri electione quoad Palatium Archiepiſcopale, quoad alterum Rurale DD. cenſuerunt = *LOCUM ESSE RELAXATIONI NOVI MANDATI PRO ILLIUS REDUCTIONE IN PRISTINUM* = Quia cum Rmus Urſinus in cauſa fuerit quod 5 dictum Palatium redactum fuerit ad ſtatum hoc, & nunc inhabitabilem, æquum eſt, ut onus ſubeat illud reducendi ad antiquum habitationis commodum. Rot. *in Caſertana Pecuniaria, ſive diſtributionum 7. Maii 1742. §. 3. cor. Emo Tanaſio*.

Haud relevante, dictum Rmum Patriarcham 6 hoc feciſſe animo idem Palatium amplificandi, & in elegantiorem formam redacendi, ut argui poteſt ex cæmentis, & lapidibus id hunc finem paratis. Quandoquidem cum hæc amplior, & elegantior forma non fuerit ad effectum perducta, ſemper ſubſiſtit ex facto Rmi Urſini Palatium redditum fuiſſe inhabitabile, & ſic ſemper viget illius onus reparandi damnum illatum Menſæ Archiepiſcopali, reducendo Palatium priſtino habitationis uſui accommodatum, ut proſequitur Rot. *in d. Caſertan. Pecuniaria, ſive diſtributionum 7. Maii 1742. §. 8. cor. Emo Tanaſio*.

In *tertia Claſſe* reſervata fuit Partita, concernens omiſſam expurgationem, & excavationem Lagui exiſtentis in Feudo S. Venerandæ, & inſervientis uſui macerandi Cannabem. Et quoad hanc Partitam DD. cenſuerunt = *CONSTARE DE CREDITO MENSÆ ARCHIEPISCOPALIS PRO TERTIA PARTE EXPENSARUM, QUÆ AD HUNC EFFECTUM SUNT NECESSARIÆ* = eum ad hanc tertiam partem ſe ſe obligaverit Rmus Urſinus occaſione Locationis dicti Feudi, impoſito Affictuariis onere ſubeundi expenſas pro aliis duabus partibus, 7 a qua idcirco ſuſcepta obligatione recedere non licet. Rot. *in Romana, ſeu Oſtien. expurgationis Foſſatorum 21. Junii 1734. §. At tamen, cor. Emo Mellino*.

Minime relevante, expurgationem, & excavationem dicti Lagui neceſſariam amplius non eſſe propter intermiſſum ejuſdem Lagui uſum ad macerandum Cannabem, utpote præjudicialem ſaluti habitantium, & deſtructionem circumadjacentis Terreni uſui paſcuorum. Quidquid enim fortaſſe, non pro ſalute Habitantium, ſed pro eorum libito, & commodo geſſerint Affictuarii, non tollit obligationem Rmi Urſini reſtituendi Lagnum excavatum, & expurgatum, prout illud receperat a di. mem.

Card

Card. Caracciolo illius Anteceſſore, & prout reſtituendum noverat Ipſemet Rm̃us Urſinus imponendo, prout impoſuit, onus expurgandi, & excavandi pro duabus partibus expenſis tam Conductoribus in poſtrema ejusdem Feudi locatione ante paulo ante Eccleſiæ dimiſſionem. Idque plene confirmat conſiderabile aliunde eventurum præjudicium Menſæ Archiepiſcopali in diminutione redditum dicti Feudi, quod uti alienum a poteſtate dicti Rm̃i Urſini, eiusdem quoque cenſeri debet ab illius voluntate, qua de causa ſemper firme permanet propria obligatio ſu-
8 beundi expenſas neceſſarias ad conſervationem Bonorum ad Menſam Archiepiſcopalem pertinentium. Rot. in *Romana, ſeu Reparationum* coram *Aprilis 1743. § 4. cor. bo. me. Nunez.*

Neque ex eo, quod Rm̃us Urſinus obſtrictus fuerit reſtituere Lignum excavatum, & expurgatum, prout illud receperat, augeri potuit creditum Menſæ Archiepiſcopalis ſupra tertiam partem expenſarum, quæ ad hunc effectum requirebantur. Quæ etiam Rm̃us Rufus in Archiepiſcopali Sede ſucceſſor non hæſitaverit ratum habere contractum locationis dicti Feudi e Rm̃o Urſino Anteceſſore paulo ante initum, in quo pacto conventum fuerat expurgationem, & excavationem Ligni fecundum eſſe ſumptibus Conductorum pro duabus ex tribus partibus, et pro tertia Rm̃o Locatori, profecto inter Iunues ſolum tertiæ parti expenſis valet actionem adverſus Rm̃um Urſinum, ſequendo naturam
9 pactorum quæ ſemel rata habuit, quæque cuſtodire, & adimplere tenetur ad *Tit. 12 l. non mirum C. de Tranſact.*

Supererat ex reſervatis altera Partite ad *tertiam* pariter *Claſſem* pertinens, & proveniens *a ſummis ſolutis, & ſolvendis* per Rm̃um Rufum ex cauſa Feudi = *Il Monte della Ruota*, & ſuper hac partita = *AFFIRMATIVUM PRODIIT RESPONSUM* = Quo enim tam ſolutæ pro Tria, & Adhuc quam ſolvendi pro Quindecennio, e Regia Camera liquidandis, reſpiciunt tempus, quo Rm̃us Urſinus percepit fructus dicti Feudi, omnis æqui,
10 bonique ratio expoſtulabat de dictis ſummis reintegrandum eſſe Rm̃um Rufum, qui uti Feudi Poſſeſſor adactus fuit ad ſupportationem onerum, ad quæ Rm̃us Urſinus condemnatus fuerit Decreto edito 1740, quæque correſpective ad fructuum exactionem ſolvere tenebatur, ut monet Genc. *de Cenſib. quæſt. 98 num. 79. Rot. poſt tractatum de. 532 cent. 27.*

Et ita ſeptem collectis ſuffragiis &c. utrinque &c.

R. P. D. CORTADA.

ACHERUNTINA PECUNIARIA.

Veneris 24 Aprilis 1750.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus tenetur ad erogandam quartam partem redditum ſuæ Menſæ in reparationem Fabricæ Eccleſiæ Cathedralis, dummodo tamen adſit, & probetur actualis neceſſitas reparationis.

SUMMARIUM.

1 Reſolutio S. C. Epiſcoporum, & Regularium demandans, Epiſcopum teneri ad quartam partem redditum ſuæ Menſæ pro reparatione, & Supellectilibus Eccleſiæ Cathedralis.

2 Non obſtante, quod adeſſent fructus Beneficii præſtituti ad hujuſmodi effectum, non tamen attingentes ad dictam quartam partem.

3 Per Tranſactionem limitatam ad certum effectum, non officitur oneri reparationis incumbenti ad Epiſcopum.

4 Tranſactio cum Eccleſia non ſuſtinetur abſque Cauſa, ejuſque Eccleſiæ utilitate.

5 Maxime, ubi etiam intervenerat Eccleſiæ Læſio.

6 Deficit Conſenſu Capituli.

7 Ac Beneplacitum Apoſtolicum.

8 Conſenſus nonnullorum Capitularium non ſufficit, niſi doceatur eorum ſolemnis delegatio a Capitulo.

9 Actio, vergens in abdicationem Jurium Eccleſiæ, ſuſtineri nequit, abſque auctoritate Apoſtolica.

10 Tranſactiones, per tempus non obſervatæ, ſtandum non eſt.

11 Præſtatio quartæ partis fructuum ad quam tenetur Epiſcopus, intelligenda eſt juxta

xta importantium neceſſitatis contingentia.

12 Peritorum judicialium, neceſſe eſt firmam manere fidem.

13 Indigentiæ reparationum probandæ ſunt de tempore Epiſcopi, qui poſſitur ad ſolutionem.

14 Impenſæ reſpicientes meliorationem, non vero reparationem Eccleſiæ, a quibus nequeunt debito Epiſcopi ad reſtaurationem dominicii obligati.

15 In materia liquidationis expenſarum, Judicium Peritorum temperandum eſt Judicis arbitrio.

DECISIO LXXXIII.

DUM ſuſcepto de anno 1703 regimine Cathedralis Eccleſiæ Acheruntinæ, cui unita eſt Cathedra Mathermenſis, præeſſet bon. mem. Archiepiſcopus Antonius Maria Brancaccius, qui vivere, & regere eam deſiit ſub annum 1721., conſulta Sac. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium anno 1706. = *An pro reparationibus, ac Supellectilibus Eccleſiæ Acheruntinæ teneatur Archiepiſcopus impendere quotannis uſque ad quartam partem redditum ejuſdem Menſæ, deductis oneribus, comprehenſo etiam tempore Sedis Vacantis, qui fructus percepit a die primæ ſuæ ſit, ſi impendat fructus Beneficii S. Mariæ ad hunc effectum deſtinatos* = Reſpondit = *Affirmative*

1 *ad primam partem, & negative quoad ſecundam* = Interpoſita nihilominus Concordia, ſtuduit Archiepiſcopus anno 1708 eam componere ea ſub conventa moderatione, ut ſcilicet teneretur penſitare annuatim ſummam ducatorum 210. in Cauſam impenſarum, quas in nota vocant, & ſimul alios deſignatos ſubire majores ſumptus pro neceſſaria occurrente reparatione Eccleſiæ. Tranſactione vero non penſus Capellæ S. Mariæ de Beuna Tituli Cathedralis Eccleſiæ Mathermenſis, quominus laceſſita a Capitularibus Acheruntinis & Communitate Acheruntiæ, tanquam hæres Archiepiſcopi condemnaretur in Tribunali A. C. ad ſolutionem ducatorum 4880, quam præciſe ſummam, juxta proceſſum confectum anno 1723 de Mandato Nuncii Neapolitani, fore impendendam conſtitit in neceſſarias Eccleſiæ Acheruntinæ reparationes, & ad perſolvendos ſimul alios ducatos 500. pro Sacris ejuſdem Supellectilibus. In mitiorem tamen ſenſum inclinavit Sacrum noſtrum Auditorum, cui ad provocationem Capellæ delata eſt nova cauſæ cognitio ex reſcripto Signaturæ Juſtitiæ cum Clauſula = *Et Appellatione* =, ſubminiſtratis interim ducatis 500. Siquidem abſoluto ſub annum 1735 per Epiſcopum Bauntinum Executorem, prævia ſubdelegatione Judicis in partibus ad effectum firmandi ſtatum ſuper redditibus Menſæ Acheruntinæ, & ſuper controverſis neceſſitatis reparationibus, hinc reſpectiva Proceſſibus, emanavit in Rota die 2. Decembris 1737. coram clar. mem. Card. Calcagnino Reſolutio = *CONSTARE DE CREDITO JUXTA MODUM, NEMPE PRO SUMMA DUCATORUM MMDC.* = , quæ ſummæ erogationi viſum eſt ſatis conſulti indigentiæ reparationum, quarum neceſſitas contigit tempore gubernii Archiepiſcopi Brancacci. Deciſio neque Capitularibus Acheruntinis, & Communitati arriſit, neque Capellæ hæredi Archiepiſcopi; ideoque ſuffectus Ego in locum Eminentiſſimi Ponentis, rogavi hoc mane = *An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis in caſu &c.* =, & Reſponſum habuj = *IN DECISIS* =

Plane in id Collitigantes ultro conveniebant, quod nempe hæreditas Archiepiſcopi Brancacci obligatione devincta Capellæ S. Mariæ de Beuna, debet ad tramites tum Juris communis, tum ſpecialis prælaudati Decreti Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium præſtare Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Acheruntinæ ex annuis integris quarti parte redituum, quos inde percepit Archiepiſcopus ſummam reſpondentem neceſſitatis interea reparationibus Eccleſiæ, ejuſque Supellectilibus, uti in terminis Juris communis decantatur in *Cap. primo de Eccleſ. ædific.*, & notant ibidem Oſtien. *in primo*. Barboſ. *num.* 4. Gonzalez *num.* 7, & tenent Rota *conſ.* 3. *num.* 6. *ubi primo*. Sard. *conſ.* 61. *num.* 11., & 33. *ubi primo*. Cortiad. *deciſ.* 162. *num.* 2. Rot. *coram Manzan. deciſ.* 148. *num.* 4., & *coram Cerito, deciſ.* 819. *num.* 5., & ponderat cum aliis Deciſio, quæ recidetur § *Creditum*, & in ſubjecta controverſiæ ſpecie contra Archiepiſcopum Brancacci, reſpondit Sac. laudata Congregatio, quem retinentem ſubvenire neceſſariis reparationibus, & Supellectilibus Eccleſiæ Acheruntinæ ex proventibus illius Menſæ ſibi obtento, quod ſatis foret, ipſum Curam gerere, ut in hanc Cauſam impenderentur fructus Beneficii S. Mariæ præſtituti ad diſputatum

2 effectum, valuit teneri quotannis id uſque menſuram quartæ partis diſtinctam redituum. Scitum autem eſt, Sacrum noſtrum Tribunal conſueviſſe perpetuo obſequi Decretis Sacræ Congregationis, quemadmodum paſſim profitetur, ſignanter coram *Lancetta deciſ.* 132. *num.* 16., *coram Falconer. in Miſcell. deciſ.* 74. *num.* 4., & in

Google

& in Primiſsima Emphyteuſis 18 Januarii 1737. §. Ex his igitur, coram alar. mem. Card. Caliagnino.

Exeutere nec valet relatum onus Capellæ quæ habet Archiepiſcopi, proponendo Tranſactionem celebratam ſub annum 1708, vi cujus ſolutum ipſe obligatione participandi in reparationem Eccleſiæ, & commodum Utenſilium quartam annuam partem fructuum ſuæ Menſæ, promiſit ſolvere quotannis ſummam Ducatorum 110., & nonnullas peragere reparationes, hinc inferendo, ceſſaſſe Debitum quodcumque eo ipſo quod conventam fidem implevit, ſolvendo annuos Duc. 110., & ſatisfaciendo aſſumptis reparationibus. Etenim ſi ſemel ac non ambigitur, Archiepiſcopum in Tranſactione ſuſcepiſſe, nedum unum annum tranſlationis certæ quantitatis pecuniæ pro levioribus impenſis, verum etiam ſe obſtrinxiſſe ad graviores ſumptus reparationum, ubi in *§. ſtando a carico di detto Monſignore di far l'accommodo di Travi, graſſi, ſeparare &c. qualche caſo fortuito, come è di re, caderſe qualche muraglia, o biſognando alzarſi per imminente ruina* = Nil minus

3 eſt, quam quod probata indigentia reparationum relative ad tempus Paſtoralis ſedis enitendis ejuſdem Eccleſiæ licet effugere diſputatum onus, quod non videtur a Tranſactione alienum, per vulgares regulas.

At dato, Concordiam minime porrigi ad integras controverſias Expenſas, quibus ſubeat omnino Archiepiſcopus ad uſque manſionem quartæ annuæ partis redditus Menſæ Acheruntinæ; aperta res eſt, nullum a Tranſactione compendium reportaſſe Eccleſiam, quin potius grave ſubiiſſe detrimentum, adeoque ut ea attritis immediate objectis Concordia tanquam deſtituta

4 fomento juſtæ Cauſæ, idest avidanti Eccleſiæ utilitate. Pignatell. *conſult. 136. num 15. tom primo.* Cuſlin. *Contro. Forenſ. cap. 8. num 64. in ſin lib. primo.* Rota *in Compaſtallana Permutationis, primo Decembris 1749. per tot. coram R. P. D. meo Molino.* Tantoque magis perſpecti Titi-

5 ſigentur Eccleſiæ læſiones. Rota *in Tudien. Juriſpatronatus 17. Februarii 1736. §. Recenſet, & in Plinen. Tranſactionis 17. Junii ejuſdem anni §. Aſt quando, coram clar. mem. Card. Caliagnino, & in alia Compaſtallana Permutationis §. Pratus deſaltam, coram R. P. D. meo Molino*, & ponderat Deciſio, quæ ter datur §. *Sive potius*.

Accedit, quod Tranſactioni conſenſum non præſtitit revera Capitulum, & Communitas Acheruntina, ſed nonnulli ſeorſum Capitulares, neque illam authoravit Summus Pontifex, cujus beneplacitum fuiſſe prætermiſſum non dubitatur; quo ſane

6 alterato occurrente defectu, fruſtra contenditur, debere Eccleſiam ſtare Tranſactioni, veluti loquendo in propoſito deficientiæ Capitularum conſenſus, monstrat pro *Tomus ſecundus.*

Turi. in cap. primo de his, quæ fiunt a majori part. capit. Redoan *de Reb. Eccleſ. non alienan. tit. de his, quæ conſecuntur cap. primo num 26., & ſequen.* Turi cell *eodem tract. cap. 5. num. primo, & 2.* Rot. *in allegat. Placen. Tranſactionis 27. Junii 1736. §. Aſt quando, coram clar. mem. Card. Caliagnino;*

7 & quoad defectum Beneplaciti Apoſtolici cavet *Text. in Extravagan. ambitioſæ de Reb. Eccleſiæ non alienan.*, & conſentaneo dixit Rot. *in Wilnen. Beneratum 21. Martii 1727 §. Sive denique, coram bon. mem. Cri. ſpoliis, & in ſeptuit. Compaſtallana Permutationis §. 5. & ſeq. coram R. P. D. meo Molino*, & obſervat præcedens Deciſio *§. Deficit.*

Quin juvet ad inſinuandum, non defuiſſe legitimum Capituli, & Communitatis Acheruntinæ conſenſum, quod Tranſactioni præſentiam, & aſſenſum accomodaverint quamplures de Capitulo, nomine tum proprio, tum etiam Procuratorio Eccleſiæ, & ſimul quoque Procurator univerſitatis, uti mirat plura concordiæ Inſtrumentum, quodque haud ſuerit opus Apoſtolico beneplacito, dum Concordia reſpiciebat vitam tantummodo Archiepiſcopi Brancacci, nec ultra tendebat, niſi ad meram liquidationem contentionis, quam in conſpicua quantitate prætenſi contendebat ipſe debere in ſumma minori. Nam reſpectu interventus Capitularium conſtitit, non omnes adfuiſſe, neque legi in Inſtrumento Tranſactionis in actionem annuanti Mandati Capitularis, nec probari dictum ita illud fuiſſe prævia legitima Capituli convocatione, ac reſolutione; & conſe-

8 quenter nequit obeſſe Juribus Eccleſiæ conſenſus nonnullorum Capitularium, quorum non docetur facta ſolemnis Delegatio a Capitulo. Rot. *coram Manſi. deciſ. 302. num. 8., coram Cavaler. deciſ. 79. num 3., & deciſ. 126. num 7. coram Bevat. deciſ. 69. num 14., coram Molin. deciſ. 481. num 4., & coram Lancet. deciſ. 662. num 5.*

Pari ratione leviter excuſatur defectus aſſenſus Apoſtolici quoniam non ideo quia Concordia limitabatur ad vitam Debitoris, & taxavit expenſas minutas, de quibus non agitur, recte deducitur, potuiſſe illum negligi. Nam ſimul ac ex dilectione Juris communis, & ex prodito adverſus Archiepiſcopum indiſtincti Decreto Sac. Congregationis tenebatur quotannis ſine exceptione vertere in neceſſitate Eccleſiæ reparationes quartam partem redditus Menſæ Acheruntinæ, & viciſſim nunc in hanc Cauſam aſſumpſit in ſe abſque ullis impenſarum certa quantitate unus ſubeundi expenſas majores nonnullarum reparationum, ſequitur inde, fuiſſe remiſſam pro majori rata exploratum Eccleſiæ Creditum, non autem actum de ſimplici illius liquidatione, id, quod tan-

19 quam vergente in abdicationem Jamam Eccleſiæ, ſuſtineri non poteſt ſua aucto-ritate Apoſtolica ad relata in §. *Ancedo ſa pinnip.* Tantoque ſtrictius, quia obſervavit docuit, Archiepiſcopum non impendiſſe pro minorit ſumptibus conven tam dumtaxat annuam quantitatem ducat 110, at uno non ſemel majorem quoties cenſeri debet, nolviſſe ſubſiſtere Tranſactionem, ſeque proinde ex hac quo-
20 que ratione ſtare non oportet ſtem inobſervato. Gratian. *diſcept. foren. cap* 168. num 55. Rot *in Rec. deciſ.* 224 *num.* 22. *part.* 6., *deciſ.* 240. *num.* 15 *part.* 19., & non cæteris perpetuis Deciſnclat. mem. Card. Caleagnini §. *Subſtantialitas.*

Retenta propterea obligatione Archiepiſcopi erogandi quotannis in reparationem Eccleſiæ Acheruntinæ, & commodum Supellectilium quartam eandem Manſæ reddituum juxta reſcriptum Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium; perpenſerunt DD, aſſe diſſonum a ſaepe laudatæ Sacræ Congregationis mente concretam dictæ Eccleſiæ, dabuiſſe ſummum Archiepiſcopum reſervare annuatim in commodum Eccleſiæ, præciſa at am a quacumque illius neceſſitate, dictam quartam partem, in modum ut ducto per ſpſum decem & novem annorum, quam diu idem in Cathedra ſedit, calculo totæ quartæ partium proventibus Menſæ Acheruntinæ, factiſque congruit deductionibus ſuperſit Creditum in ſummam Duc. 9178

Siquidem animadverſum eſt, ſine pro nemo liquidatione diſputati Crediti ſpectandam ceteras enunciatam reſolutionem Sacræ Congregationis, veluti emanatam ad inſtantiam Capitularium, & per eoſdem inſinuatam. Mandavit enim Sacræ Congregationis injungendi Archiepiſcopo annuam erogationem uſque ad quartam redditunm, cum expreſſe directa ſuerat ad neceſſarias reparationes & Supellectilia Eccleſiæ; correlativa hæc proinde Cauſa dictæ erogationis cogit ita interpretari uſque huc omni, ut pergi ſingulis debeant intra traditam annuam fructuum menſuram ſuo modo neceſſitatis, & indigantiæ Eccleſiæ; idcirco non licet Creditum in ſpecie ta-
21 xare, habita in abſtracto ratione ad annuas ſimul junctas totas fructuum, ſed comparative ad importantiam neceſſitatu contingentiæ, ſicuti bene ratiocinatur præcedens Deciſio §. *Sepulta*, & obſervant Barboſ *de Off.*, & *poteſt. Epiſc. alleg.* 64 num 5 Spereſ *deciſ.* 67 *num* 1. Paimell *deciſ.* 6. *alias* 8. *num.* 3 & Rot. *dec.* 511 *num.* 3. *part.* 3. *Rec.*

Progrediendo itaque ad Examen hujuſmodi neceſſariorum ſumptuum, & conflati ex inde crediti in ſpecie, ſtudiose profecto Capitulum, & Conventus Aahemutani perſuadere, quod ea attingant ſummam Duc. 5788. comprehenſa quantitate Ducat 500. pro Sac. Supellectilibus; quippe quia ex proceſſu confecto per Epiſcopum Bruntinum Judicem ſubdelegatum a Sacro noſtro Tribunali eruitur, oportuiſſe in Eccleſia plura reparari, cum impenſa relata a Peritis tunc judicialiter electa in ſummam Ducat. 5788., quibus conſonant Teſtes formiter examinati a Delegato Nunciaturæ aut poſt ſequutum obitum Archiepiſcopi, videlicet ſub annum 1723, & Periti ab eo deputati, necnon acceſſus habitus de mandato ejuſdem Nunciaturæ; adeout videatur plena concluſa neceſſitas, & indigentia, ſimulque quantitat expenſæ eam in Cauſam exſtitat, cum ea referant Periti judicialiter adhibiti in acceſſu Judicis ſubdelegati, quorum ne-
22 ceſſe eſt ſummam mittere fidem, conſpirantia præterea alium præcedenti acceſſu una cum aliis Peritis, & Teſtium depoſitionibus, ad monitum Bart. *in Leg.* 1. *num.* 10. *Cod. de Fid. Inſtr.*, & aliam notat Deciſio, quæ revidatur §. *In hoc autem*.

Urgebant tamen in oppoſitum deducta a Capella hærede Archiepiſcopi Brancacci, quod nempe ex proceſſu confeſſionali Judicium ſubdelegati a Sac. Auditorio diſtincte ſatis non monſtrentur indigentiæ reparationum relative ad tempus regiminis Brancacci, cui deſuncto ſub annum 1722 ſucceſſerunt ante annum 1735, quo in ſequelam memoratæ ſubdelegationis retulerunt Periti circa ſtatum Eccleſiæ Acheruntinæ, Archiepiſcopus Poſitanus, & Mancondi, licet idem aſſeruerunt, quod dempta aliquibus partita *che al reſto è tutto biſognoſo che viene dall'antico.*
23 Quippe non omnino propterea liquet, an referri totum debeat ad tempus Archiepiſcopatus Brancacci, ſive oporteat nonnullas indigentias tribuere ſucceſſivo aliorum Archiepiſcoporum tempori, cum verificatio Antiquitatis præſtitarum indigentiarum comperta ſub annum 1735 non præſupponat neceſſario illarum exiſtentiam ante tredecim decurſos annos, quando obiit Brancacci, veluti obſervant Cravett. *de antiquit. tempor.* 2. *par.* 1 *num.* 37. Boer *quæſt.* 124 *num* 17. & Menoch. *de Arbitrar. lib.* 2 *caſ.* 4 *num.* 1

Præterea ex relatione dictorum Peritorum conſtat, ipſos numeraſſe inter occurrentes Eccleſiæ indigentias plura opera, quæ ad meliorationem illius ſtatus, & elegantiorem ſpeciem tendunt potius quam ad neceſſarias reparationes, cujuſmodi eſt opus ſternendi integrum Pavimentum aliquibus tantum in locis effoſſum, ornendi ſerreis Craticulis vitreas feneſtras, quæ inermes antea perſtiterunt, ampliandi ſores, ornandique Eccleſiam conſtructione Tabulati in ligneam, & alia ſimilia per-
24 gendi, quorum impenſæ, tanquam reſpicientes meliorationem, non vero reparationem adſcribi nequeunt defuncto Archiepiſco-

piſcopi Gonzal. in cap. primi de Eccleſ. ædif. num. 6 Tuſch. de uſu Eccleſ. cap. 10. num. 15., & Gratian. diſcept. foren. cap. 84. num. 19. & 21.

Verum DD., cum pro certo haberent, indiguiſſe Eccleſiam circa tempus regiminis Brancacci reparationibus in genere, prout ejuſcemodi reparationes aggreſſæ ab Archiepiſcopo Poſitani immediato illius Succeſſore, & colliguntur a Peritis, & Teſtibus adhibitis ex Decreto Tribunalis Nunciaturæ ſtatim poſt obitum Brancacci. Cumque non dubitaverint, fore detrahendas ex ſumptibus, quos retulerunt Periti electi per Judicem Subdelegatum capenſas concernentes ad nodus meliorationes, non autem ad neceſſarias reparationes, & ſimul etiam partem indigentiarum, quæ in Peritia confecta poſt tredecim annos ab obitu Archiepiſcopi Brancacci referri meritò valeat ad tempora ſucceſſorum. Hinc factum eſt, ut habita quoque ratione nonnullarum reparationum, quarum impenſæ erogatæ a Brancaccio non quidem implent menſuram quintæ innuæ partis redditium Menſæ Acheruntinæ ad quam uſque ratam debuit ipſe ſubvenire contingenti hujuſmodi reparationum neceſſitati, totum viſum fuerit amplecti arbitrium moderandi relationem Peritorum ſtantem pro ſumma ducatorum 5288. ad leviorem quantitatem Ducat. 2600.

E converſo itaque probationum valde ſundatarum Creditum abſolute certum adverſus Capellam Sanctæ Mariæ de Bruna uti hæredem Archiepiſcopi Brancacci, & viciſſim in occurſu ſupradictarum exceptionum pro diminutione enunciatæ quantitatis; nihil eſt, cur vel Eccleſia, vel Capella redarguat arbitrium, quo nec pro integra relata ſumma Ducat. 5288. canonizatur Creditum Actricis, neque omnino abſolvitur rea conventa a ſolutione minoris quantitatis Ducat. 2600. In ſubjectis enim liquidationis controverſiis ita
15 proceditur, quoties ad Judicis arbitrium ita temperetur Judicium Peritorum, ut veriſimile appareat id quod fuerit per Congruum arbitrii interpoſitionem liquidatum, prout obſervant Menoch. de Arbitrar. caſ. 80. Rot. deciſ. 631. num. 1. tom. 3. coram Lancetta, & in Romana Reintegrationis ſuper Expenſis, & Fructibus 27. Julii 1749. §. Nihilo tamen minus, coram Me.

Et ita remiſſive ad præcedentem Deciſionem, utraque &c.

R. P. D. CAPRARA.

BARCHINONEN. PRÆEMINENTIARUM.

Lunæ 11. Maii 1750.

ARGUMENTUM.

Approbatur methodus præfinita pro Celebratione Miſſarum inter Beneficiatos, & Capellanos ejuſdem Eccleſiæ, conceſſa primis prælatione, utpote dignioribus.

SUMMARIUM.

1 Collegia, Univerſitates, & Capitula condere poſſunt ordinationes, & Leges, Regimini proprio Eccleſiæ accommodatas.
2 Presbyteris dignioribus competit prærogativa interiorem egreſſus ad Celebrationem Miſſarum.
3 Congruum eſt, ut prælatio hujuſmodi iis concedatur, qui alioquin ſunt majoribus oneribus.
4 Ordinationes, & Decreta edita ad evitandas altercationes, & confuſiones in Eccleſia, ſunt religioſe ſervanda.
5 Maxime ubi ſuerint jurata.
6 Ac etiam diu ſervata.

DECISIO LXXXIV.

NON levis altercatio, & confuſio in Sacris peragendis quotidie oriebatur inter Beneficiatos, & Capellanos inſignis Parochialis Eccleſiæ Beatæ Mariæ *de Mari* Barchinonæ, eo quia unuſquiſque proprio arbitratu Miſſam celebrare ſolebat. Unde Barchinonenſes Antiſtites occaſione Sacrarum Viſitationum de annis 1605., & 1617 paſtorali ſollicitudine Decreta ediderunt, ut Miſſæ ex ordine celebrarentur, juxta methodum præſcribendam a Sacriſta Majore, qui vernaculo nomine appellatur *Erbattera*, ſeu *Mazzaro*. Quo vero iſte modus conveniens ſit gerebat tam cum Beneficiatis junioribus, quam cum triginta tribus Capellanis diſtinctam Claſſem *recentiorum*, & *reſiciorum* ab alia antiquiori, & digniori Claſſe nempe ante tantum Beneficiatorum aſſumantes, cauſa jurgiorum, & confuſionis non ceſſavit. Quamobrem Conſilium ordinarium, ſive Congregatio Secreta ex tribus ſcilicet Beneficiatis ſimul orbem compoſita, & Communitatem Presbyterorum dictæ Eccleſiæ Parochialis repræſentans anno 1635, inſtantibus Antiquis Beneficiatis, negotioque etiam per Sacræ Viſitationis Executores prius examinato, ac mature digeſto, ſtatuit, ut prius ſinguli Beneficiati, & deinde ſinguli Capellani, ſervato in utroque Cœtu, ſeu Claſſe ordine antiquioritatis, ad Sacra peragenda procederent.

Hac methodo, quæ, mediante inſcriptione duplicis diſtinctæ Notulæ Beneficiatorum, & Capellanorum, juxta uniuſcujuſque antiquioritatem, ſtatim ſit tempore noſtro commiſſa, & diu inconcuſſè obſervata, ſublata extitit omnis altercatio, omniſque confuſio, ita quidem, ut quoties Beneficiati, vel Capellani ex juſta, honeſtaque cauſa etiam celebrare, ac Antiquioribus præire cupiebant, licentiam a *Mazzaro* vel ab ipſa Communitate petierant. Et quamquam Capellani anno 1702. eamdam providam methodum perturbare tentarent in momentaneo poſſeſſionis Judiciario Inſtructo coram Ordinario Barchinonen, ſub prætextu, quod nulla inter utrumque Cœtum intercederet diſparitas, & ſic omnibus promiſcue, & indiſtincte una cum Beneficiatis jus eſſet Sacra peragendi ſervato ſolummodo antiquioritatis ordine, attamen probe agnoſcentes Beneficiatis aſſiſtere pluſquam ſexagenarium quaſi poſſeſſionem prius celebrandi, manutentionis renunciarunt, & Judex pronunciavit, celebrare debere *in Primo locum Beneficiatos per Turnum, ſecundum etiam ex Aequalitatem*, & *poſtea* Capellanos *etiam juxta ordinem, & antiquioritatem illorum*.

Siluerunt abinde citra Capellani ad annum uſque 1739., quo labente, Judicium in petitorio anno 1703. introductum inſtaurarunt coram Vicario Generali Barchinonen, qui Sententia ſua novum præſcripſit in Sacris peragendis ordinem, nempe interpolatim, & per Turnum, videlicet, ut poſt ternos Beneficiatos unus Capellanus, juxta antiquioritatis ordinem Miſſam celebraret: declaravitque inſuper per caput ſeparatum, ut Capellani æque ac Beneficiati admitti deberent ad participationem Legati 27 Miſſarum relicti a Franciſco Roger. Appellatione per Beneficiatos interjecta, Sacrum noſtrum Tribunal per Sententiam, quam ſuis gentibus abiens V. VI. & VII ex PP. poſt ordinarium Turnum ſedentibus; ad formam duarum Deciſionum diebus 10. Jan. 1748, & 12. Maii ſuperiorum annis, protulit R. P. D. meus Molino, definivit = *Capellanos in ordine, & tempore celebrationis Miſſarum tueri ſervare formam Ordinationis anni* 1635., *neque participare non debere de Legato* 17. *Miſſarum*. = Unde obveniata Mihi in gradu ulterioris Appellationis Commiſſione, dedi hodie Dubium = *An Sententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda in caſu &c.* = prodiitque Reſponſum = SENTENTIAM ROTALEM ESSE CONFIRMANDAM = Capellanis informare non curantibus, ſed perpetuum dilationem petentibus ſub prætextu Remiſſoriæ, & Compulſoriæ ſpecialis, de quibus agitur in mea contemporanea Deciſione.

Itaque Sententiam Rotalem confirmatione dignam reputarunt DD., quia ſic exigebat illius validitas ex Actis emergens, commixta cum juſtitia, quam clare manifeſtant Deciſiones in Cauſa editæ.

Et ſane Eucharitiaſ ab ordine, & tempore celebrationis Miſſarum, merito diſſimum fuiſſe conſtitit. Capellanos teneri, & obligatos eſſe ſervare Ordinationem anni 1635. Cum enim eamdem Ordinatio edita fuerit a Conſilio ordinario, Communitatem Presbyterorum in Eccleſia Parochiali reſidentium repræſentante, ambigendum utique non erat, quin ſinguli de dicta Univerſitate eam religioſe ſervare teneantur, quia exploratè juris eſt, quod Collegia,

1 Univerſitates, & Capitula condere poſſunt congruas Ordinationes, & Leges regimini propriæ Eccleſiæ accommodatas, efficaciſſime obligantes ſingulos de Communitate, & Collegio, ad tradita per *Gloſſ. in cap.* 1 *verb. Statuatur de verbor. ſignificat.* Fermoſin *in cap. tractat.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 1 Suarez *de Leg. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 11. Card. de Luca *de Canonic. diſc.* 17. *num.* 17. & 19.

& 17 *Scarfanton. ad Cicopez. in animadverſion. ad tit. 11. num. 1. lib. 4.* cum alia cumulata in utraque Deciſione, nempe in Prima §. 3. & in Secunda §. 4.

Præcipue quia eadem Ordinatio juridica ratione innititur, æquitati, & congruentiæ eſt apprime conſentanea; & menti Ordinariorum Barchinonenſium, prudentia in Decretis per ipſos editis occaſione Sacrarum Viſitationum, optime convenit.

Enim vero dicta Ordinatio anni 1635. juridica ratione fulcitur, quia Presbyteri in Parochiali Eccleſia, de qua agitur, reſidentes in duas Claſſes dividantur, alteram Beneficiatorum, & alteram Capellanorum. Cum autem Cœtus Beneficiatorum ſit dignior, & ſuperior Cœtu Capellanorum, tum quia eſt origine antiquior Cœtu Capellanorum, qui temporis progreſſu Clericis conducititiis fuerunt ſubrogati, tum quia Beneficiati quamplurimis præfulgent prærogativis, quibus ſunt deſtituti Capellani, ut, eaſdem Beneficiatorum prærogativas diſtincte enumerando, perſpicue monſtrat utraque Cauſæ Deciſio, Prima nempe §. 6, & Secunda §. 7. In hisutique

2 terminis Juris ratio expoſcebat, ut per Ordinationem anni 1635. Beneficiatis, qui in alio quocumque actu, ut digniores, præcedunt Capellanos, tribueretur quoque prærogativa anterioris egreſſus ad celebrationem Miſſarum, ut individualiter firmant Doctrinæ cumulatæ in utraque Deciſione Cauſæ, *utrobique §. 6.*

Similiter eadem Ordinatio æquitati, & congruentiæ eſt apprime conſentanea. Nam ſoli Beneficiati incumbunt Conſilia ridendantis, majorum exercitio Munerum majorum, decorem, & commodum totius Communitatis reſpicientium. Soli itidem Beneficiati quotidie a ſummo mane in Choro aſſiſtunt *Matutinis, & Laudibus*, prout aſſiſtunt *Primæ, Tertiæ, & Completorio*, quando per contrarium Capellani onere longe minori gravantur, dum paucis exceptis diebus, regulariter aſſiſtunt *Tertiæ, Sextæ, & Nonæ* dumtaxat. Unde jam nemo non videt, quod æquitas

3 & congruentia omnino exigebant, ut per Ordinationem anni 1635. prælatio in celebratione Miſſarum tribueretur Beneficiatis, obnoxiis majoribus oneribus, a quibus ſunt exempti Capellani, qui idcirco ſi commodum exemptionis a dictis muneribus ſentiunt, æquo animo ferant oportet incommodum tardioris celebrationis Miſſarum ultimis horis, quibus eſt major Populi concurſus ad Parochialem Eccleſiam, ut conſentanee ad Primam obſervat Secunda Cauſæ Deciſio §. 8.

Et denique ſæpedicta Ordinatio anni 1635. optime convenit menti Ordinariorum Barchinonenſium, qui occaſione Sacrarum Viſitationum de annis 1605. & 1617. ad tollendas omnes altercationes, & confuſiones Decreta jam ediderant, per quæ juſſum fuerat, ut nemo ex Presbyteris ad celebrandum accederet, niſi ex permiſſu *Manuelis*, ſeu *Sacriſtæ*, Secriſtæ nempe Majoris præpoſiti ordinatæ Miſſarum celebrationi. Cum autem natura iſtius Officialis contrivantia fuerit in cauſa, ut altercatio, & confuſio ceſſaret; conſilio ſana provido de anno 1635. inſtantibus Beneficiatis omnibus, & Exequutoribus Sacræ Viſitationis laudantibus Congregatio Secreta Communitatem Presbyterorum repræſentans normam præſcripſit quoad tempus, & ordinem celebrationis Miſſarum: quæ cum re ipſa conduceret in

4 exequutionem præcedentium Decretorum, quæ ediderant Ordinarii Barchinonenſes occaſione Sacrarum Viſitationum, proinde utique jure exigit, ut religioſe ſervetur, per ea quæ firmat Secunda Cauſæ Deciſio §. 4.

Eoque ſecurius huic Ordinationi eſt inhærendum tum quia ea, una cum aliis Ordinationibus pro tempore editis ab uno eodemque Conſilio Ordinario dictæ Communitatis Presbyterorum, inſerta cum dictis aliis Ordinationibus in Archivio ejuſdem Communitatis aſſervatur, & quilibet Presbyter, ſive Beneficiatus, ſive

5 Capellanus in actu ſuæ receptionis, ad iſtius, aliarumque Ordinationum obſervantiam Juris jurandi religione ſe obſtringit. Unde ad minus Capellanis reſiliendi datum erat diſcedere ab iis, quæ præſcribit Ordinatio anni 1635., quam obſervare, & adimplere, juramento promiſerunt, ut firmant Doctrinæ cumulatæ in Secunda Deciſione Cauſæ §. 5.

Tum etiam quia eadem Ordinatio anni 1635.

6 hactenus fuit religioſe obſervata, & exequutioni commiſſa a Capellanis, qui ſemper poſt Beneficiatos Miſſas ex ordine celebrarunt, & ſi quandoque priorem locum obtinuerunt, id nonniſi ex juſta, & honeſta cauſa, prævia licentia per ipſos petita, & obtenta a *Manuele*, vel ab eadem Presbyterorum Communitate, ſunt aſſequuti. Neque in hac re ſubſiſſe poterat aliqua ambigendi occaſio, quia, ultra formales depoſitiones Teſtium juridicum inductorum tum a Beneficiatis, tum etiam a Capellanis, incontroverſam obſervantiam Ordinationis anni 1635. ſuperlative probat propterea contrarium Capellanorum factum, qui major autem nequit probatio, ſimulque quamplurimas obtinuerunt licentias præveniendi antiquioribus in celebratione Miſſarum, & anno 1702 coram Ordinario Barchinonen. Judice poſſeſſione renunciarunt, paſſique ſunt, ut per Judicis Sententiam manutentio ad formam dictæ Ordinationis anni 1635. concederetur Beneficiatis, ut advertit, ſolideque firmat Secunda Cauſæ Deciſio §. 14.

Quibus

Quibus ita conſtabilitis, opus non erat occurrere exceptionibus per Capellanos ad declinandam vim, & efficaciam Ordinationis anni 1635 alias oppoſitis, quod nimirum dicta Ordinatio ſit contraria Juris diſpoſitioni, vel quod adverſetur tum Sententiæ Patriarchali anni 1413, tum Decretis Viſitationum anni 1605 & 1708, vel quod fuerit abrogata per aliam ſubſtrumentalem Sententiam anni 1655., vel quod Capellanos obligare nequiverit, utpote edita a Capitulo Beneficiatorum dumtaxat compoſito, vel quod Capellania ſit nimis onerosa. Quæ hæc omnia vel a toto genere inſubſiſtentia, vel a præſenti quæſtione omnino aliena, vel per ſe ſe infirma, validiſſimis reſponſionibus jam fuerunt uberrime exploſa in Deciſionibus Cauſæ fere per totas. Idque probe agnoſcentes Defenſores Capellanorum, quorum compluribus a Lite per renunciationem jam receſſerunt, deſiſtentes momentum hodie conſtituebant in unica exceptione appoſita in Informatione ſuper contemporaneo Dubio diſtributa, per quam in ſuſpicionem adducere ſatagebant veritatem, & realitatem tum dictæ Ordinationis anni 1635., tum Notulatum, quæ cum diſtincta Beneficiatorum, & Capellanorum interceptione juxta antiquam illam ordinem, in executionem dictæ Ordinationis, tradita fuere *Vacchetto*, ſeu *Libretteri*. Et quamquam Secundi Cauſæ Deciſio § 9. *& duobus ſeq.*, etiam ab hac exceptione dictam Ordinationem vindicaverit, adhuc tamen Capellani Litem proſequentes poſtulabant ſpecialem earumdem Scripturarum compulſionem, quam *ante retardato curſu Cauſæ*, una cum facultate compulſandi Documenta reſpicientia fundationem Legati viginti ſeptem Miſſarum, de quo mox ſermo habebitur, obtinuerant, ut patet ex mea contemporanea Deciſione.

Firmis itaque hic & nunc nedequaque manentibus fundamentis, quibus innituntur Deciſiones, quæ Rotalem Sententiam præſerunt, in prima earum parte, in qua fuit definitum = *Capellanos in ordine, & tempore celebrandi Miſſarum teneri ſervare formam Ordinationis anni 1635.*, = nihil pariformiter hic & nunc proponi potuit, propter quod concuti poſſent momenta rationum, in nudem Deciſionibus expoſita quoad aliud Controverſiæ caput, reſpectu cujus fuit declaratum = *Capellanos participare non debere de Legato viginti ſeptem Miſſarum.* = Licet enim Franciſcus Rogez dictum Legatum fundaverit pro Presbyteris antiquioribus Eccleſiæ Parochialis, de qua agitur, nulla tributa prælatione Beneficiatis exclusive ad Capellanos; nihilominus qualitas Perſonæ Legantis, qui erat Presbyter Beneficiatus ejuſdem Eccleſiæ, & Declaratio a Sacerdote Franciſco Lavena Executore Teſtamentario dicti Legantis, favore Beneficiatorum emiſſa in acto, qua juxta voluntatem Legantis exequutioni demandavit ibi commiſſam fundationem Legati 27. Miſſarum, nuſane exigunt, ut Capellani a dicta participatione dici debeant excluſi, ut ſolide ſuadent Deciſiones in Cauſa editæ, nempe Prima § 13. *& 14.*, & Secunda § 11. *& duobus ſeq.*, quæ omnibus exceptionibus alias a Capellanis oppoſitis ſolidiſſime occurrunt.

Et ita omnimoda relatione habita ad easdem Deciſiones in Cauſa editas, Septem ex DD. ſuffragii ferentibus, fuit reſolutum Uraca &c.

RMO P. D. DE VAIS DECANO.

ACHERUNTINA PECUNIARIA.

Veneris 5. Martii 1751.

ARGUMENTUM.

Exhibet antecedens Deciſio 83., quæ confirmatur.

SUMMARIUM.

1 Epiſcopi tenentur ad reparationem Eccleſiarum Cathedralium, etiam cum impenſa quartæ partis reddituum fructuum Menſarum Epiſcopalium.

2 Tranſactio nulla redditur, non præcedente Capitulari Decreto, nec interveniente beneplacito Apoſtolico.

3 Tranſactio nequit extendi ad ea, quæ non comprehendit.

4 Nec poteſt intelligi diſſentiens a juris diſpoſitione.

5 Ad impendendam quartam partem fructuum Menſæ Epiſcopalis pro Fabrica Eccleſiæ, requiritur probatio actualis neceſſitatis.

6 Et

6 Et dicta quarta pars eroganda eſt in inſtructiones neceſſarias Eccleſiæ, non vero ſubminiſtranda pro aliis melioratione, ac elegantiori forma.

7 Ad expenſas non reſpicientes reparationem neceſſariam Eccleſiæ non tenetur Epiſcopus.

DECISIO LXXXV.

INſtanti Capitulo Metropolitanæ Eccleſiæ Acheruntinæ, anno præſertim 1706, neceſſitatem illius reparationis, ac renovationis Supellectilium, in Jus vocavit bon. mem. Antonium Mariam Brancaccium tunc temporis Archiepiſcopum, qui præerat regimini dictæ Eccleſiæ Acheruntinæ & alterius Matheranenſis, contendendo ſatis non eſſe eundem Archiepiſcopum quotannis impendere in reparationem Eccleſiæ Acheruntinæ, & renovationem Supellectilium fructus Beneficii S. Mariani ad hunc effectum deſtinatos, ſed ulterius teneri in hanc Cauſam quotannis convertere quartam partem redditaum Menſæ Acheruntinæ, deductis oneribus, comprehenſo etiam tempore Sedis Vacantis, pro quo fructus percipit, & favorabile obtinuit reſponſum in Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium.

Hac reſolutione Sac. Congregationis anſam præbuit Archiepiſcopo querendi praeſidium Concordiae paulo poſt celebratæ inter eundem Archiepiſcopum, & nonnullos Canonicos Acheruntinos, in qua Archiepiſcopus ſe obſtrinxit ſolvere annuam ſummam Ducatorum 110. pro minutis, ſive quotidianis impenſis Olei, Ceræ, & ſimilibus, & indiſtincte ferre onus ſumptuum pro aſſiſtuenda, & conſervanda Fabrica Eccleſiæ: ſed cum parum curaverit de reparanda Eccleſia, ac de renovatione Supellectilium donec ſupervixit, tandem uſque ad annum 1722., Capitulum Acheruntinum novum inſtituit judicium coram Rmo. Nuncio Neapolis adverſus Adminiſtratores Ven. Capellæ S. Mariæ de Bruna ſitæ in Eccleſia Matheranenſi ex aſſe hæredis defuncti Archiepiſcopi Brancaccii, & coram A. C., ad quem Cauſa devoluta fuerat obtinuit, dictam Capellam condemnari in Ducat. 4880. pro reparationibus Eccleſiæ, & in Ducat. 500. pro Supellectilibus, quia de dicta ſumma ad hunc effectum neceſſaria conſtitit ex proceſſu anni 1723 confecto de mandato Rmi. Nuncii Neapolis.

Provocante Ven. Capella, obtinuit a Signatura Juſtitiæ ſignari commiſſionem Sac. noſtro Tribunali directam cum clauſula = *in appellatione* =, ſubminiſtrata interim Metropolitanæ Eccleſiæ Ducat. 500. Et propoſita Cauſa in Audientia die 26. Junii anni 1733. a bon. mem. Nunez, prodiit reſponſum pro Subdelegatione Judicis in partibus ad effectum firmandi ſtatum ſuper redditibus Menſæ Acheruntinæ, & ſuper neceſſariis Eccleſiæ reparationibus. Subinde ſupervenientis proceſſibus ad hunc effectum compilatis a bon. mem. Della Gatta Epiſcopo Etontano Judice Subdelegato, clar. mem. Calcagninus ſuffectus in locum bon. mem. Nunez iterum propoſuit Cauſam in Audientia diei 2. Decembris 1737., in qua creditum reparationis Eccleſiæ Acheruntinæ Canonizatum fuit in Ducat. 2600, & in eodem ſenſu perſtitit Sac. Tribunal in Rota diei 24. Aprilis proxime elapſi anni coram R. P. D. meo Cortada ſubrogato in locum antedicti clar. mem. Cardinal. Calcagnini.

Ad tramites dictarum Deciſionum ſuperventa Sententia R. P. D. mei Cortada, Ven. Capella proſequuta fuit Cauſam in gradu ulterioris Appellationis; iterumque propoſito a me dubio = *An Sententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda* = Reſponſum fuit = *SENTENTIAM ROTALEM ESSE CONFIRMANDAM* =. Et merito quidem,

1 quia cum in jure conſtitutum reperiatur, Epiſcopos teneri ad reparationem Eccleſiarum Cathedralium, etiam cum impenſa quartæ Partis redditaum Menſæ Epiſcopalis juxta Sanctionem *Trid. in cap. primo de Eccleſ. Ædific.*, & firmavit Deciſio clar. mem. Card. Calcagnini § *Creditum*, & Secunda R. P. D. mei Cortada § 3. æquitati, & juſtitiæ conſona detecta fuit dicta Sententia, quæ cohærenter ad juris diſpoſitionem, & reſolutionem Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, & juxta neceſſitatem reparationum infra quartam partem redditaum Menſæ Archiepiſcopalis Acheruntinæ, condemnavit hæreditatem bon. mem. Archiepiſcopi Brancacci ad ſolutionem Ducat. 2600., quæ ideirco confirmari promeruit. *Rota deciſ. 42. num. 2. deciſ. 26. pariter num. 2. 17. Eloo Tamara.*

Quin obſtet, juris diſpoſitionem nihil conferre ad demonſtrandam æquitatem, & juſtitiam Sententiæ è conſpectu Tranſactionis anni 1708. initæ inter Archiepiſcopum Brancaccium, & Canonicos Acheruntinos, in qua obligatio Archiepiſcopi redacta fuit ad annuos Ducat. 110., quæ ſoluta fuerunt. Etenim prætereaquam quod parum immorandum eſt in demonſtranda

2 inefficacia Tranſactionis initæ nullo præcedente Capitulari Decreto, nulloque interveniente beneplacito Apoſtolico, ut advertit Rot. *in Tuden. Juriſpatronatus 17.*

Februa.

Februarii 1738. §. Suppleri, cor. clar. mem. Card. Calcagnino, & pondérat Prima hujus Cauſæ Deciſio coram eodem clar. mem. Calcagnino *§. Deficit*, & ſupradicta R. P. D. mei Cortada *§. 6.*, profecto Tranſactio loquens de annua ſolutione Ducat. 110. in Oleo, Cera, & ſimilibus minutis re-
3 bus, extendi nequit ad comprehenſionem reſtaurationis Eccleſiæ, & renovationis Supellectilium, ut ait Rota *in Romana Manutentionis, ſeu Reintegrationis ſuper Liberatione a moleſtia 10. Junii 1749. §. 9. coram R. P. D. meo Caſtrata*.

Quapropter cum Eccleſiæ reparatio, & renovatio Supellectilium non ſit comprehenſa in dicta annua conventa ſolutione Ducat. 110, dici nequit per Tranſactionem receſſum fuiſſe a diſpoſitione juris quoad onus Archiepiſcopi reparationis Eccleſiæ etiam cum impenſa quartæ partis redditum Menſæ. Quinimo cum in eadem Tranſactione appareat expreſſe præſervatum fuiſſe onus reparandi Eccleſiam Archiepiſcopo *ivi: E reſtando a carico di detta Monſignore da fare l'accomodi da tetto groſſi, riparare &c.* ⇒, Tranſactio nihil certi determinans annuatim ſolvendum ſuper hoc onere, intelligi nequit diſſimilis a
4 Juris diſpoſitione, itaque intelligenda eſt adhærentias ad obligationem Archiepiſcopi impendendi in reparationem Eccleſiæ uſque ad quartam partem redditum ſuæ Menſæ, ut ad rem perpendit Rot. *in Conſentan. Conſtitutionis ſtatus 417. Aprilis proxime præterita §. 16. coram R. P. D. meo Canillac.*, & innuit Deciſio R. P. D. mei Cortada *§. 4.*

Verum cum hæc obligatio principaliter pendeat a neceſſitate reparationis Eccleſiæ, obligatio dicti bo. me. Archiepiſcopi regulanda eſt ad tramites ejuſdem neceſſitatis ad effectum condemnandi illius hæreditatem ad implementum obligationis, cui dictus bo. me. Brancaccius ſua vita durante non ſatisfecit. Hinc eſt quod admitti non poteſt exceptio Capituli Acheruntini ſubſilientis, debitum hæreditatis bo. me. Brancacci in ſumma Ducat. 5178. correſpondente quartæ parti fructuum, ſeu redditum Menſæ ſpatio annorum decem, & novem, quo tempore dictus bon. mem. Brancaccius ſedit in Cathedra Acheruntina, quia cum deficiat probatio
5 neceſſitatis reparationum aſcendantis ad dictam ſummam, pro dicta ſumma ſubſtineri nequit adverſus hæreditatem præfati Archiepiſcopi dictum aſſertum creditum, quod ad tramites diſpoſitionis juris &
5 reſolutionis Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium pendet, & regulatur a neceſſitate reparationum, ut ratiocinatur Deciſio cl. me. Card. Calcagnini *§. ſupoſita*, & R. P. D. mei Cortada *§. to.*

Minime ſubſiſtente, quod etiam regulando debitum bon. mem. Brancacci ad limites neceſſitatis reparationum, & Supellectilium Eccleſiæ, hoc aſcenderet ſaltem ad ſummam Duc. 5258. Eo quia contraſpectiva neceſſitas ſatis juſtificari remanet ex proceſſu completo a bon. mem. Epiſcopo Potentino Judice Subdelegato a Sac. noſtro Tribunali, cui uniformes ſunt Tabulæ præcedenter examinata a delegato Nunciaturæ Neapolis vix ſequuto obitu Archiepiſcopi Brancacci, cum quibus concordant Periti, nec non ex acceſſu expleto de mandato ejuſdem Reverendiſſimi Nuncii. Quandoquidem autem expenſæ ex dicto proceſſu reſultantes, & dictam ſummam conſtituentes non reſpiciant dum-
6 taxat neceſſitatem reparationum Eccleſiæ, verum etiam illius exornationem, & elegantiorem formam, pro hac ſumma conveniri nequit hæreditas bon. mem. Brancacci, deficiente in illo obligatione ſubeundi hujuſmodi expenſas, ut advertit Deciſio R. P. D. mei Cortada *§. 13.*

Dempta itaque a dicta ſumma Ducatorum 5258. expenſis refectionis integri pavimenti in aliquibus tantum locis deſtructi, expenſis erogandis in amplianda ſenſtris, in ornanda Eccleſia continentione tabulata
7 in laquearia, & ſimilibus, ægre omnino, & rationabilis viſa fuit ſumma Ducat. 2500. attributa neceſſitati reparationis Eccleſiæ, ac renovationi Supellectilium, aſpecto tempore, quo obiit bon. mem. Brancaccius. Nec illius hæreditas eximi poteſt ab hujuſmodi obligatione eum motivo, quod eam impleverit bon. mem. Poſtanus in eadem Acheruntina Archiepiſcopali Sede Succeſſor, qui licet adimpleverit multas reparationes Eccleſiæ, tamen motu præventus, neceſſitatis Eccleſiam reparationes explere non potuit, ut reſultat ex oculari inſpectione Judicis a Sacro noſtro Tribunali ad hunc effectum delegati; ideoque ſubſiſtente neceſſitate deveniendi ad hujuſmodi Eccleſiæ reparationes tempore obitus bon. mem. Brancacci, qui hoc non potuit occurrere bon. mem. Poſtanus; ſemper viget obligatio hæreditatis bon. mem. Brancacci reſundendi ſummam pro dictis neceſſariis reparationibus requiſitam, ut ait Deciſio R. P. D. mei Cortada *§. 7.*

Cum itaque ex præceſſu confecto de mandato Reverendiſſimi Nuncii Neapolis uſque ad annum 1723, & ſic paulo poſt obitum bon. mem. Brancacci ſequutum anno 1722. conſtet de veritate, & ſubſiſtentia neceſſitatis reparationis Eccleſiæ Acheruntinæ; ultra ea ex oculari inſpectione Judicis Subdelegati a Sac. Rota appareat, bon. mem. Poſtanum in Archiepiſcopali Sede Succeſſorem Brancaccio reparationes ſuſcepiſſe, ſed eas ob ſuperventam illius mortem proſequi non potuiſſe, omnino æquum, bonumque ratus poſtulabat, ut omiſſarum reparationum expenſis teneatur hæreditas bon. mem. Brancacci, qui de-

ſent in adimplemento tam obligationis, & quidem in ſumma ducat. 2500. alias a S. Tribunali liquidanda juxta arbitrium e probationibus hinc inde deductis regulatum, ac Judice in hiſce circumſtantiis præſervatum, ut ratiocinatur Deciſ. R. P. D. mei Cortada ſ. Finali.

Et ita cenſuive ad præſentem Deciſionem &c. Utraque &c.

R. P. D. CORTADA.

SABINEN. APPOSITIONIS STEMMATUM.

Lunæ 14. Junii 1751.

ARGUMENTUM.

In publicis Ædificiis, erectis in Feudo ſumptibus Communitatis, conceditur tam Baroni, quam Univerſitati apponere propria Stemmata, & Inſignia; & utrique in hac Deciſione datur manutentio.

SUMMARIUM.

1 Inſignia Baronis, & Communitatis non dedecent in publicis ædificiis, licet ære Communitativo conſtructis.
2 Baronis prærogativa Juriſdictionis cum dominio manutenendus eſt in poſſeſſione apponendi ſua Inſignia in publicis Ædificiis, & Portis.
3 Inſignium Parochialium retentio eſt effectus profluens a Jure dominii, & Juriſdictionis.
4 Petitorio ſuſpenſo, diſcuſſio tituli non admittitur in ſimplici poſſeſſorio.
5 Manutentio non datur ei, qui nullos probat actus poſſeſſorios.
6 Manutentio datur in poſſeſſione exercendi actus honorificos, quando libertas, & arbitrii facultas tribuit poſſeſſionem quoad exercitium.
7 Facultativi actus non uſus non impedit manutentionem.
8 Secus ſi alter ſit in poſſeſſione.
9 Si tamen concurrat contradictio, & acquieſcentia.
10 Uſus facultatis apponendi Inſignia Ducum Prædeceſſorum poteſt allegari a Succeſſore.
11 Actus unicus poſitivus, & conformis legi, & facultati, prævalet actibus negativis.

DECISIO LXXXVI.

Conſtructo in Oppido Montis Rotundi ære publico, novo opere Portæ publicæ Communitas paratur apponere ſua ipſius Inſignia, jactando nolle pati in Porta ſic extructa conſortium Stemmatis Gentilitii Domini Don Dominici Gilli Ducis & Baronis Loci. Sui id juribus obeſſe reputans Baro, in Judicium hic citavit Communitatem, & Homines Montis Rotundi, expediendo cor. A. C. in vim remedii *L. L. Diffamari, & ſi contendat*, Mandatum cum inhibitione ſuper manutentione in poſſeſſione Juris, & libertatis apponendi Stemma Gentilitium cum Corona Ducali ſuper quibuſcumque Ædificiis publicis, & ſignanter ſuper Portis. Verum excipiente Communitate, Inſtantem Ducis eſſe aſſertam a contentia pacifica poſſeſſione ſibi aſſiſtente vero appoſitionem propriæ Stemmatis in publicis Ædificiis, &

Tomus Secundus.

nominatim in Porta extructa ære publico, atque ſuſpenſo interim in actis Judicio petitorio, relaxavit nihilominus A. C. mandatum de manutenendo favore Ducis Gillo juxta petita una cum Sententia edita adverſus oppoſitas exceptiones. Ad reclamationem ſuccumbentium Communitatis, & Hominum loci, Cauſam Appellationis commiſit Signatura Juſtitiæ Reſcribendo = *Alteri cum facultate manutenendi quem de jure* =, qui conforme ſubſcripſi Dubium = *An, & cui ſit danda Manutentio in Caſu &c.* =, eoque hoc mane propoſito habuit Reſponſum = *MANUTENTIONEM DANDAM ESSE UTRIQUE* =

Præmiſſo enim, Inſtantiam Ducis Don Dominici Gillo ſervaſſe omnino illæſa jura dominii privative competentia ſuper Inſignibus in proprio omnis cujuſque privato Ædificio, nec ea violaſſe Mandatum de manutenendo decretum ab A. C., quemadmo-

madmodum ad conſtandum moto judicio initium conquerebantur Communitas & Homines particulares loca. Et ſimul quoque prænotato, non contendere Bamnem pro Gneiſtu Iui Stemmatis appoſitione in Ædificiis publicis Communitative ære
1 extructis in excluſionem Inſignium Communium, quæ ita non prohibet, ut arbitrio etiam Communitati ulteo permittat Inſcriptiones, quæ teſtatum perpetuo faciant Studium Communitatis, & Hominum quod procuratum ære communi decus, & commodum Patriæ in publica operum conſtructione.

Unum proinde cum diſputetur, an manutenei & ipſe debeat in poſſeſſione Juris apponendi propriæ Familiæ Inſignia cum corona Ducali, hanc manutentionem DD. dudum aliſi quoque Duci Gallo Baroni Montis Rotundi ideo cenſuerunt, quia ipſe dominus Loci cum prærogativis Jurisdictiones ipſa potitur. Inde namque inferebatur, quod attenta poſſeſſione juris do-
2 minii, & juriſdictionis, controverti eidem non valuit manutentio in poſſeſſione juris, & libertatis eligendi in publicis ædificiis, & figurandi in Porta Montis Rotundi ſuorum Inſignia Gentilitia, quamvis de publico ære extructa, cum in nunc licent ſine ejus quem depellere a poſſeſſione acquiſiti Juris. Poſt di. Manti ab. ſervat. 74. num. 1. Rot. tot. Falconer. in de retinend. poſſ. decis. 9. num. 2. & in Calagurritana Dominarum ſuper Manutentione 27. Junii 1712. § ult. cor. Emiſaleriſ. Aldrovando.

Hæc ſiquidem poſſeſſio merito recenſetur in-
3 ter illi effectus proſluentes a jure dominii, & Juriſdictionis pertinentes ad Locorum Barones per Text. in L. Mgnuum C. de Fabric. lib. 11. Urſell. Consuſ. 143. num. 4. Rivet de ſtat. Homin. par. 2. tit. de ſtat. Baron. cap. 1 § Permiſſio vero ſic Amic de Jur. emphyt. cap. quæſt. 81. ſub num. 7. & Ligunez. de ſtat. cap. 21, par. 1, num. 1, & ſeqq.

Quam relaxaret animadverſio, controverſiam
4 agi & definiri oportere in Summariſſimo Judicio poſſeſſorio, poſthabito quocumque formali reſpectu ad ea, quæ reſpiciunt abſolutam juris, & tituli diſcuſſionem, maxima poſt judicialem ſolemnem reſtrictionem examine cauſæ ad judicium tantummodo poſſeſſorium in eam ſuſpenſionis petitoris, ad monitum Rot. in nullius Juris ingredi & ſuper Manutentione 20. Maii 1732. § Idque cor. bo. me. Cerro, & in Romana, ſeu Portuen. annua Præſtationis 16. Aprilis 1741. § explicatum, cor. bo. me. Calagurrita, ac proinde fore denegan-
5 dam Duci manutentionem eo ipſo, quod nullos exhibet poſitivos actus poſſeſſionis in ſequelam adſcriptæ daſinjer a Jure ſafultatis Rot. in Perrarien. Manutentionis 24. Januarii 1701. § impartiſa, & § Dn-

de, cor. clar. mem. Card. Tremoilli, in Aulonen. Manutenionis, & Aquædulinen. Julii 1726. § Siquidem, cor. il. mo. Card. Calcagnino, & in Vulginien. Aquædullus ſuper Manutentione 18 Aprilis 1749. § 2. & [illegible].

Ex quo enim Dux inſtituium ſuper Manutentione ſuæ fundit in legali ſacultate & libertate exercendi diſputatum honorificentiæ actum correſpectivum ad dominium,
6 & juriſdictionem ipſamet libertas, & abſolutæ facultas tribuit poſſeſſionem quoad exercitium. Gloſſ. in L. 1. C. de Servit., & apud Poſth. de manuten. obſerv. 10. num. 22 Guidopap. decis. 631. num. 43. & ſeq. ibique Adden. litt. K., & in Calarien. Manutentionis, ſeu Commenda 6. Februarii 1710. § Ex praſerrtim, cor. bo. me. Ratto.

Valida obſtringentia ratione, quia nimirum
7 cum in actibus facultativis non uſus facultatis ſive ex indita natura haud unquam impediat uſum remedii poſſeſſionis ſuis proinde eſſe debet ad effectum allegandæ poſſeſſionem, ipſa juridica ejuſmodi facultas. Bartol. in L. ab heredi § de a quibus poſſ. Ferret. conſil. 179. num. 9. Gulhetz. tract. 3. num. 5. Ligunez. lib. Tract. de Feudi par. 1. cap. 30. § 3. num. 41.

Non obſtante in oppoſitum limitatione, quod in Summariſſimo judicio poſſeſſorio cedit quamquam jus Ius a ſubſtantia etiam in fa-
8 cultativis, quod et Colligimus proponit ſiventam ſibi poſſeſſionem & materiales poſitivos poſſeſſionis actus Rot. poſt Poſth. de manut. decis. 158. num. 3, cor. Dunoz. decis. 23. num. 20, & in Rec. decis. 685. num. 1, part. 1. Quandoquidem limitatio procederet in ex facti ſpecie, in qua Communitas doceret voluiſſe Baronem exercere diſputatam facultatem elegandi in Ædificiis publicis ære publico conſtructis propria Inſignia, & acquieviſſe Communi-
9 tati impedienti, ac contradicenti, quo tantum in themate ſigeret locus contrariæ adverſitivæ poſſeſſioni per Text. in L. Precario ff. de damn. infect. L. Si in tem. fund. ff. de aq. pluv. arcend. Rot. in Rec. decis. 473. num. 1. par. 3. & in. Falconer. lib. de Servit. decis. 19. num. 18., & in Neapolitana Capellæ, ſive Sepulchri 17. Jun. 1741. § Atque, cor. clar. mem. Card. Calcagnini.

Contradictionem ſane præſitam nec occurriſſe unquam probatum, neque pro illam probatione allaborabit Communitas, dum unica o defenſionis ſtadium impenſum eſt, ut prævis accurata deſcriptione operum Ædificii publici ære communi inſtituto extructorum conſtaret, Stemmata dumtaxat Communitatis affixa conſpici in Maxima Caſtellanis, in altera Caſtri Porta, in Horologio, & fonte publico opera. At nimis levi argumenti vi hæc proponebantur.

Etenim conveniebam extude certa per dem, nec ipſe Dux vetat, liberamque Communitati appoſi-

appoſitionem hanc proprietatum Inſignium, etenim nulla propterea inde deducitur poſſeſſio facultatis privativè, & excluſivè,
10 quominus liceat Duci pariter in Judicio Manutentionis adjecta ſibi ipſius Inſignia Gentilitia, utendo Jure facultativo numquam Ducibus Montis Rotundi contradicto, juxta vulgatum Adagium ut *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe* ... de quo ... num. 17. ... *Anſald.*

Potiſſimum addita in facto circumſtantia, unde habetur, non eſſe Jus facultativum Duci Grillo deſtitutum omnino contraria poſitiva poſſeſſione, eo ipſo, quod extant affixa antiquiori Stemmata ducum de Domo Barbarina in moenibus publicis, quae nuper fuerunt a Communitate inſtaurata, reſtituendo eidem priſtino Moenium loco Inſignia praedd. Uſu porro facultatis apponendi diſputata Inſignia in Ædificiis publicis, & aere publico excitatis in Perſona Ducum Praedeceſſorum allegari valet a ſucceſſore moderno Duce, in finem reportandi Manutentionem vigore etiam exercitii competentis juridicae facultatis per actus materialis poſſeſſionis. *Rot. in Borealen. Manutentionis 19 Novembris 1734. § Sive potius, cor. clar. mem. Card. Calcagnino, & in Romana, ſeu Tuſculana, annuae Praeſtationis 4. Maii 1739. § 3. cor. eod.*

Abſque eo quod efficiat replicatum, partem videlicet Moenium Oppidi inſignitam Stemmata Familiae Barbarinae fuiſſe aere proprio elevatam a Duce ad munimen proximae Eccleſiae per ipſum conſtructae, quoniam mere praeſumptive id reponebatur, adeoque ſemel ac non concludatur per neceſſe, appoſitionem dd. Inſignium aliunde potius cauſam habuiſſe, quam a facultate, & libertate Baronali, ac vicisſim eam elevatam Stemmatum Communitatis ſine conſortio Inſignium Familiae Ducis ſit actus negativus, aequivocus, & inefficax turbare facultatem Baronis contendentis pro manutentione, nedum ſub periculo ſaepe dictae facultatis, ac libertatis, attenta etiam in vim actus poſitivi
11 poſſeſſionis exercitae ab anteceſſore Duce de Barbarinis, qui licet unicus, tamen utpote poſitivus & conſtitutus legali facultati, praevalet actibus negativis deductis pro Communitate. *Rot. in Anconitan. Collegii 29. Aprilis 1712. § Agnoſcitur, cor. clar. mem. Card. Priolo.* Merito propterea utrique eſt danda Manutentio.

Et ita &c. Utraque &c.

R. P. D. VICECOMITE.

URBEVETANA RESTAURATIONIS ECCLESIÆ.

Veneris 3. Martii 1752.

ARGUMENTUM.

Ad reparationem Eccleſiae Parochialis tenetur illius Rector, non vero Communitas loci, niſi probata in contrarium conſuetudine, quae polleat requiſitis in Deciſione cumulatis. Congrua Parochi quanta eſſe debeat?

SUMMARIUM.

1 Adverſus ſententiam injuſtam indulgetur beneficium reſtitutionis in integrum.
2 Rectores, & Parochi, qui fructibus Eccleſiae gaudent, tenentur ad illius manutentionem, & reparationem.
3 Decimarum ſubminiſtratio aeque inſtituta eſt tam pro manutentione Miniſtrorum Eccleſiae, quam pro illius Fabrica, & reparatione.
4 Qui Decimas exigit, ſpeciali etiam jure tenetur ad neceſſariam reparationem Eccleſiae.
5 Ex reaedificatione Eccleſiae, Beneficiorum nomen, non Juſpatronatus acquiritur.
6 Patroni tenentur tantum in ſubſidium ad inſtaurationem Eccleſiae, cujus fructus Parochus percipit.
7 Conſuetudo, quae praetenditur alteri obligare ad refectionem Eccleſiae Parochialis, eſt concludentiſſime demonſtranda.
8 Ea, probata dici nequit ex unico tantum actu expleto ex mera liberalitate.
9 Aliud eſt novae Eccleſiae aedificatio, aliud illius reſtauratio, & ab uno ad alterum actum nequit inferri.
10 Conſuetudo coactiva remanet excluſa ex proteſtationibus adverſo factis, & n. 11

22 Ut afficiat, probanda eſt ex actibus uniformibus, & continuatis, atque ininterruptus ex unico actu contrario.
23 Parochiani in meram dumtaxat ſubſidium compellendi ſunt ad reſtaurationem Eccleſiæ.
24 Parocho incumbit onus concludenter probandi caſum ſubſidii, atque reddituum Parochialium inſufficientiam.
25 Congrua Parochialis Scuta centum non excedit.
26 Quantitas fructuum probatur ex depoſitione Colonorum, & illorum, qui eos contrectarunt & num. 20
27 Verus Beneficii valor non juſtificatur ex Regeſtris Datariæ.
28 Aſſignatio redditorum Eccleſiæ, facta pendente lite, attendi non poteſt.
29 Valor Ducatorum pro taxanda Congrua Parochiali regulandus eſt juxta morem Regionis, nec extendendus ultra valorem Scuti Romani.

DECISIO LXXXVII.

Suborta controverſia inter Communitatem Caſtri Fabri, & Carolum Pelucchi Parochum ſuper onere reſtaurandi, ac manutenendi Eccleſiam Parochialem S. Martini ejuſdem Caſtri, quæ de Anno 1558 ex pia, ac gratuita Munificentia Communitatis fuit a fundamentis reædificata quamvis de Anno 1729. Vicarius Generalis Curiæ Epiſcopalis Urbevetanæ per Sententiam declaraverit, eumdem Plebanum teneri, & obligatum eſſe reparare dictam Eccleſiam; nihilominus bon. mem. R. P. D. Sanminiatus Judex ab A. C. in gradu Appellationis deputatus, revocato hoc Judicato, per aliam Sententiam Anno 1730. diximit hoc onus reparandi, & reſtaurandi dictam Eccleſiam nunc ſpectare ad Communitatem, & Homines dicti Caſtri, quæ Sententia, ob non proſecutam intra legitima tempora Appellationem, tranſivit in rem Judicatam.

Adducta interim neceſſitate ulteriorum reparationum, an per præfatum Carolum Pelucchi eadem reſignata Parochia ſive Angeli Patribus, ne eadem Eccleſia necesſitaria amplius reſtauratione diſtrata remaneat, & ut tandem hæc quæſtio dirimatur, commiſſa fuit in gradu Reſtitutionis in integrum illius cognitio huic Sacro Auditorio. Quamobrem propoſito a me ſub die 7. Junii elapſi Anni currentis Dubio = *An conſtet de Jure reſpectu, ſive potius de Cauſa Reſtitutionis in integrum* = licet tunc ob ſuffragiorum ſciſſuram indeciſum remanſerit, renovato tamen hodie accuratiori illius examine ſub ſuffragio Quinti, Sexti, & Septimi ex RR. PP. poſt conſuetum Turnum Sedentibus, reſolutum fuit = NEGATIVE AD PRIMAM PARTEM, AFFIRMATIVE AD SECUNDAM.

Injuſtitia enim Sententiæ R. P. D. Sanminiati, ob quam impeditur tranſitus in Rem
1 Judicatam, & Beneficium reſtitutionis in integrum adverſus illam indulgetur *ad Text. in Leg. 4. §. Condemnatum ff. de Re Judic.* Rot. *deciſ. 184. num. 1. part. 17. recent.*, undequaque manifeſtiſſima exurgit, ex quo in ea condemnatur Communitas ad reparationem controverſæ Parochialis Eccleſiæ. Quando in re certa abſolutiſſima eſt
2 juris diſpoſitio, quod Rectores, & Parochi, qui fructibus Eccleſiæ gaudent, tum ratione ſpiritualis Conjugii, tum ratione perceptionis fructuum, ad illius manutentionem, & reparationem tenentur *ad Text. apert. in Con. Decimam 10. quæſt. 1. cap. 1. & 4. de Eccleſ. Ædific.*, in Concil. Triden. *ſeſſ. 21. cap. 7. de reform.*, quem ſequuntur Gonzal. *in diſt. cap. 1. de Eccleſ. ædific. num. 5.* Tondut. *reſol. benef. part. 1. cap. 38. num. 10.* Clerican. *de Beneſi diſc. 45. num. 1. & 4.* Amoſtaz. *de Cauſ. piis cap. 6. num. 36.* Et ultra Reſolutiones Sac. Congregationis Concilii Tridentini in *Aurimana Reſtaurationis Eccleſiæ Parochialis 16. Augusti 1719. & in Nullius ſeu Fauſen. Reparationis Eccleſiæ 8. Februarii 1710.*, conſtanter firmavit Rota *in recen. deciſ. 184. num. 2. & 3. par. 17. deciſ. 504. num. 2. par. 19.*, *in Nucerina deciſ. 43. num. 1. & in Romana, ſeu Regien. reparationis 26. Aprilis 1743. §. 3. cor. bon. mem. Nuzzi, confirmat. 3. Martii 1746. §. 3. cor. R. P. D. meo Caprara.*

Præterquam in hypotheſi, in qua Parochus nedum percipit fructus ex bonis ſuæ Eccleſiæ aſſignatis, verum etiam & Decimas ab Hominibus hujuſce Caſtri exigit. Cum
3 enim Decimarum ſubminiſtratio æque ſit inſtituta tam pro manutentione Miniſtrorum Eccleſiæ, quam pro illius Fabrica, & reparatione *Text. in Can. ſi Manibus, in quo Gloſ. 16. quæſt. 1.* Rebuff. *de decim. quæſt. 8. num. 4.* Pecch. *de Reparat. Eccleſ. cap. 14. num. 1.* Tondut. *quæſt. Benef. cap. 38. num. 12. part. prima.* Propterea
4 qui Decimas exigit, ſpeciali etiam jure ad neceſſariam Eccleſiæ reparationem remanet quoque adſtrictus, ut late docet Gonzal. *in diſt. cap. 1. num. 7. de Eccleſ. ædific.* Rot. *in recen. deciſ. 545. num. 1. part. 3. cor. Buch. deciſ. 48. num. 11. coram Emer. Jun. deciſ. 407. num. 1. & 2. deciſ. 440. num. 2. & 3. & in d. Regien. ſeu Romana Reparationis § 6. cor. bon. mem. Nuzzi.*

Hoc onus inevitabile agnoſcens Parochus, illud plurimis exquiſitis titulis excutere tentabat. Et primo ex quo Communitas de anno

Google

no 1598. hanc Eccleſiam a Fundamentis reædificando, illius juſpatronatus acquiſiverit. Verum ultra quod hæc Parochialis ſemper fuit liberæ Collationis Sanctæ Sedis, inſuper adhuc Fabrica non completa, quam eadem Communitas in publicis Conſiliis Anni 1600. 1603. declaraverit, hoc opus peregiſſe = *Miſſa da carità*, e mera liberalità = Ex tali proinde reædifica-
5 tione aſſignis utique Benefactricis nomen, non vero juſpatronatus adillam acquirere potuit, ex plena mano cumulata in *Maceraten. Juriſpatronatus Eccleſiæ* 1. 7. *Julii* 1748. §. 10., & §. 28. *coram Me*. Et quatenus etiam Patrona Eccleſiæ effecta fuiſſet, adhuc onus reparandi Eccleſiam primario ſemper Parocho incumbit, qui fru-
6 ctus percipit, & nonniſi ſubſidiarie in Patronos refundi poteſt, ex nota Sanctione Concil Trident. *cap. 7 de Reform. ſeſſ. 21.* quam ſtudent Conſtantin. *vot. dec.* 251. *num.* 12. Rot. *poſt eundem deciſ.* 440. *num* 6. *cor. Falcon. deciſ.* 33. *num.* 10. *de Jurepatr.*

Longe minus idem onus ex longæva conſuetudine in Communitatem refundi contendebatur. Quandoquidem nemo non callet, hujuſmodi conſuetudinem vim coactivam præſeferentem concludentiſſime
7 a Parocho eſſe demonſtrandam, & quidem ex pluralitate actuum continuatorum, qui ab Hominibus ejuſdem Caſtri animo inducendi talem conſuetudinem explati fuerint, ut expendunt Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 13. *num.* 111. Antonell. *de Regim. Eccleſiæ lib.* 1. *cap.* 2. §. 3. *num.* 20. Spereli. *deciſ.* 67. *num.* 19. Rot. *cor. Emer. Jun. deciſ.* 440. *num* 7.

Perperam autem ad talem probandum conſuetudinem allatæ fuerunt antiquæ Inſcriptiones, quæ in Campanis ejuſdem Eccleſiæ leguntur. Siquidem in una tantum, & quidem tertia ex tribus Campanis, inſcriptum legitur, factam fuiſſe ſumptibus Communitatis abſque anni indictione; in aliis vero majoribus de annis 1532. 1618. ſuis, vel nullum Communitatis nomen, vel Patriæ liberalitas, ſeu libertas inſculpta cernitur. Quinimo ex
8 hoc unico actu conſtructionis tertiæ Campanæ, quæ ex mera tantum liberalitate a pleton dari debet, & ad majorem Eccleſiæ decorem, dum duabus aliis extantibus Campanis, nulla urgebat neceſſitas tertiam perficiendi; probata utique dici nequit hæc coactiva conſuetudo. Rot. *coram Dunoz. Jun. deciſ.* 74. *num.* 4., *coram Emerix. jun. d. deciſ.* 440. *num* 8., *deciſ.* 477. *num.* 7. & *penes Conſtant. Vot. deciſ.* 251. *num.* 52.

Minus urget Conſiliaris Reſolutio anni 1598., in qua conſiderato imminenti periculo antiquæ ſatiſcentis Eccleſiæ, eidem occurrere reſolutum fuit. Cum enim Communitas jam tunc decreviſſet novam ex integro peragere Eccleſiæ reædificationem, nec adhuc Superiorum licentia ſuperveniſſet, nec omnia in promptu aſſent, talis reſolutio pro conductione reſtaurandi Eccleſiam adduci nequit. Signanter quia aliud & incontinenti nova accepta fuit Eccleſiæ reædificatio, quæ nihil commune habet cum onere illam reſtaurandi. Aliud
9 namque eſt nova ædificatio, ad quam Parochus ob gravitatem expenſarum impar ſumſam aſſit poteſt, aliud vero reparatio, & reſtauratio Eccleſiæ, quæ ex illius fructibus a pleri debet, ut monet Pelon. *in cap.* 2 *num* 4. *verſ Tronanoa de Tregna*, & *Paci*. Franceſ. *de Eccleſ. Cathed. cap.* 13 *num* 111. Rot *coram* Cacan. *dec.* 202. *num.* 3., *coram Anfeld. deciſ* 481 *num* 9., & 10. Propterea que ex actu ædificationis ad actum reſtaurationis inferri nequit, quia conſuetudo, quæ eſt ſtrictiſſimi juris, de caſu ad caſum nullatenus extendi valet, ut in puncto Conſtant. *Vot. deciſ.* 252. *num.* 2. *per tot. praeſertim a num.* 25. *ad* 32. Rot *in Setinen*, *Reſtaurat. Eccleſ. Parach.* 8 *Martii* 1709. *coram clar. mem. Card. Scotto impreſ. poſt de Lucch. de Ben. Regim. deciſ* 242 *num.* 25., & *ſeqq.*

Certeque certum, quia hæc nova Eccleſiæ ædificatio a Communitate accepta fuit, nulli urgente ipſius obligatione, nullaque præcedante coactione ex parte Parochi, ſed ex mera ipſius Communitatis Pietate, largitate, ac Munificentia, ut pluries in publicis Conſiliis fuit proteſtata. Quodque magis urget in Conſiliis anni 1600. 1603. 1606. 1607., nuſſinè ſemper fuit reſolutum, quod judicialiter ageretur contra Parochum pro obtinenda ab ipſo contributione ad effectum complendi, & perficienda ejuſdem Eccleſiæ Fabricam adhuc non perfectam. Unde tantum abeſt, quod
10 in hac nova ædificatione fundamentum ullum pro conſtituenda conſuetudine reparandi, & reſtaurandi Eccleſiam adſtrui valeat, ut ex hiſce Communitatis proteſtationibus, & Conſiliarum reſolutionibus talis coactiva conſuetudo a toto genere excluſa remaneat, ad tradita per Ciavet. *deciſ* 207. *num* 8. & 9. *Bellat. diſquiſ. Clericæ par.* 2 *tit. de Cler dubia* §. 23. *num.* 20. Thomat *deciſ* 5. *num* 25 Rot *deciſ.* 545. *num* 3. *part.* 3., *deciſ.* 184. *num.* 21. *part.* 17. *recent*

De facto, ſub annum 1616. ſolemnis ſtipulata fuit Concordia, in qua Communitas inceptam Ædificationem Eccleſiæ complere ſe obſtrinxit. E contrario autem Annibal Fabritius Parochus Scut. 150. pro hujuſmodi affectu ſubminiſtrare ſeſe obligavit, & realiter ſolvit. Prout quoque de Anno 1640. cum Sebaſtianus Panacetti Parochus Succeſſit Communitatem judicialiter adigeret pro adimplenda Promiſſis in dicto Inſtrumento Anni 1616., in Conſilio habito anno 1641., gravia nova

con

contributione ejuſdem Parochi. Communitat alias expenſas ſubire contenta fuit pro Scalis, & Campanile perfectione, abſque tamen præjudicio ſuorum jurium, & ad quæta vivendum, ac vitandas ulteriores lites. Quamobrem quotquot exagerantur expenſæ a Communitate factæ de Annis 1642. 1643. prout quoque obligatio ab ipſa aſſumpta in præfata Tranſactione Anni 1616., cum unice reſpiciant, & attingant perfectionem, & complementum ultimæ inchoatæ ædificationis Eccleſiæ, & explete fuerint pactis Communitatis promiſſionibus nequaquam propriis juribus præjudicandi, ex hiſce

11 propterea nec ulla contracta fuit obligatio impoſterum reparandi, & reſtaurandi eamdem Eccleſiam, nec multa inducta dici poteſt coactiva conſuetudo reſpectu talium reparationum, ut reſpondit Sac. Congregatio Concilii in *Aveniona Reparationis Eccleſiæ*, & notant Fagnan. *de Eccleſ. Cathed. cap. 13. num. 19.* Thomat. *deciſ. 5. num. 15.* Rot. *poſt de Vecch. de Ben. Regim. deciſ. 192. num. 22. & 89.*

12 Aſt ordine probato non remanet hæc coactiva conſuetudo reſpectu Communitatis, verum inſuper innegabiliter conſtat Parochos omni tempore ad reparationes explendas in hac Eccleſia ſuiſſe coactos. Ex Viſitatione namque Anni 1573. habetur Parochum fuiſſe mulctatum ex quo reaptamenta, in præcedenti Viſitatione eidem præſcripta, non perfecerat. Annibal Fabritius de anno 1616. ſubminiſtravit Scut. 150., Sebaſtianus Panacerii de anno 1641. Petonius, & Cæmenta pro Fabrica contulit, ac neceſſaria Eccleſiæ Supellectilia de proprio comparavit; Philippus Maccioni, & Joſeph Paci Parochi Succeſſores in Viſitationibus declararunt, Eccleſiam non habere Fabricam ibi = *La Chieſa non ha Fabrica, nè altro aſſegnamento* =, illiuſque expenſas inter onera Parochialia recenſuerunt, & eamdem Eccleſiam de proprio ſemper reaptarunt, quod idem explevit Carolus Pelucchi Parochus modernus Anteceſſor, prout concorditer depoſuerunt tum Teſtes de Anno 1729 examinati, tum alii novem decim ad perpetuam depoſiti, & ſignanter duo Nepotes dicti Joſephi Paci, qui cum Patruo convivebant. Ex quibus omnibus luculenter profecto nequit, quod penitus eliminata redditur quælibet coactiva conſuetudo penes Communitatem

13 reparandi hanc Eccleſiam. Cum ultro certum ſit in jure habeatur quam quod talis conſuetudo ex actibus uniformibus, & continuatis probari debeat, quodque ex uno eo etiam contrario actu redargua aperſa remaneat. Rot. *deciſ. 112. num. 5. part. 2., deciſ. 742. num. 7. part. 18. recen., coram Celſ. deciſ. 231. num. 8. coram. Rich. deciſ. 48. num. 14., & 15., & poſt. de Vecch. de Ben. Reg. deciſ. 242. num. 24.*

Excluſa ex hiſce tum obligatione, tum conſuetudine penes Communitatem reparandi, ac reſtaurandi hanc Eccleſiam, magis ſolida comperitur ſuit ultimum modernus Parochi confugium ad tenuitatem redituum Plebaniæ, qui ad congruam Rectoris ſuſtentationem non ſufficiant. Præmiſſo enim, quod primarium onus reſtau-

13 randi Eccleſiam ad Parochum ſpectat, quodque Parochiani in minori tantum ſubſidium, & in caſu inſufficientiæ redituum Parochialium ad id compelli poſſint, ex nota ſanctione Concil. Trident. *ſeſſ. 21. cap. 7. de reform.* Barboſ. *num. 13.* In clarum deſcendit conſequentium, quod

14 onus Parocho ineſt concludentiſſime probandi caſum ſubſidii, & inimul hanc redituum Parochialium inſufficientiam ad oculum demonſtrandi, ut docent Panimoll. *deciſ. 6. annot. 8. num. 10.* Thomat. *deciſ. 5. num. 10.* Rot. *poſt de Vecch. de Ben. Regim. dicta deciſ. 141. num. 2., & 3. in recen. deciſ. 9. num. 38. part. 19.*

Adeo namque abeſt ut hæc redituum inſufficientia probetur, ut è converſo apertiſſime conſtet, fructus hujuſce Eccleſiæ longe tranſcendere annua Scut. 200., quæ aeterum eſt exuberare tam ad honeſtam, & congruam Parochi ſuſtentationem, quam juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini

15 *ſeſſ. 24. cap. 13. de Reformat.* annua Scuta centum non excedit etiam in magna Civitatibus, multoque fortiori in parvo Caſtro, quam etiam pro manutentione, & reparatione Eccleſiæ Parochialis. Hæc namque fructuum exuberantia diluide emergit, tum ex confeſſione Parochi Philippi Maccioni, qui in Viſitatione anni 1677 expoſuit, quod Plebania erat gravata annua penſione Scut. 100. Tum ex quo Joſeph Paci ejus ſucceſſor, qui Plebaniam retinuit uſque ad Annum 1716, ex decimis, aliiſque fructibus Parochiæ quotannis percipiebat Scut. 304., & ultra, prout parati deponunt duo ipſius Nepotes, qui cum ipſo convivebant, & hujuſmodi fructus contrectabant. Tum demum ex quo Carolus Pelucchi Parochus Anteceſſor Fructus una cum decimis annuatim percepit in Scut. 237., ut clare deponunt omnes Coloni, & Decimatum Exactores, ex quibus omnibus certa redditur exuberantia fructuum parochiæ,

16 quorum quantitas utpote reſultans ex depoſitione Colonorum, & aliorum, qui eoſdem fructus contrectarunt, ea idcirco amplius in diſcrimen nequit revocari ad tradita per Rot. *deciſ. 332. num. 1. part. 12. recen., coram Rich. deciſ. 465. num. 14., & cor. Hurtad. deciſ. 79. num. 1., cor. Celſ. deciſ. 26. num. 3.*

Horum è conſpectu fruſtra opponebatur vel taxatio fructuum hujuſce Parochiæ in Regeſtis Datariæ in Ducatis 40., vel aſſignatio Redditum facta Parocho Pelucchi

chi de anno 1742 in annuis Sc. 128 Sonon deductis oneribus. Vel altera aſſignatio facta a Joſepho Paci pariter Parocho. Quandoquidem nil magis certum, ac vulgatum eſt, quod ex Regeſtis Da-
27 tariæ veri Beneficii valor non probetur, ut firmant Card. de Luc. *de Benef. diſc.* 90. *num.* 17. & 18. Rot. *cor. Gregor. dec.* 490. *num.* 5. *in recen. decif.* 37. *num.* 1 *part.* 2. *decif.* 71. *num.* 19 *part.* 10. Prout quoque
28 dicta aſſignatio anni 1742. utpote facta pendente lite, & in proprium Parochi commodum, attendi neutiquam poteſt in Tertii præjudicium, ex notatis per Rotam *decif.* 18 *num.* 1 *part.* 16 *rec.* n. 4 *cor. Molin. decif.* 99 *num.* 20, *coram Ansaldo decif.* 547 *num.* 7. Et demum altera aſſignatio Parochi Paci cum contineat introitus in ſpecie abſque pretio ſitque valde exceſſiva in oneribus, ad partes pam debet, ſignanter cum ex ore iſtius Nepotum conſtet, redditus Parochiæ fuiſſe pinguiſſimos, & annuam ſummam Sc. 300. tranſcendiſſe.

Nilque magis urget, quod computatis etiam Parochiæ redditibus in annuos Sc. 239, ſi ab iiſdem deducantur annua onera, & expenſæ in Sc. 63 67 expreſſa in aſſignatione Parochi Paci, ex calculo appareat, quod nec remaneant Ducati centum pro Parocho ad formam Sacri Concilii Tridentini, qui calculantur in annuis Sc. 175. Quandoquidem hujuſmodi calculus eſt exceſſivus in exitu, & defectuoſus in introitu. Siquidem in exitu plura adnotantur onera, & expenſæ in exceſſu arbitrariè taxatæ, quæ ad ſummam reducuntur ad annuos Sc. 33. 67 In introitu vero ultra defectum aliquos ex redditibus; illorum inſuper ſpecies, nempe frumentum, vinum, in infimo valorantur pretio; adeoque in eo nulla probatio conſiſtere valet. Nec verum eſt, quod Ducati centum a Sacro Concilio pro Parocho reſervati valutari debeant in Scutis 175, quaſi ſint Ducati auri de Camera. Nam abſo-
29 lutiſſimum eſt, quod valor iſtorum Ducatorum regulari debet juxta morem Regionis, in qua eſt Beneficium, itaut in præſenti ultra valorem Scuti Romani extendi nequeant, ut notant Theſaur. *in Fun Eccleſ. part.* 2. *cap.* 16 *num.* 51. Thomaſſ. *decif.* 5. *num.* 11. Barboſ. *ad Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *num.* 14. Pamimoll. *decif.* 15. *annot.* 2. *num. primo*. Rota *decif.* 373. *numer.* 1. *part.* 18. *decif.* 112. *num.* 24. *part.* 19. *recent.*

Denique hoc unum pro coronide eſt ponderandum, quod anno proximo elapſo, Parochus ex redditibus hujuſce Eccleſiæ percepit fructus in ſumma Scut. 238. 18, prout de facto proprio, & ſub juramen-
30 to reſpectu Decimarum teſtatur, qui illas exegit, & contrectavit; relative vero ad cæteros fructus reſerunt iidem Coloni, qui actuali Parochi ſervitio ſunt addicti. Quamobrem deductis etiam expenſis, & oneribus in Scut. 33 63., jam quiſque videt, fructus remanere exuberantiſſimos, & ad congruam Parochi ſuſtentationem, & ad manutenendam, & reparandam Eccleſiam, ſignanter quæ omnia concludentiſſime demonſtrandi hanc tenuitatem, & inſufficientiam redituum minime reſidet apud Parochum ex juribus ſupra enunciatis.

Et ita ſuffragante etiam Septimo ex RR. PP. reſolutum fuit utrique &c.

E A D E M

C O R A M E O D E M.

Lunæ 19. *Junii* 1751.

A R G U M E N T U M.

Perhibet antecedens Deciſio hic plene confirmata.

S U M M A R I U M.

1 Parochus qui percipit fructus Eccleſiæ, eluſque Decimas exigit, primario, & principaliter tenetur ad reparationem Eccleſiæ.

2 Parochiani ad eam obſtringuntur tantum in ſubſidium.

3 Nec obligatio Patroni eſt præciſa, & directa, ſed ad ſummam alternativa, & pœnalis.

4 Ad acquirendum Juſpatronatus in Eccleſia Parochiali, ultra illius conſtructionem, requiritur quoque illius dotatio interpellatio Parochi, & conſenſus Epiſcopi.

5 Ac per ſolam reædificationem Eccleſiæ acquiri poteſt nomen Benefactoris, non vero illius Juſpatronatus.

6 Ad hoc non ſufficiunt actus æquivoci, & ad

& ad alium finem geſti.
7 Conſuetudo, qua quis tenetur concurrere ad reſtaurationem Eccleſiæ, probanda eſt a Parocho ex actibus continuatis, & uniformibus, ac tempore inducendæ conſuetudinis expleti.
8 Hujuſmodi conſuetudo excluditur ex actibus peractis a Parocho ad vim ſuæ obligationis.
9 Conſuetudo, quæ ſtricti juris eſt, probari debet in caſu ſpecifico.
10 Ideoque actus geſti pro Eccleſiæ reædificatione, extendi nequeunt ad illius manutentionem.
11 Ex actu ſpontaneo nulla oriri valet conſuetudo.
12 Congrua Concilium pro Parochi ſuſtentatione non excedit annuos Scuta centum.
13 Redditus Parochiæ ex quibus probetur.
14 Verus valor dd. redituum non probatur ex Regeſtis Datariæ, ex aſſertionibus Parochi, maxime perachis lite pendente.
15 Valor frumenti conſiſtens eſt Scutorum quinque pro quolibet rubro.
16 Congrua determinata a Concilio in Ducatis centum, non debet intelligi de Ducatis de Camera, ſed juxta morem regionis.
17 Secus in reſervationibus in Litteris Apoſtolicis Reſignationum.

DECISIO LXXXVIII.

Reſolutio capta ſub die 3. Martii præſentis anni, qua onus manutenendæ & reſtaurandi Eccleſiam Parochialem S. Martini in Caſtro Fabri refuſum fuit in Parochum, & Plebanum ejuſdem Eccleſiæ, cum hodie beneficio novæ Audientiæ agatur examini fuerit expoſita, confirmari undique promeruit, edito Reſponſo = IN DECISIS =

Certiſſima namque eſt juris diſpoſitio, quod Parochus, qui fructus Eccleſiæ percipit,
1 ejuſque Decimas exigit, primario, & principaliter reparationi & manutentioni ejuſdem Eccleſiæ incumbere debet, ut ultra apertam Sac. Concilii Tridentini Sanctionem *ſeſſ. 21. cap. 7. de Reform.*, laudatam in mea Deciſione §. 3., docet Rot. *cor. Nuno dec. 64. num. 2. poſt ad Verſh. de Rot. Regim. dec. 142. num. 5.* Et quamvis adverſus hanc andebam juris regulam, duplicem moderatius Parochus denuo proponeret limitationem, alteram ex quo Communitas de anno 1598. hanc Eccleſiam reædificando, illius Juſpatronatus acquiſiverit, alteram, quod ex conſuetudine eadem Communitas hanc Eccleſiam reparare obſtricta fuerit, neutra tamen limitatio hactenus probata fuit.

Siquidem quatenus etiam verificaretur, Juſpatronatus Eccleſiæ apud Communitatem, nihilominus ex eo Parochus non relevaretur a controverſo onere, quod illud primario, & principaliter Parocho incumbit,
2 ac nonniſi ſubſidiarie in Patronos refundi valet, juxta aliam Sacri Concilii Tridentini Sanctionem *ſeſſ. 21. cap. 7. de Reform.* Signanter cum eadem Eccleſia congrua & exuberante dote ſit proviſa, ex qua Parochus annuatim percipit ſummam Scutorum 200. & ultra, & obligatio Pa-
3 troni non eſt præciſa, & directa, ſed ad ſummum alternativa, & pœnalis, nempe, quod vel Eccleſiam reparet, aut Juſpatronatus amittat, ut firmant Lambertin. *de Jurepatr. lib. 3. quæſt. 7. art. 5. num. 2.* Barboſ. *de Poteſt.*, & *Arbitr. Epiſcopi allegat. 64. num. 26.* Amoſtaz. *de Cauſis Piis lib. 5. cap. 6. num. 22.* Sperell. *deciſ. 68. num. 11.* Piton *de Controv. Patronor. allegat. 12. num. 4. & 14.* Rota *penes Conſtant. vot. 251. num. 41.*

At ſuperfluum eſt de Jurepatronatus inquirere, quando revera Communitas illud nunquam habuit, vel acquiſivit. Proviſio namque hujuſce Parochialis eſt, & ſemper fuit liberæ collationis Sanctæ Sedis; & quamvis Communitas anno 1598. hanc Eccleſiam a fundamentis reædificaverit; attamen fabrica adhuc non completa in Comitiis annis 1600., & 1603. ſolemniter declaravit hanc Fabricam expleviſſe = *Miſſa de cortesia*, e mera liberalità = nulloſque unquam Patronales actus in eadem Eccleſia exercuit. Et tamen nemo non callet, quod ad acquirendum Juſpatronatus in Eccleſia Parochiali, ultra il-
4 lius conſtructionem, requiritur quoque tum illius dotatio, tum interpellatio Parochi, tum conſenſus, & approbatio Epiſcopi. Hiſce itaque omnibus remotis, ſi ſola adeſt Eccleſiæ reædificatio ex mera liberalitate, & munificentia Communitatis; potuit utique Communitas ex
5 hac reædificatione acquirere nomen inſignis Benefactoris, nunquam vero illius Juſpatronatum adipiſci, ut ultra relatam in dicta mea Deciſione §. 5. firmant Lambertin. *de Jurepatron. lib. 1. part. 4. quæſtion. 6. art. 2. a num. 9. ad 19.* Letter. *de re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 3. num. 12.* Conrad. *in prax. Beneficior. lib. 4. cap. 4. a numer. 17. ad 19.* Rota *deciſ. 93. num. 8. part. 12. Recent.*

Nil relevante, quod Communitas actum reædificationis in ſuis libris tunc adnotaverit, & Inventarium Sacrarum Supellectilium confecerit, quodque ab ipſa poſtulata fuerit a quondam Pio Teſtatore Licentia conſtruendi in eadem Eccleſia Capellam, & Stemma quoque Communitatis in ea fuerit appoſitum. Siquidem

tam

tem adnotatio in libro reædificationis,
6 cauſa memoriæ rei geſtæ ex liberalitate Communitatis, tam invertatur Supellectilium, ut de illarum reſtitutione ſeſe Parocho poſt reædificationem Eccleſiæ conſtare poſſet, apta non ſunt probare acquiſitionem Jurispatronatus; prout nec etiamnum credulitas per Teſtamenti petendi licentiam pro conſtructione Capellæ, quæ nec conceſſa probatur, nec Stemma Communitatis non in muris Eccleſiæ, ſed in Baldachino & Roſtro ad Sacras Conciones appoſitum, ad probandam Eccleſiæ Jurispatronatus quidquam concludere valent, ut ponderat Rot. *coram Mellino decif. 384. num. 6. coram Nuort. decif. 73. num. 7. coram Mellini decif. 137. num. 6, & 7. & decif. 1039. num. 9.*

Excluſo Jurepatronatus, ſimul excluditur conſuetudo, atque ejus obligatio contendi jus Communitatis ad hanc reſtaurandam Eccleſiam. Exploratı namque juris eſt, quod talis conſuetudo a Parocho conſtituta
7 deutur probanda eſt ex actibus omnino continuatis, & uniformibus, animo inducendi conſuetudinem expletis. Quippe uno, vel altero concurrente actu in contrario, eliſa remanet conſuetudo; ut ultra relatos in dicta Deciſione § 11. docet Rota *poſt d. Vaech. de Pot. Regen. decif. 141. num. 24. coram Bic. decif. 48. num. 14. & 15. coram Caprar. decif. 651. num. 13. coram Falconer. decif. 74. num. 16. in Miſcellan.*

Conſtat autem, quod in Viſitatione anni 1573. Parochus fuit mulctatus, ex quo non
8 confecerat reparationes in Eccleſia ipſi in præcedenti Viſitatione injunctas. De Anno 1616 Plebanus contribuit Scuta 150. pro complemento fabricæ ejuſdem Eccleſiæ. De anno 1641 alter Plebanus in eamdem causam contribuit materialia. Quibus ſi addantur iteratæ confeſſiones Parochorum in actis Viſitationum, quod Eccleſia non habebat fundum pro Fabrica, quodque illius manutentio ei incumbat, & Teſtes formatur de anno 1729 examinati referentes, quod Parochi ſemper Eccleſiam reſtaurare erunt, & ſicia Supellectilia providerint, profecto hiſce ſtantibus, unicuique plene videtur, ax ei conſuetudini ad hanc reſtaurationem Communitatem adigere, ex firmatis per Franc. *de Eccleſia Cathedr. cap. 13. num. 10.* Antonell. *de Regim. Eccleſiæ lib. primo cap. 2. § 3. num.* 20. Rot. *coram Emerix. jun. decif. 540. num. 7.*

Hinc è conſpectu, inutiliter opponebatur actus reædificationis Eccleſiæ anni 1598 a Communitate expletus, quodque in Comitiis tribus menſibus ante hunc reædificationem habitis relative ad veterem Eccleſiam concluſum fuerit = *Di vedere il pericolo, e rimediarvi* = Quodque de anno 1616 eadem Communitas ad complendam fabricam ſeſe obligavit, abſoluto ab onere Parocho mediante ſolutione Scut. 150.; quodque de anno 1640. fuerit a Parocho judicialiter laceſſita pro faciendis reparationibus, quodque demum annis 1642. 1643. plures expleverit expenſas pro ejuſdem Eccleſiæ Fabrica.

Quandoque item Reſolutio Conciliaris anni 1598 = *Di vedere il pericolo, e rimediarvi* = eminenti tempore, quo jam nova reædificatio decreta erat, quæque ob non adhuc ſuperventam Superiorum licentiam inchoari non poterat, prout de facto poſtmodum nova reædificatio incepta fuit, ad quam cum impares eſſent Plebanus redditus ob operis magnitudinem, ideo illam ex mera, & gratuita liberalitate Communitas explere declaravit, citra quod ex ſubſecuta reædificationis Eccleſiæ conſuetudo induci poſſit ad illius manutentionem, & reparationem, cum conſue-
9 tudo, quæ eſt ſtricti juris, probari debet in caſu ſpecifico, nec ad caſum diverſum protrahi valeat, ex juribus laudatis in dicta Deciſione § 8.

Et quamvis in concordia anni 1616. Communitas ſeſe obligavit inceptam complere fabricam abſoluto Parocho ab honorario, mediante ſolutione Scutorum 150.; atta-
10 men hæc abſolutio reſpexit ſolam perfectionem & complementum Eccleſiæ de novo conſtructæ, non vero perpetuam, & ſucceſſivam ejuſdem Eccleſiæ manutentionem. Prout quoque ſucceſſivæ expenſæ a Communitate peractæ de anno 1641, 1642. 1643. cum omnes reſpicerent perfectionem, & complementum Fabricæ ejuſdem Eccleſiæ reſpectu Scalæ & Campanilis, ac provenirent ab obligatione in concordia anni 1616. a Communitate aſſumpta, & fuerint expletæ penes a Parochi contributione, ut in anno 1641., & præviis Communitatis proteſtationibus, nullum propriis juribus præjudicium inferendi; ex illis certo erui non dici nequit inducta conſuetudo reſpectu manutentionis, & reparationis ejuſdem Eccleſiæ, ut animadvertit dicta mea Deciſio § 10.

Signanter, quia poſt annum 1643, nec docetur Communitatem quidquam amplius erogaſſe in hujuſce Eccleſiæ manutentione, & reparatione. Non obſtante quod altera ex Campanis ejuſdem Eccleſiæ de anno 1521 expenſis Communitatis fuſa dicatur. Quippe cum in hac Campana inſcriptum habeatur = *Mentem Sanctam ſpontaneam honorem Deo, & Patriæ liberationem* = exinde inferatur, quod ex hoc
11 actu ſpontaneo, & voluntario Communitatis ad Patriæ liberationem, & ad commodum convocandi Populum geſto, coactiva conſuetudo in eadem Communitate circa Eccleſiæ reparationem induci non poſſit, ad tradita per Franc. *de Eccleſia Cathed. cap. 3. num. 19.* Thomas *decif. 5. num. 15.*

Tomus Secundus. Ii

num. 15 Rot. *coram bmemis. jun. decis.* 440. *num.* 8. *dec.* 497. *num.* 7 *in Recent. dec.* 184. *num.* 21. *part.* 17

Pari quoque levitate deduo conſingebat Prochus ad tenuitatem redditnum Plebaniæ, qui nedum pro manutentione Eccleſiæ, ſed nec ad congruum ipſius ſubſtentationem ſufficiebant. Sata namque in facto conſtit, fructus hujuſce Plebaniæ, deductis oneribus, quotannis aſcendere longe ultra ſummam Scutorum 200. Adeout ſubducta congrua Concilii pro Parochi ſuſtentatione juxta diſpoſitionem Sac. Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24 *cap.* 3. *de Reform.*

12 non excedente annuis Scut. 100, pluſquam exhibitans remanet quantitas in reparationem Eccleſiæ impendendi, quæ majori impenſa non indiget, quam illa Scutorum 60. circiter.

Quod autem fructus Plebaniæ, annuatim longe excedant Scuta 200., aperte comprobatur, ex eo quod Plebanus Maccioni in

13 viſitatione anni 1677. expoſuit, Plebaniam gravatam annua penſione Scut. 150 Rev. ſui Plebanus Paci, qui uſque ad annum 1716. vixit, quotannis ex Decimis, & fructibus exegit ſummam Scutorum 300., & ultra, ut deponunt ipſius Nepotes, qui tunc temporis Plebaniæ fructus adminiſtrabant. Itidem de tempore Plebani Pellocchi moderni Anteceſſoris probatur, fructus aſcendiſſe ad ſummam ſummam Scutorum 239. circiter, ex depoſitionibus Colonorum, & Exactorum Decimarum; & demum anno proxime elapſo modernus Plebanus redditus percepit in ſumma Scutorum 238., prout de facto proprio deponunt tam Exactor Decimarum, tum Coloni ejus ſervitio addicti. Quamobrem de exuberantia redditnum hujuſce Parochiæ vix eſt quod poſſit dubitari.

Hinc nil relevat, quod in Regeſtro Datariæ hæc Parochia ſit taxata in Ducatis auri 42. Cum nemo ignoret, quod ex iſtis

14 Regeſtris verus valor non erutur. Quod vero aliquando Plebani in Viſitationibus minorem aſſeruerint Eccleſiæ redditum; profecto tales aſſertiones, uti tendentes in proprium Parochi commodum, prout eſt illa anni 1687. in Viſitatione clar. mem. Card. Miltini, veluti factæ pendente lite, prout eſt altera in Viſitatione 1742., in Tertii præjudicium attendi non poſſunt, ut firmant auctoritates relatæ in dicta mea Deciſione § 14.

Pariterque non ſubſiſtit amplitudo onerum, & expenſarum in Calculo a Parocho exhibito. Cum hæc onera annuatim Summam Scutor. 13. 77. non excedant, ſidemque Calculus nedum ſit in extenſu exceſſivus ob aſſertionem onerum, & expenſarum, ſed etiam ſit defectuoſus in introitu, dum in eo cætera prætermiſit, valor frumenti calculatur in Scutis 4. pro quolibet rublio, quando ſaltem id conſuetam ratio-

15 nem Scut. 5 regulari deberet, prout unanimiter deponunt Teſtes, & longe majori pretio ſint in poſtremis annis a moderno Parocho venditum.

Et demum cum ipſemet Parochus iddmittit, hoſce fructus annuatim aſcendere ad Scuta 167. 51., detracta ab hac ipſius Congrua congrua in Scutis 100., jam exuberaret ſatis ad neceſſitam pro manutentione Eccleſiæ. Non ſubſiſtente quod congrua a Sac. Concilio Tridentino determinata in ducatis 100., intelligi debeat de ducatis auri de Camera complentibus ſummam Scutorum 175 monetæ Romanæ.

16 Siquid in exploratum undique eſt, quod Ducati centum a Sac. Concilio pro congrua Parochiali reſervati, accipi, & regulari debent juxta morem Regionis, in qua adeſt Beneficium, itaut in Statu Eccleſiaſtico, & in illius etiam magis Civitatibus olent Scuti 100. Romana valutam non debetur, ut præter auctoritates adductas in dicta Deciſione § 15 probat Rot. *Recent. decis.* 120. *num.* 15 *part.* 16, *et in Vaſtin Emphyteuſis* 19 *Junii* 1711. *§ Præterea* 101. *coram mem. Card. Statio.*

17 Quidquid ſit in Reſervationibus appoſitis in Litteris Apoſtolicis reſignationum, quæ ex voluntate Pontificis de ducatis auri de Camera intelligi debent, ut diſtinguendo expendunt Pamm. *ll. decis.* 15 *num.* 2 *num.* 35. Rot. *d. decis.* 12. *num.* 25. *part.* 16. *Recen.*

Et ita reprobata in reliquis præcedenti Deciſione, Septimo etiam ex RR. PP. ſuffragante, reſolutum fuit utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. MOLINO.

RAVENNATEN. SALVIANI.

Veneris 26. Februarii 1753.

ARGUMENTUM:

Facta ſemel traditione capitalium in piam Cauſam a Teſtatore aſſignatorum cum onere Celebrationis Miſſarum, quævis diminutio, ac peremptio cedit incomodo Eccleſiæ Legatariæ; præſertim vero ſi deſtinatio capitalium adiecta eſt ſubſtantiæ ipſius diſpoſitionis, neutiquam ſuffragante favore Legati Pii. Quid ſi heres ſe ſe obligaverit de evictione, & Capitalia Cenſus promiſerit perpetuo exigibilia? Quonam caſu Eleemoſyna Miſſæ Quotidianæ major eſſe debeat Eleemoſyna Miſſæ manualis? An valida ſit acceptatio Onerum facta ab Eccleſia ſive Seculari, ſive Regulari ſine licentia Superioris, & reſpective Ordinarii?

SUMMARIUM.

1 Agens ex Salviano interdicto probare debet Creditum cum Hypotheca.
2 Facta aſſignatione Capitalium, & mox ſeperaddito onere Celebrationis Miſſarum, non remanet Legantis hæreditas obnoxia evictioni. *&* num. 3. 5. *&* num. 20.
4 Sac. Rota Sacrarum Congregationum Reſponſa veneratur profitetur.
6 Si diſpoſitio incipiat vel a certo onere, & de demonſtrative aſſignationem Capitalis, ſeu certos redditus deſignet, vel a generica deſtinatione certi annui fructus pro certo implendo onere, pro executione vero, & pro modo ſolutionis facta ſit correſpondens aſſignatio fundi, de hujus evictione, ac diminutione tenetur hæreditas.
7 Secus ſi aſſignatio fundi, & Capitalis adiecta eſt non executioni, nec ſolutionis modo, ſed ſubſtantiæ diſpoſitionis. Tunc namque ceſſat ulterioris ſupplementi obligatio, aut aſſumptio futuri periculi.
8 Explicantur contraria.
9 Si annuam præſtationem Teſtator non præſcripſerit, sed ſpecificam Capitale reliquerit certum annuum reddens fructum, hoc ſemel aſſignato, ab omni alia obligatione liberatur hæreditas.
10 Contrarium nec ſuadet favor Legati Pii.
11 Neque etenim favor Piæ Cauſæ extendit obligationem ultra id, quod taxative Teſtator dari juſſit.
12 Imo neque perpetuitas oneris, quæ non efficit ut hæreditas perpetuo periculo remaneat obnoxia.
13 Imminutis Capitalibus, ſeu redditibus pro Miſſarum Celebratione deſtinatis, ſupereſt via petendæ reductionis onerum.
14 Sic vero per contractum Eccleſia ſe ſe obligaverit, coram Judice Ordinario vel contractus reſciſſio, vel reductio ad æquitatem petenda eſt *&* num. 30.
15 Si autem hæres de evictione ſe obligaverit, vel Capitalia perpetuo exigibilia promiſerit, contra hujus bona agere licitum erit.
16 Namque alieno facto, diſponentis hæreditas obligari non poteſt.
17 Limita, ſi obligatio aſſumpta fuerit hæreditario nomine.
18 Contra ſi ab hærede, vel hujus Procuratore aſſumpta fuerit proprio tantum nomine.
19 Evictionis actio perſonalis eſt, nec locum habet adverſus bona in Tertios diſtracta.
21 Eleemoſyna Miſſæ Quotidianæ ſtatui debet in annuis Scut. 72. ad rationem obuli 20 pro quolibet.
22 Contra, ſi Teſtator Eleemoſynam non præſcripſerit, ſed Capitalium aſſignationem demandaverit pro perpetua Miſſarum Celebratione.
23 Hoc namque caſu nil amplius hæres curare debet, quam ut quotidie Celebretur Miſſa, tradita celebranti manuali Eleemoſyna

24 Aſſignatis ſemel fundis pro Miſſarum Celebratione, major Eleemoſyna non reſpicit favorem Animæ Defuncti, ſed utilitatem Celebrantis, cui hoc poteſt renunciare.

25 Supplementum fundi, ſive annui redditus petere nequit Eccleſia, quæ oneri perpetuo Miſſarum ex contractu ſeſe devinxit.

26 Indulgeri non debet reductio onerum per contractum aſſumptorum ex cauſa diminuti redditus in origine aſſignati.

27 Eccleſiis Sæcularibus vetitum eſt acceptare onera Miſſarum ſine licentia Ordinarii, Eccleſiis vero Regularium abſque propria Superioris approbatione, id preſcribente Conſtitutione Urbani VIII.

28 Dicta Conſtitutio pœnas tantum imponit contra ea acceptantes, non vero nullam declarat acceptationem.

29 Regulares namque, aut Sæculares Eccleſiæ, quæ ſine dictis Solemnitatibus ad onera Miſſarum ſe ſe obligarunt proprio contractu, obligationem ſervare debent.

31 Si Eccleſia per contractum aſſumpſerit onus perpetuum Celebrationis Miſſarum, procedi debet cum taxa Miſſæ manualis, ſive reddit93um correſpondentium.

32 Secus vero in terminis Legati certæ Eccleſiæ relicti pro conſtitutione Fundi correſpondentis perpetuo oneri quotidianæ Miſſæ.

33 Hoc namque caſu Eleemoſyna debet eſſe obol. 20 pro ſingulis Miſſis.

34 Taxa pro fundibus perpetuis oneribus pendet a conſuetudine loci, ac legibus diœceſanis, vel ab arbitrio Epiſcopi.

DECISIO LXXXIX.

Deficiente Simone Caballi in obſervationem prolapſo in ſolutione Fructuum Cenſus in ſorte ſcut. 500. venditi favore Donati Felti, quem Donatus ipſe una cum aliis duobus Cenſibus annui fructus in toto ſcut. 52. 50. in executionem piæ diſpoſitionis Auguſtini de Auguſtinis, ſub annum 1715. aſſignavit Patribus S. Nicolai Ordinis S. Auguſtini Ravennæ, qui Cenſus hos in perpetuum, certumque Fundum pro celebratione Miſſæ quotidianæ in ſuffragium Animæ dicti Auguſtini ſolemniter acceptarunt. Anno 1749 iidem Patres judicium inſtruxerunt adverſus Hieronymum Gradara uti tertium poſſeſſorem prædii olim ad hæreditatem dicti Auguſtini ſpectantis, & prout a præfato Donato Felti ſub annum 1697. diſtracti favore Joſephi Bonanni pretio ſcut. 2063. 59. ſub certa lege inveſtiendi ratam dicti pretii ſcut. 500, prout in actu ſolutionis ſub anno 1697 inveſtita fuit in emptionem dicti Cenſus annuam venditi a dictiſſimo Viro Comite Aldeiano Zinani, inde a prædicto Simone Caballi accollati.

In hoc Judicio Patres Auguſtiniani Actores ex Interdicto utilis Salviani Immiſſionem ad idem prædium poſtularunt, ut ex fructibus ſatisfi erent, tum de ſcutis ſcut. 390. 16. 8. ex cauſa Miſſarum jam celebratarum, ſeu fructuum dicti aſſignati Cenſus decurſorum, unaque ſimul de annuis aliis ſcutis 17. 50. ex cauſa ſcutorum fructuum ejuſdem deficientis Cenſus, ipſis in poſterum debitorum tam de ſcutis ſcutorum 121. in ſupplementum quoad tractatum majoris annuæ taxæ, ſeu congruæ Eleemoſynæ, quam in annuis ſcut. 60. pro quotidiano Sacrificio taxari debuiſſe contendebant ab anno 1719., non autem in ſolis ſcut. 52. 50., quanti eam Donatus Felti taxaverat per aſſignationem dictorum trium Cenſuum ſummam ſcut. 52. 50. in fructu non excedentium, & quoad ſummam etiam de aliis annuis ſcutis 17. 50. in poſterum debitis ad ſupplendum dictum defectuoſam aſſignationem redditus in Cauſam quotidiani perpetui Sacrificii.

Et quamquam voti compotes primum evaſerint coram Provicario Ravennæ, qui geminas reſpective Sententias ſuper onerque utrorum Creditu, ac inſtantia, eorum favore protulit, ſuccubuerunt tamen coram A. C. Circio, qui in omnibus Hieronymum Gradara abſolvit, & unanque Provicarii Sententiam revocavit. A quo judicato, Cauſa ad Sacrum Auditorium devoluta, ad tramites Commiſſionis mihi directæ hoc orum dedi Dubium omnes complectens actionis partes = An ſit danda Immiſſio, & pro qua ſumma? quo in hodierna Rota propoſito, contra Patres S. Auguſtini Actores Domini mei reſponderunt = NEGATIVE IN OMNIBUS.

Sciti quippe eſt, eum, qui titulo ſingulari, itaque onerofo poſſidet, qualis eſt Hieronymus Gradara Cauſam habens a Joſepho Bonanni, qui ab anno 1692. controverſum Fundum olim ſpectans ad hæreditatem Auguſtini de Auguſtinis emit a Donato Felti, ex Salviani interdicto, aliave quævis actione conveniri, & ſuper poſ-
2 ſeſſione ſua moleſtari non poſſe, niſi Actor exhibeat Creditum undique certum, ac liquidum, ſimulque hypotheca ſoſſultum, *Leg. Rem alienam ff. de pignor. act. L. 2. ff. Salvianum ff. de Interdict. §. Item Serviana Inſtit. de action.* Neguſan. *de pignor. part. 4. membr. 1. num. 6.* Rot. *coram Ludoviſ. deciſ. 67. num. 1. poſt part. de Salvian. deciſ. 130. & deciſ. 18. num. 11. par. 11. Recent.* & paſſim alibi.

Talis autem non fuit *gemina Credita* a Patribus

bus Auguſtinianis prolata. Quod enim
attinet *ad primum* pro Miſſis jam celebra-
tis, ſive pro fructibus *jam decurſis*, *quam*
decurrendis controverſi Cenſus, qui defe-
ciſſe dicitur ob Debitoris Decoctionem,
nequaquam Actores probant vigentem
habere hypothecam ſuper univerſis bo-
nis hæreditatis Auguſtini de Auguſtinis,
in cujus jam voluntatis implementum a
Domino Felice cenſus iſte una cum aliis
fuit dictis Patribus in fundum quotidianæ
Miſſæ perpetuo aſſignatus. Nam cum di-
ctus Teſtator hunc Cenſuum conſtitutio-
nem, & aſſignationem præceperit in
hæc verba = *Commanda, e vuole, che SI*
FORMI, e coſtituiſca un Corpo di tanti
Capitali di Cenſ, quanti baſtino PER FAR
CELEBRARE due Meſſe ogni giorno in per-
petuo una nella Chieſa degl' Agoſtiniani,
di S Nicolò, l'altra &c. = & ita prius
injunxerit certi fundi in ſpecie, ſeu *cer-*
2 *torum* Capitalium conſtitutionem, eique
inde adderent onus, cui conſtituta hæc
deſtinabatur; cenſetur voluiſſe tantummo-
do, ut deſignati Cenſus traderentur, ſive
deſtinarentur, & ad eorum proportionem
onera mox adjecta ſubſtinerentur, non
autem ut ſua hæreditas perpetuo obliga-
ta maneret ad omne futurum ſupplemen-
tum in caſu cujuſvis periculi aſſignati fun-
di, ſeu quoties ſimiles aſſignati Cenſus
diminuerentur, vel quandoque redditus defi-
cerent, puta ex morte, inopia, ac de-
coctione Debitoris, ut in *Leg. cum certus 5.*
ff. de Trit. Vino, & Oleo legat. Leg. Si Debitor
39. ff. 1. ff. de contr. Emption., L. Nemo 35.
ff. Dui ff. de legat. 3. Gloſſ in Leg. Talis
in verb. comparandum ff. de legat. 1. Cy-
riac. contr. 336. num. 7. Caſtill. contr. Jur.
lib. 4. cap. 35. a num. 25.

In hac quippe Legati, ſeu piæ diſpoſitionis
ſpecie, ac taliter explicata voluntate,
facta fuit ut hæres Cenſus aſſignaverit,
injuncto oneri pares tunc reddantur fru-
ctus, & a Patribus fuerint comprobati,
& acceptati, quin hæreditas teneatur
ulterius curare, aut cavere, ſi quod pe-
riculum aſſignatis capitalibus, aut illorum
decrementum, ac peremptio ſubinde evene-
rit; ideoque aſſignato ſemel ab hærede
tot Cenſibus a diſponente præſcriptis,
& ab Eccleſia acceptato, nullum ampli-
3 us Creditum, nullaque actio remanſit
exercibilis, & a quovis ulteriori obliga-
tione, cura, ac periculo, nedum ab hy-
potheca, diſponentis hæreditas libera cer-
to certius omnino evaſit ex *Leg. 1. Cod.*
de pericul., & comm. Rot. coram Cerro
deciſ. 433. a num. primo ad 8., & num. 17.,
& in Romana Supplementi, & applicationis
21. Junii 1731. § Tunc enim, & ſeq. co-
ram clar. mem. Cardinal. Aldrovando.

Idque pro inconcuſſa regula receptum eſt in
Sacra Congregatione Concilii, quæ reſpon-
4 ſa in hac potiſſimum materia veneratur
ſemper profitetur Sacrum Auditorum,
ut ad rem dixit *in Novarien. Capellaniæ*
2. Julii 1736. § Et primo, coram Reveren-
diſſimo P. D. meo de Valle Decano) quod
monitum, ut Hæres, ac Defuncti hære-
5 ditas ſemel facta certi, ac ſpecifica fun-
di fructuum oneri parem ferentis aſſigna-
tione, libera ſit ab omni ſucceſſivo even-
tu peremptionis, ac diminutionis, neque
teneatur ſupplere, aut iterum dare, ſi
quid poſtea defecerit quoties Teſtator
prius injunxit, & in obligatione principa-
liter deduxit certi fundi, & ſpecifici Ca-
pitalis conſtitutionem, etiam cum enun-
ciativa dicti onerati redditus, *poſita vero*
pro cohærenti effectu ſubjunxit onus de-
ſtinatum ad diverſum caſus, qua diſ-
6 poſitio incipiat vel a certo onare, & inde
demonſtrative aſſignationem Capitalis,
ſeu certi redditus deſignet, vel a gene-
rica deſtinatione certi annui fructus, qua-
titatis, ac pecuniæ pro certo implendo
onere, pro adæquatione vero, & pro mo-
do ſolutione aſſignationem fundi corre-
ſpondentis ſucceſſive demonſtret ut plu-
ribus eadem Congregatione collectis Reſo-
lutionibus monſtrat Scarfantan. *ad Cecco-*
per lucubrat. Canon. lib 3. tit. 14. num 1,
& Rot in dicta Novarien. Capellaniæ
2. Julii 1736. § Et primo cum ſequen.,
& 6. Maii 1735. § Rem. utraque cor. Riño
P. D. meo de Valle Decano

Et quidem merito, pluribus adſtipulantibus Ju-
ris noſtri rationibus. Nam quoties aſſigna-
7 tio, ſeu deſtinatio certi fundi, & Capita-
lis, (prout in noſtra propoſiti Teſtamen-
ti ſpecie fuit deſtinatio Capitalium Cen-
ſuum) adjecta eſt non taxative, nec
ſolutionis, ac implementi modo, eiuſ-
que demonſtrationis gratia, *ſed ſubſtantia*
ipſius diſpoſitionis, quæ principaliter,
ac prætermo ineſt, & ſubſtantiatur in eo
= *Commanda, e vuole, che ſi formi, e co-*
ſtituiſca un corpo di tanti Capitali di Cenſi,
quanti baſtino &c. = Tunc fundi aſſigna-
tio hujuſmodi, ſeu horum Cenſuum con-
ſtitutio taxative injuncta dicitur, ſeque una
in ſpecie fundat pro celebrandis Miſſis,
ſeu cohærenti ſatisfactione ſubjuncti one-
ris ſine obligationis ulterioris ſupplementi,
aut aſſumptionis futuri periculi, præciſe,
& taxative deſignatum cenſetur, ut cohæren-
ter ad Jura ſupra allegata § 5 tradunt
Felin *in cap. ſuper litteris num 4. de re-*
ſcript. Pacion *conſil. 31, a num. 21.*, &
8 pro cæteris invicem concludendo contra-
ria Averan *interpret. jur. lib. 2. cap. 27.*
num 16. & 17., & per tot. Rot. in Ro-
mana Supplementi, & applicationis 21. Junii
1731 § Tunc enim, & ſeq. coram clar.
mem Card. Aldrovando. Et rurſus quoties
9 a Teſtatore non fuit injuncta aliqua præ-
ſtatio annuæ ſummæ injecta obligatione
in ipſo genere pecuniæ aut quantitatis,
ſed tantum ſpecifici fundi, ac certi Ca-
pita-

pitalis in ſpecie præſcripti, certum annuum redditum fructum, hoc ab Hærede, & ex hæreditate ſemel aſſignata ab omni prorſus obligatione deinceps libera efficitur, ut eſt doctrina Bald. in *Leg. ſi quis argentum* §. 1. *ſub num.* 7. *Cod. de donat.* Surd. *conſil.* 319. *num.* 16. *&* 20., *& de alimentis tit.* 9. *quæſt.* 40. *ſub num* 17. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 9 *tit.* 1. *num.* 3. Caſtill. *controv. Jur. lib.* 4 *cap.* 33. *num.* 9 Rot. *deciſ.* 324. *num.* 8. *part.* 19. *Recent. deciſ.* 433. *num.* 2. *&* 1., *& num.* 8. *coram* Cerro. *& in diÆta Romana Supplementi*, *& applicationis anniversar. nunc Cardinali Aldrovandi* §. *Dum itaque*, *&* §. *Si igitur*, *& fere per tot.*

Nec ſecus ſuadere poteſt, aut firmæ ſit Legati, aut cauſa ſuffragandæ animæ Teſtato-
10 ris, aut relatio expreſſa, quam injuncta Cenſuum deſtinatio habet *ad perpetuam* quotidiani Sacrificii celebrationem. Nul-
11 lat enim cujuſvis piæ Cauſæ favor valet extendere obligationem ultra id, quod taxative Teſtator legavit, ac dari juſſit, aut de ſua hæreditate in id deſtinavit. Roſa *conſultat.* 61. *num.* 5. Card. de Luca *de Legat. diſc.* 14 *a num.* 4. Patri Neapolit. *conſ.* 181. *num.* 1. Card. Petra *ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 2 *pag.* 318. Rot. *deciſ.* 531 *num.* 18 *part.* 17. *Recent.* Perpetuitas vero oneris legato fundo adjecti nec mutare, nec extendere valet ſubſtantiam taxativæ diſpoſitionis, ac præcepti continentis ſemel faciendam tot Cenſuum aſſignationem, ſeu deſtinationem, ideoque ea judicari debet perpetuo manſura præſtatio, ut in Patres Sancti Auguſtini tranſlata dicantur deſignata Capitalia certi perpetui redditus, quaſi ex ipſa hujus naturæ tranſlata fuerint, ab ipſis perpetuo invaſura pro perpetuo injuncti oneris conſervanda, non autem ut ipſa etiam
12 aſſignata Capitalia redditnum perpetua tanquam a Diſponente in obligationem deducta remanſerit periculo, nomine hæreditatis, ut in puncto reſpondet Rot. *coram Cerro in citata* 433. *a num.* 12.

Quod ſi deficit Capitalium quantitas, vel eorum redditus in parte deperiit, vel omnino, unparet hodie ſunt perpetua oneri ais adjecto, viam haberent Patres
13 petendi oneris reductionem, ubi aut, eorumque *Eccleſia tituli legatus fuiſſe* cum tali onere iſte ſundus, & niſi eis obſtaret in caſu obligatio *per contractum* aſſumpta, qua acceptata Capitali deſtinata in Cruſtam implementi injuncti oneris (quod eam dante Hærede potarat a quoniam adimpleari), ad illius perpetuam ſat ſuſtinendam ipſi ſeſe devinxerunt, quo caſu non alia ſuppe-
14 petit via, quam coram Judice ordinario, vel contractus reſciſſionem, vel reductionem ad æquitatem expetere, ut docent Monacell. *Formul. legal. Eccleſ. tom.* 4. *pag.* 83. *num.* 465. Scarfanton. *ad Ceccoper.* *lucubrat. Canon. lib.* 3. *tit.* 13. *num* 13. *&* 24. Pignatell. *conſultat. Canon.* 22 *prope finem* 4., & pro regula Statutum habetur in Theſaur. reſolutionum Sacræ Congregationis Concilii *fol.* 75 §. *Porro* 18. *Aprilis* 1731. *in Cauſa Romana reductionis onerum Miſſarum*, *& fol.* 19. §. *Alterum* 28. *Februarii* 1739. *in Nolana reductionis Miſſarum*, *& fol.* 45 §. *Commovit* 2. *Septembris* 1747 *in Faventina reductionis Miſſarum.*

Neque ad hodiernam Cauſam in qua agitur contra Tertium ſingulari titulo ac oneroſo Poſſeſſorem Prædii pervenientis ab hæreditate dicti Auguſtini Teſtatoris quidquam pertinet, quod Donatus Feſtinus mediatus illius hæres, dum ejus piæ voluntati obſecundans aſſignavit Patribus, & Eccleſiæ S. Nicolai Capitalia Cenſuum cum correſpectivo onere quotidiani Sacrum faciendi in ſuffragium Animæ pii Diſponentis, ſeſe de evict. ne obligaverit, aut-
15 que Cenſus veros & perpetuo exigibiles promiſſerit. Quidquid enim valeat obligatio hæc adverſus ipſum Donatum, ejuſque bona, ac hæredes, aliſque ab eo Cauſam habentes, contra quos hujus pollicitationis Jura liberum eſt Actionibus experiri.

Hoc unum eſt, quod ſi juxta hactenus conſtituta, hæreditas Auguſtini ab omni obligatione in illius Teſtamento ſcripta liberata remanſit per traditionem certi fundi, ſeu Capitalis in ſpecie per ipſum Auguſtinum taxative præſcripti, & ex hoc nulla pii Legati, ſeu originariæ obligationis reliquiæ in ea ſuperſunt, quæ teneatur cavere Patribus, & Eccleſiæ de futuro periculo Cenſuum ex Teſtamento aſſignatorum, utique non potuit in datas Hæres Auguſtini, eoque minus illius Procurator Jacobus Baldattus ſine ſpeciali mandato, per evictionis, & exigibilitatis promiſſionem, hæreditatem obligare ad id, ad
16 quod ex Juris diſpoſitione non tenebatur, utpote quæ ex illa ipſa aſſignatione ab ulterioris obligationis nexu liberanda erat, neque ex alieno facto obligari poterat. *Ad l. un vulgata.*

Poſtulatum, quia quævis ſit ea obligatio per Donati Procuratorem injecta; hæreditatem Auguſtini non in ſtatu comprehendit, cum evictionis, & exigibilitatis promiſſio per Donati Procuratorem aſſumpta omiſ-
17 ſa ſi quiquam fuerit hæreditate omnia, & in exequutionem obligationis a Teſtatore injunctæ, ut erat celebr. in *Novarien. Capellaniæ* 20 *Junii* 1735. *a* §. *Evidentur*, *coram Reverendiſſimo P. D. meo de Vaſe Decano*, ſed in ſuo *proprio nomine*; quo ca-
18 ſu non ſolum vi obligationis ad hæreditatem Legatum non debet extendi, ſed niſi aliud conventum fuerit, evictionis, & exigibilitatis perſtatrixalis omnino promiſſi, nec etiam ipſa bona ſe ita obligentia afficere potuit, nam evictionis actio
19 perſonalis eſt, & ab ea bona in Tertium diſtra-

diſtracta immunes reddantur. Maugl. *de cenſ. quaſt.* 100. *num.* 15.

Et rurſus qualiſcumque effingi velit hujus prorſus evictionis efficacia contra Donatum promittentem, atque talis etiam velit *ad hypothecam*, bona Donati Promittentis undequaque quæſita afficientem, hæc tamen afficere non potuit *in hoc ab eo* quæſita ex hæreditate Auguſtini, quo *hæres* quaſi hanc hypothecam in aſſignatione controverſorum Cenſuum facta Eccleſiæ S. Nicolai contractam, ab eo in Tertium titulo ſingulari tranſlata fuerunt, proindeque Prædium hoc, contra quod Patres S. Nicolai adhonem dirigunt, cum ab anno 1697 a Donato Feltrio diſtractum fuerit in Joſephum Bonauti, & ab iſto in hodiernum poſſeſſorem devenerit, nulla certe dici valet hypotheca affectum, *non tacita* ex lege, aut ex Teſtamento *ubi hæreditatem Auguſtini* ob cauſam ſui Legati ab eo ordinati, utpote quod ex Cauſa hac quavis originaria obligatione ſolutum, & liberatum remanſit per aſſignationem certi fundi, & Capitalis ad id per Teſtatorem taxative deſtinati, ab
20 ſque eo quod ulla alia ex *Teſtamento* remaneret in hæreditate obligatio, vel futuri periculi, ac *ſupplementi*, ut *ſupra atque ad §.* 11 probatum eſt. *Non expreſſa* ex contractu, ac facto hominis *ubi hæreditatem* ac proprium Donati promiſſionem evictionis aſſumentis de anno 1715. dum certum fundum a Teſtatore deſignatum tradidit, quia *in Tempore* jam Prædium hodie a Reo conventum poſſeſſum *hoc an-* ti ipſe diſtraxerat, & amplius ab obligationibus *poſterioribus* Donati affici non poterat. Liberam itaque manet a quavis obligatione ex *Teſtamento* Auguſtini, & a quovis nexu promiſſæ evictionis ex *facto*, *& contractu Hæredis*,

Hactenus deducta ſubmovent petitionem Patrum S. Nicolai hypothecaria actione contra Tertium promotam ex *primo credito* per eos deducto, nempe ex cauſa tum præteritæ, tum futuræ refectionis, ſeu debitæ ſubrogationis faciendæ unius ex cenſibus aſſignatis qui *defecit*, & cujus fiſcus *decreti luit* evaſerunt. Nunc autem Inſiſtendum eſt ſermo *de ſecundo credito*, ex quo dicti Patres petunt Inveſtitionem ex Salviano poſtulant contra Tertium, in eo conſiſtente, quod pro illo minori annuo reddito, qui in Inſtrumento anni 1719. per aſſignationem trium Cenſuum fuit eis per Donatum conſtitutus in *Scut.* 52. 50., tanquam impari ad conſtituendam capitale, ac fundum pro *quotidiana perpetua* Sacrificio, debeatur illis augmentum ſaltem *ad annua Scuta* 60, tam quoad *præteritum*, quam quoad *futurum*, quantum ipſi contenti ſunt, ut taxetur fundi redditus pro Eleemoſyna quotidianæ perpetuæ Miſſæ, quæ de cætero ad differentiam Miſſæ manualis ſtatui de jure deberet in annuis *Scut.* 72. ad rationem *obolorum* 20, pro qualibet Miſſa. *Rota in Hydruntina Erect. ion. Collegiatæ ſuper oneribus principali* 2. *Junii* 1698 §. *Nec juvat illatio*, & 19. *Aprilis* 1697 *coram* Pa.

21 At vero ex hoc aſſerto ſecundo credito pariter injuria petunt Patres prædicti contra Tertium annui olim aſſignati redditus ſupplementum. Nullum enim eiſ jus erat quemcumque annuum redditum *ex Teſtamento* directe aſſequi, dum nullum Legatum dictis Patribus, eorumque Eccleſiæ reliquit Auguſtinus Teſtator, nullumque mandavit eis aſſignari fundum nutti inhaulto ſufficientem, & parem, ſed tantum exoptans, ut quotidiana Miſſa in perpetuum ſibi celebraretur impersonaliter demandavit = *Che* SI FORMI, *e ſi ſtabiliſca nel Corpo di tanti Capitali, e Cenſi, quanti baſtino* PER FAR CELEBRARE *due Meſſe al giorno in perpetuo, una in la Chieſa di S. Nicola degl' Agoſtiniani, e l' altra ec.* =

22 In hac autem diſpoſitionis ſpecie, in qua Teſtator nec certam cujuslibet Miſſæ Eleemoſynam omnino ſtatuit, nec directe capitale ad ferendum onus aptum tanquam in fundum Capellaniæ alicui Eccleſiæ legavit, ſed totum ſuit in eo, ut *ſe ſua hæreditati* deſtinati extarent fundi ac redditus, qui ſufficerent pro cyclo geminæ quotidianæ Miſſæ perpetuis celebrationes, illud in jure ſtatutum eſt, ut Defuncti hæreditas, ejuſque hæres, ad implendum onus, nil amplius præſtare debebit, quam curare, ut quotidie

23 celebraretur Miſſa in Eccleſia S. Nicolai, tradita Celebranti, aut Eccleſiæ *mercede Eleemoſyna obolorum duum*, ac etiam memorati in ſingulas quotidianas Miſſas cum etiam in eaſ deſignationis uberiores fundi, ac majora reddidus per Teſtatorem factæ, peracta celebratione imperſonaliter injuncta, plene Teſtatoris voluntas impleta

24 maneat, nec mavis ſtipendium in his terminis favorem Animæ Defuncti reſpicit, ſed unicam Celebrantis utilitatem, & commodum concernat, cui poteſt ille renunciare, ut in ſpecie docent Bordon. *de legat. cap.* 10. *num.* 66 *Piton. de contr. Patronat. allegat.* 63, *num.* 11, *verſ.* 1, *num.* 46, *plur.* Scarfantoni *ad Ceccopar. lucubrat. canon. lib.* 3. *tit.* 4 *num.* 121, & in Theſaur. Reſolut. Congregationis Concilii *fol.* 152. § *Ad hoc accedit* 17 *Februarii* 1734. *In Coſtis Fructuum Oneris Miſſarum*

Hinc autem deſcendit, quod ſi Patres Auguſtiniani nullum jus *ex Teſtamento* Auguſtini in hac re habentes, pro perpetua celebratione quotidianæ Miſſæ recepta ab hærede aſſignatione fundi annum redditus *Scut.* 52. 50. longe ſuperantes ſtipendium manualis Miſſæ, loco *hæredis* ſuccedere voluerunt, & ex *contractu* ea quo totum Jus, ac hodiernæ actionis fundamentum deſu-

delamuti) obligationem aſſumere, eutam di, ut in eorum Eccleſia quotidiana Miſſa celebraretur, cujus onus ceſſante Capitalium aſſignatione, prædictoque non uſo contractu, eis non incubuiſſet, utique alienī jus non habent, ut ſupplemen-
25 tum fundi, ſive annui reddituus exposcant, ſtatum ac ſub certi fundi aſſignatione, & ſub certo annuo reddtu manualem quotidianæ Miſſæ Eleemoſynam excedente ad illud onus *ſub mutuo contractu* non parum lucri ultra ſtipendium manuale eis afferente, ſeſe devinxerunt, Ut pro conſimili effectu non debitæ redu-
26 ctionis Onerum per contractum aſſumptorum ex cauſa demerſi redditus in origine aſſignati, ſtatuunt Authoritates ſuperius adductæ *ſub §* 20., & concordant alibi *ſuperius §* mox allegatæ.

Neque hoc pertinet celebris Conſtitutio *Urbani VIII* prohibens Eccleſiis Sæcularium
27 Miſſarum onera acceptare ſine licentia Ordinarii, Eccleſiis vero Regularium abſque propria Superioris approbatione, ut advertit Paſqual. *de Sacrif. quæſt.* 1101 n. 1. Amoſtaz *de cauſ. piis lib.* 2 *num.* 43 In primis
28 enim laudata Conſtitutio certas tantum imponit pœnas ita acceptantibus, non vero nullam ipſam declarat acceptationem, alioque verum eſt, Regulares, aut Sæcu-
29 lares Eccleſias, quæ ſine Superiorum permiſſu ad Miſſarum onera ſeſe obligarunt *propria voluntate*, deinceps teneri, ſemel quo certa fundi, certique redditus in id factam aſſignationem obſervare debere, ut probant Tamburin. *de method. celebrand. Miſſ. lib.* 3. *cap.* 1. *§* 7. *num.* 5 Amoſtaz *de cauſ. piis lib.* 2. *cap.* 9 2 *num.* 52 *ad* 58. Scarfanton. *ad Ceccoper lib.* 3. *tit.* 13. *numer.* 13. Pignatell. *conſult.* 22 *circa fin. tom.* 4.

Ulterius tanto minus ex hoc nullitatis, aut læſionis capite exſurgere valet favore A-
ctorum redditum ullum hypotheca ſtabilium certis bonis pii Teſtatoris, ſemel ac ex illius Teſtamento nullum jus in hæc re habuiſſent dicti Patres, & eorum Creditum proficiſci tantum proponunt *a contractu* per eos inito cum hærede, quem de nullitate, ac læſione redarguunt, Ex periodo in ſtatu emphiteutæ validitatis manente aſſumptæ obligationi ſtare tenentur, nec *in Tertio* conqueri poſſunt acceptatis redditus nomine debita ſumma,
30 ſed utique ſub opportuno Judicio, aſtionem reſciſſoriam, aut reductionis ad æquitatem proponere poſſunt *contra Donatum*, cum quo voluntarie contractum hunc inire voluerunt.

Potiſſimum quia in hac ſpecie contractus, quo Patres aſſumere ultro voluerunt onus, cujus
31 implementum cuique hæredi incumbebat procedi debet cum taxa Miſſæ manualis, ſive redditum ei correſpondentium,
32 ſecus vero cum terminis *Legati* certæ Eccleſiæ relicti pro conſtitutione fundi correſpondentis perpetuo onera quotidianæ Miſſæ ad rationem Eleemoſynæ *aliorum*
33 *ſignati* pro ſingulis Miſſis, ut ex Reſolutione Sac. Congregationis *diei* 27. *Julii* 1699. docet Scarfanton. ad Ceccoper. *lib.* 3 *tit.* 24. 1 *num.* 22 & in Theſaur. reſolut. Sac. Congregationis Concilii *fol.* 338 *& ſeq.*, *& f.* 360.19. *Novembris* 1729 *in Bitontina Miſſarum ad tertium Dubium*. Et etiamſi petitio fundi Patribus Auguſtinianis competiiſſet pro implemento hujus *perpetui oneris* non indiſtincte procedit regula, quod redditus eſſe debeant in duplo majore ſtipendio Miſſæ ma-
34 nualis, cum taxa pro ſimilibus perpetuis oneribus pendeat a *conſuetudine* Loci, & Legibus *Diœceſanis*, *ſeu Synodalibus*, vel ab arbitrio *Epiſcopi*, ut teſtat Scarfanton. *ad Ceccoper lib.* 3. *tit.* 13. *num.* 32. *&* 34.

Et ita &c. *Utraque &c.*

R. P. D.

R. P. D. BORRULL.

URBEVETANA LEGATI.

Lunæ 3. Decembris 1753.

ARGUMENTUM.

Si hæreditas annuum non pariat fructum Legatario exſolvendum, non exinde imminui debet bonorum proprietas. Firmatur, legatum annuæ quantitatis ex Fructibus præſtari debere, Fructuſque eſſe taxative deſignatos, id præcæteris ſuadente Fideicommiſſo a Teſtatore ordinato, quod valde imminutum ad Succeſſores migraret ſi forte ſubſtantia in cauſam annui Legati foret alienabilis.

SUMMARIUM.

1 Si Teſtator maluit Legatum taxative præſtari ex fructibus hæreditariis, proprietas alienari non poteſt, etſi fructus exſolvendo Legato impares ſint. & n. 3.
2 Neque etenim decet ut proprietas ſenſim imminuatur, quam diſtrahi Teſtator prohibuit.
4 Contra ſi fructuum expreſſio adjecta fuerit ad demonſtrandum ſolvendi modum.
5 Expreſſio Fructuum ex, & quando dicatur ſtare taxative, non demonſtrative.
6 Adjectio fundi aut loci dicitur ſtare demonſtrative quando diverſa eſt oratio, quæ fundum, & Legatum complectitur.
7 Secus ſi quantitas relicta, & locus unde illa deſumi debet in una eademque oratione continentur.
8 Nam ſtante unitate Orationis, deſignatio fundi dicitur ſtare taxative.
9 Explicantur contraria & num. 10. & 11.
12 Ordinatio Fideicommiſſi probat, Legati ſolutionem ex fructibus, non ex bonorum ſubſtantia præſtandam.
13 Fideicommiſſum bene compatitur cum alienatione ſi certam habeat expreſſam facultatem alienandi, ſecus hac deficiente.
14 Anticipata ſolutio de trimeſtre in trimeſtre non probat, fructus hæreditatis ſtare demonſtrative.
15 Annuum namque Legatum in principio cujuslibet anni ſolvendum eſt.
16 Contrarium nec ſuadet prohibitio detractionum, quæ ſolum indicat Teſtatoris voluntatem circa præſtationem relicti ſine aliqua mora, aut excuſatione.
17 Præceptum præſtandi integram quantitatem Legati non extenditur ad ſubitam Capitalium diſtractionem.
18 Nam deficientia fructuum unius anni reſto ſuppletur cum fructibus aliorum annorum.
19 Dictio = *Qualibet* = Univerſitatem excludit, & connotat de contingenti deficientia fructuum unius, vel alterius anni perdicatum.
20 Subſtitutiones ultra limites, quibus circumſcribuntur, extendi non poſſunt.
21 Interdicta cenſetur alienandi facultas ſtante onere reſtitutionis bonorum.
22 Sac. Rota non decidit quæſtiones ſub dubio non comprehenſas.

DECISIO XC.

Teſtamentariæ Jo: Baptiſtæ ſui Patris diſpoſitioni admodum inhærens Comes Nicolaus Negroni, anno 1744. perpetuo ac deſcenſivi Fideicommiſſi vinculo adjecto, univerſales ſibi ſcripſit hæredes filios maſculos Comitis Vincentii ſui fratris, qui tempore obitus ipſius Teſtatoris exiſterent, quibus præterea onus impoſuit penſitandi Comitiſſæ Mariæ Annæ Polidori Uxori ſuæ, quoadusque ipſa viveret, ex *fructibus* hæreditatis, quantitatem ſc. 400. ut ex Teſtamenti littera ibi = *Impongo però a detti miei Eredi iſtituiti, e ſoſtituiti l'eſpreſſo peſo, ed obligo di pagare, e prontamente sborſare de' frutti della mia Eredità annui Scudi 400 moneta Romana dal giorno della mia morte a detta Signora Conteſſa Maria Anna Polidori mia Conſorte, di lei vita naturale durante.*

E' vivis erepto Teſtatore vix ineunte anno 1751. plures inter Comitiſſam Legatariam, & Filios Comitis Vincentii, nempe Joannem Baptiſtam, & Nicolaum Nagroni hæredes, controverſiæ exarſerunt, quibus ad A. C. delatis, his inter, omiſſis cæteris, ſuper quibus in præſens nulla inter Partes contentio eſt, præcipue agitata fuit quæſtio, an in cauſam Legati annuatim præſtandi laudatæ Comitiſſæ Mariæ Annæ ab hæredibus Comitis Nicolai, diſtrahi hæreditaria Teſtatoris bona liceret, quoties illorum redditus impares eſſent ad præſcriptam quantitatem Legatariæ quantitatem rependendam, quod jure fieri poſſe cenſuit laudatus A. C., qui propterea mandatum, nedum contra fructus, verum etiam contra bona hæreditaria Comitis Nicolai relaxavit, edita contemporanee adverſus exceptiones Sententia. At diverſum fuit Sac. Noſtri Tribunalis judicium, nam directa mihi ex reſcripto Signaturæ Juſtitiæ Commiſſione ſignata cum Clauſula = *Et quatenus*, ut illegale A. C. & ideo cum nulla oriatur controverſia quoad primam reſcripti partem fructus reſpicientem, propoſui Dubium ſecundam tantum complectens, nempe = *An Mandatum A. C. ſit exequendum* = Cui rogati PP. = *NEGATIVE* = reſcripſerunt.

Et quidem jure optimo. Si enim Teſtator, ut ex ſuper expoſita diſpoſitionis littera emicat, Legatum Uxori relictum, taxative præſtari voluit ex fructibus ſuæ hæ-
1 reditatis: nulla ratio patitur, ut hæreditatis ipſius bona diſtrahi debeant, etiamſi eveniat, illius fructus impares eſſe ad annuam præſcriptam quantitatem Legatariæ exſolvendam. Quippe quia admiſſa etiam fructuum inſufficientia, Jus non
2 exigit, ut bonorum ſenſim imminuatur proprietas, quam a diſtractionis periculo immunem voluiſſe Teſtatorem evincitur, ſtatim ac *fructus*, ſecus vero *ſubſtantiam* hæreditatis præſcripto Legati onere ipſam ſubjeciſſe palam eſt. Qua ſtante Legati
3 indole, æquo animo ferre debet Comitiſſa Legataria fructuum imminutionem, abſque eo quod eidem liceat impetere hæreditatis ſubſtantiam, ut integram ſeſibi quantitatem aſſequatur, ad *Text. in Leg. Cum certus 5. ff. de trit., vin., & oleo legat., Leg. Si quis Servum 8. §. Si quis ita ff. de legat. 2. leg. Nomina 33. §. Ita ff. de legat. 3. leg. Fenia §. Titio*, ibique *Gloſs. ff. quando dies legat. ced.* Jac. Fab. *in leg. Si quis argentum num. 14. Cod. de Donat.* Mantic. *de Conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 20.* Rovit. *deciſ. 57. annera 8.* Rot. *coram Sacrat. deciſ. 73. num. 3., coram Molin. deciſ. 1147. numer. 6., & 7. tom. 5., in Perusina Immiſſionis ſuper Capitulis Augelli 17. Januarii 1738. §. 5., coram Emo meo Mellino, & in Fulginaten. Primogeniture ſuper Detracti., quod*

Legata Sunt biſextile 27. Aprilis 1750. §. 52. coram R. P. D. meo Rhipolletta.

Abſque eo quod ſubſiſtere viſa ſit objectio in eo repoſita, nempe, quod Teſtator nequaquam voluerit, Legatum *taxative* ex fructibus præſtari Comitiſſæ, quin potius
4 expreſſionem fructuum hæreditatis tantummodo adjecerit ad *demonſtrandum* ſolvendi modum, ſtatim ac ipſa relicti ſubſtantia, nonniſi quam in annua præſcripta quantitate, quam Comes Nicolaus Uxori reliquit, reapſe ſolſiſtit; & propterea imparibus exiſtentibus hæreditatis fructibus ad annuam legatam quantitatem Comitiſſæ perſolvendam, teneantur nihilominus hæredes ex ſubſtantia ipſius hæreditatis integre Legatariam dimittere, argumento *Text. in leg. Quoties teſtamento ff. de legat. 2., leg. alt. §. 4. Cod. de Bon., quæ liber.* Avetan *interpret. Jur. cap. 27. ſub num. 17. lib. 2.* Rota *coram Buratt. deciſ. 73. num. 9., coram Lancett. deciſ. 367. num. 11., coram Molin. deciſ. 392., & deciſ. 408. utrobique num. 2., & in Novarien. Capellaniæ 2. Julii 1736. §. Tam illam, & 6. Maii 1737. §. 3. coram R. P. D. meo de Vom Derone.*

Urgebat enim contra propoſiti objecti efficaciam patula teſtamenti littera, nedum
5 quia Teſtator ante expreſſionem annuæ hujuſce quantitatis, fructus hæreditatis ſuæ expreſſit ac deſignavit, ex quibus illa deſumenda erat; qua ſtante diſponendi methodo, dubitari non poteſt, quin iidem hæreditatis fructus *taxative*, non vero *demonſtrative* dicti debeant adjecti, ut poſt *Text. in leg. Si quis Servum 8. §. Si quis ita ff. de legat. 2.*, docent Sued. *de Aliment. quæſt. 16. art. 4. ſub num. 5.* Caſtill. *tamen. quotid. lib. 4. cap. 54. ſub num. 17.* Rovit. *deciſ. 57. num. 2. in fin.*, *cum alibi in Romana Fundationis Menghini 30. Martii 1716. §. Verum haque, coram bon. mem. Cerro.* Verum etiam, quia tunc tute dici
6 poſſet, adjectionem fundi, aut loci a Teſtatore deſignati ſubſtitutam relicti non tangere, ſed ſimplicis demonſtrationis gratia expreſſam fuiſſe, quando diverſa ac ſeparata eſſet oratio, quæ fundum, & legatam reſpicit vel complectetur, ſecus
7 vero dicendum eſt, quando, prout in hypotheſi, & quantitas relicti, & locus, unde illa dari debet, in una eademque oratione continuantur. Stante enim
8 unica oratione, ſive præcedit expreſſio fundi, & quantitas ſubſequatur, ſive è contra quantitas deſignetur, & ſubinde fundus exprimatur; in utroque caſu deſignatio loci, ſeu fundi dicitur ſtare *taxative*, nunquam vero *demonſtrative*, juxta memoratam diſtinctionem, de qua poſt *Text. in leg. Si ſi. ler. num 68. §. 1. ibique ff. de legat. 2., leg. Nomina 33. §. Dul. ex Heredibus ff. de legat. 3., leg. Cum certus 5. ff. de trit. vin., & ol. legat.* Latè Sued. *de Aliment.*

Digitized by Google

ment. tit 4. quæſt. 26. ſub num 5. Merlin. Pignattell. *Controv. foren. lib. 1. cap. 81. num. 1. & ſeq.* Rotæ. *deciſ. 57. num. 2., & 11.* Gizzarell *dec.* 81. *ſub num 15., ibique addit. num. 1.* Rot *coram Falconer. deciſ. 1. num. 2. tit. de legat., in Rom. deciſ. 530. num 6 part 19. tom. 2. num aliis in Romana ſupplementi, & Applicationis 13. Junii 1731. §. Similiter coram clar. mem. Card. Aldrovand., & in Romana Officiorum Vacabilium 1. Maii 1749. §. 9., & 20. Aprilis §. 8. coram R. P. D. meo Caprara.*

Neque ullam ingerebant anxitudinem, omnes quoque Auctoritates in objectio allegabantur, tanquam, quæ ab hypotheſi omnino
9 extraneæ comperte ſunt. Etenim *Text. in Leg. Quidam Teſtamento*, decidit, locum adjectum fuiſſe *gratia demonſtrationis*, non quia ſubſtantia legati in ipſo reliĉti quantitate conſiſteret, ſed quia diſpoſitio a quantitatis expreſſione inceperat, & in ſeparata ſubinde oratione fundus deſignabatur, a quo illa deſumenda erat. *Text. in leg.*
10 *ult. §. 4. Cod. de bon. quæ lib.* ſimpliciter exhibet ſive annua, ſive ſemel ſoluta legata, abſque ulla adjectione, ut ea *fructibus* ab hærede præſtari debeant, & ideo, ut non ſufficientibus, bonorum ſubſtantiam diſtrahi poſſe Imperator non vetat. Averan. *in alleg. cap. 17 libri num. 47.* neque quam recedit a communiter recepta diſtinctione: nempe quod deſignatio fundi adjecta in eadem oratione, in qua quantitas exprimitur, legatum conſtituat *taxativum*, in diverſa *demonſtrativum*. Et tandem collectæ omnes Sac. Rotæ Deciſio-
11 nes, diverſas ab hypotheſi percurrunt circumſtantias, nimirum legati ſimpliciter reliĉti, abſque eo quod vel fructus, vel fundus aliquis hæreditarius in illius ſatisfactionem adimplendam deſignetur.

Fortius, quia nec a præmiſſa juris regula, nec a prælata diſtinctione, cui tanquam firmiſſimis innixæ juris principiis communi calculo DD., & Tribunalia perpetuo ſubſcripſere, diſcedere ullo modo licebat in caſu, urgente graviſſima in contrarium circumſtantia, ex qua patuit, Teſtatoris mentem a volita per Comitiſſam Legatariam hæreditariæ ſubſtantiæ diſtractione procul dubio abhorruiſſe. Quoniam ſi Comes Nicolaus, commoda ad paternum Teſtamentum relatione habita, perpetuo injuncto fideicommiſſi vinculo, & quocumque, etiam latiſſime ſumpto vocabulo, alienationum interdicto, filios maſculos Comitis Vincentii fratris ad univerſum ſuæ hæreditatis compendium invitavit; ſi maſculos ſubinde ex maſculis ab iiſdem deſcendentes ſubſtituit, & inſuper maſculis ex maſculis deficientibus, ad deſcendentes maſculos ex fœminis ſuæ lineæ ſucceſſionem daſſari voluit emolumentum: ſi tandem Agnatis, & cognatis maſculis deficientibus, noviſſimam ſubſtitutionis ſpem Locis piis aperuit, nihil tam profecto enixæ Diſponentis ſollicitudini contrarium videbatur, quam ut demum bona, quæ perpetuo tutelâ favore Succeſſorum ſervanda erant, interea ſenſim in ſuiſſet diſcerpi ad effectum præſtandi Legati ſolutionem, quam non ex bonorum ſub-
12 ſtantia, ſed ex *fructibus* eorumdem, verum etiam ſpiritus Teſtamenti locupletiſſime evincebant, ut in paritate animadvertunt Intrighiol. *de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 74. num. 47.* Rot. *coram Cerr. deciſ. 837. num 7., in Recen. deciſ. 12. num 2. part. 15., In Arimin. Fideicommiſſi Randi de Randis ſuper Inveſtimento quod partium [illegible] 1. Junii 1731 §. 7., & ſeq. num. aliis in ſupra laudat. Fulginaten. Tranſitgen. ſuper Denari quod Legatis [illegible] 27. Aprilis 1750. §. 8. & §. 14. coram R. P. D. meo Elephantuccio.*

Spreta prorſus replicatione, quod fideicommiſſum a Comite Nicolao ordinatum nihilominus ſubſiſtere, ac adimpleri commode poſſit in ea ſaltem hæreditatis parte, quæ ab alienationibus immunis remanſerit, poſt diminutionem quolibet anno Legatariam etiamſi neceſſe eſſet, ut aliquid bonorum immutatio amoveri contingeret in curſum annui hujuſce legati ſolutionem. Quandoquidem, præmiſſo, quod ſtante fœcunda adhuc ætate Comitiſſæ, valdè timendum foret, ne decreſcente quolibet anno bonorum ſubſtantia nihil ex hæreditario aſſe fideicommiſſariis ſupereſſet Succeſſoribus contra votum ipſius Teſtatoris, quâ nihil impenſius exoptaſſe, & enixius voluiſſe conſtat, quam perpetuam fideicommiſſi durationem; urget inſuper, quod ad effectum alienandi bona, expreſſe fideicommiſſi vinculo ſubjecta, non omnes ſatis ſunt conjecturæ, ſed ejus generis requiruntur, quæ clarum undique, & apertam Teſtatoris voluntatem præſeferant, de quibus profecto nullum in Teſtamento Comitis Nicolai apparet veſtigium. Tunc
13 enim fideicommiſſum compatibile cum alienationibus dici poteſt, quando conjunctam habet expreſſam alienandi facultatem, ſecus vero ea penitus deficiente, ad ſæpe notata per Rot., *& præſertim coram Anguiſſ. deciſ. 99. num. 17. coram Falconer. deciſ. 20. num 4. tit. de Fideicom., deciſ. 545. num 6. coram Eminentiſſimo D. Card. Tanara, & coram bonæ memoriæ in Romana Prælatura de Bucciarellis ſuper Reintegratione 11. Junii 1731., & 1. Martii 1734. utrobique §. 10. coram Eminentiſſimo Domino Card. Millino.*

His itaque firmiter conſtabilitis, tota vi alias conabantur Defenſores Comitiſſæ, ut deficienti expreſſa facultate alienandi in Teſtamento Comitis Nicolai, tot tamen ſaltem, quæ æquipolleret expreſſæ, ex conjecturis adducerent, quas ipſa Teſtamenti verba uberrime exhibere iiſdem videbantur. Etenim agebant ipſi, quod ſi Teſta-

tot expreſſe injunxit hæredibus, ut annuum legatum ſolverentur Comitiſſæ = *Liberamente, e senza qualunque eccezione di minorità*, la trimeſtrata anticipatamente = Rurſus ſi inſtituti, ac ſubſtituti totaliter, ne quidquam ab annuali hac legati quantitate ipſi detraherent = *Anche a titolo di legittima, trebellianica, o altra porzione legale* =. Et tandem, ſi ab onere integræ Legata ſolutionis immunes hæredes ſuos eſſe noluit = *Ancorche in qualcia anno foſſe ſtato minore il frutto della mia Eredità* =; nulla profecto ex præmiſſis deſueret conſequentia, quam quæ concluderet, ut quoties impares extitiſſent hæreditatis fructus ad annuam legatam quantitatem Comitiſſæ præſtandam, toties ipſa hæreditatis ſubſtantia, ex conjectato Teſtatoris voluntate, in cauſam annuæ hujuſce præſtationis proportionabiliter debuiſſet imminui.

At vero minime. Nulla quippe ex propoſitis conjectant tauri poterat competere eſt, ut taxativam hujuſce legati indolem in demonſtrativam poſſet convertere. Et

24 plane Anticipata ſolutio da trimeſtri, in trimeſtre non concludit, fructus hæreditatis *demonſtrative*, quinimo potius oſtendit, taxative tantum deſignatos fuiſſe, ſtatim ac illa optime congruit annuo legato, quod juxta juris diſpoſitionem, in

25 principio cujuslibet anni ſolvendum eſt *ad Text. expreſſum in leg. prima Cod. Quando dies legati vel fideicom. ced., ibique Gloſſ. in ſignat. uſ. Bart. in leg. Qui hoc anno ſub num. primo ff. de verb. obligat.* Prohi-

26 bitio detractionis Falcidiæ, aut Trebellianicæ hæredibus expreſſe inculcata nihil profecto præſeferet niſi eamdem Teſtatoris voluntatem præſtationis relicti, abſque eo quod ulla ab hæredibus, ſub eamdem detractionum prætextu mora, aut excuſatio opponi poſſet, ad notata in termini per Rot. *coram Anſald. deciſ. 795. ſub num. 5, & 11.* Præceptum tandem a

27 Teſtatore injunctum Hæredibus, ne legatam integre quantitatem Comitiſſæ ſependerent, etiamſi quandoque fructus hæreditatis præſcriptam legatam ſummam non implevisſent, indolem profecto hujuſce relicti nullo modo immutat. Quoniam præceptum hoc nimis late pateret, quoties illud extendi vellet ad deſignandam Capitalium diſtractionem in caſu deficientiæ fructuum, quando è contra, & præceptum percommode tantummodo contingibilem alicujus anni fructuum deficientiam, & juxta ipſa interpretatio ſuadet, ut in legato annuo, defectus fructuum alicujus anni, non ex hæreditatis ſubſtan-

28 tia, ſed ex aliorum annorum fructibus debeat ſuppleri *ad Text. in leg. Legatum 17. §. Vibi ſidenal ff. de ann. legat., leg. Ex eo Vibi 13. ff. de tritic. vin., & ol. legat. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 21, & Surd. de Aliment. tit. 4. quæſt. 26. num. 13.*

Et revera Habita, prout opus eſt, ratione temporis, quo Comes Nicolaus teſtamentarias ſcripſit tabulas, ſatis aperte dependenditur, ipſum non aliam, quam de contingibili inſufficientia fructuum alicujus anni cogitaſſe. Etenim, ſicuti eidem liquido perſpectum erat, vires ſui patrimonii paret omnino futuras ad impoſitum totius ſententiæ annuæ præſtationis onus ſuſtinendum, ex eo quia Codicillos, quos ſexennio poſt, & jam jam imminente obitu confecit, adhuc non aggraverat, in quibus Prælegatum eidem Uxori ſuæ in Teſtamento relictum inſigniter adauxit, quod juxta Cabalium legatis inventarium ab hæredibus exhibitum, conſpicuam ſummam *Scut. 8197. 22.* attingit, & è contra reliquam hæreditatum Comitis Nicolai patrimonium, vivente Comitiſſi, aptum ad fructum, tale eodem inventario, in ſummam tantum *Scut. 7087. 62.* conſtituitur; Ita provido conſilio ipſum in ſuo Teſtamento voluiſſe dicendum eſt, ut temporibus, quandoque exiſtentibus hæreditatis ſuæ fructibus, quod juxta rodalem inſtrucum bonorum æquales quotannis redditum non exhibentium, in quibus illa conſiſtit, ſæpeſæpius contingere poterat, ipſi nihilominus Hæredes ad integrum ſolvendum Comitiſſæ legatum tenerentur, quia eorumdem indemnitati ſemper conſultum erat per alterorum alterius anni fructuum recollectionem. Quibus animadverſis, nedum ex hujuſmodi præcepto, capitalium diſtractio nullo modo erat poſſe, quin imo argumentum peremiſſæ illationis ab eodem deductum retorqueri potius videbatur. Qua ſi Teſtator voluiſſet, ut perpetuò deficientibus hæreditatis ſuæ fructibus, adhuc integrum Comitiſſa conſequi potuiſſet legatum, uſus profecto

29 non fuiſſet dictione = *Qualche* =, quæ tanquam de ſui indole univerſalitatis exclusiva, nonniſi quam de contingibili deficientia fructuum omnis, vel alterius anni poteſt prædicari, ex notatis per Barbos. *dict. 10. num. 7, & Rota deciſ. 78. numer. 26., & 28. part. 8. Recent., & alibi paſſim.*

Par, quin imo major irrelevantia laborabat altera conjectura deſumpta ex univerſali ſubſtitutione, quam dictis omnibus inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus favore Hæredum ordinavit, extravit Teſtator commode Uxori legatariæ, tum ſi Hæredes a legati ſolutione per annum unquam ceſſaſſent, vel hujuſce legati cauſa judiciales moleſtias Legatariæ quandoque intuliſſent, tum ſi iidem hæredes diſpoſitionem Teſtatoris cum prædicto legati onere non acceptaſſent. Propoſitum enim objectum facile evertebatur, quia ſubſtitutio Comitiſſæ, tanquam deſignata hiſce tantummodo circumſtantiis alligata, trahenda plane non erat ad convincendam

volun

voluntatem Diſpenſatio pro legati conſecutione ex ipſa bonorum ſubſtantia, quando etiam hæreditatis fructus legatam non implerent quantitatem, qua nulla favore ipſius Comitiſſæ ſcripta eſt ſubſtitutio, in caſu, quo Hæredes integram legati ſatisfactionem, quam Teſtator taxative conſtituit in fructibus, eidem non præſtitiſſent, diſtracti, in eorumdem fructuum deficientia, corporibus hæreditatis. Nihil enim tam vulgatum, acceptumque eſt,

20 quam ſubſtitutiones, ultra limites, quibus circumſcribuntur extendi non poſſe, ut poſt *Text. in leg. Commodiſſime 10. ff. de liber. & Poſth.* docent Card. de Luca *de Fideicomm. diſc. 39. num. 6.* Rota *in Recen. deciſ. 220. num 19. part. 11. deciſ. 56. numer. 5. part. 16. cum aliis in Caudiſtica Fidiſhamuliſſi 4. Februarii 1735. §. Minimi of Silente, trant alar. num. Card. Calcagnini, & in Nucerina Diviſionis 6. Maii ejuſdem anni § 4. coram Eminentiſſimo D. Card. Millino.*

Urget inſuper in omnimodam expoſiti objecti excluſionem fatalis circumſtantia, nimirum quod aperta aliam ſubſtitutione favore Legatariæ, & averſo fideicommiſſo, quod in gratiam filiorum Comitis Vincentii, & Deſcendentium ex iis ordinavit Teſtator, adhuc tamen ipſa nequaquam conſequeretur hæreditatis Viri bona a fideicommiſſi vinculo ſoluta, reſiſtente in contrarium expreſſo gravamine eidem injuncto, reſtituendi nempe hæreditatem Perſonæ per ipſum nominandæ, adjecto inſuper præcepto, ut in caſu non expletæ nominationis, ad Proximiores ipſius Legatariæ univerſa devolveretur ſucceſſio; ex quo profecto iterum reperit gravaminis expreſſione, quiſque facile aſſequitur, tali rogato Comitem Nicolaum exceptaſſi quam hæreditatis ſuæ proprietatem omni tempore ab alienationibus immunem protuen, quoties, etiam in caſu, quo ipſius Hæredes a fideicommiſſi commodo cecidiſſent, nec ab ipſa Comitiſſa ſubſtituta illam diſtrahi poſſe permiſerit. Si enim nonniſi quam bona onere reſtitutionis obnoxia ad ipſam devolvi voluit Teſtator,

21 ſequitur exinde, quod eidemmet Subſtitutæ oſtitiandi facultas omnino dici debeat interdicta, ad *Text. in leg. Filius fam. § Divi ff. de legat. 1. & fideicomm. primo.* Conſtant *Vet. diſſ. 99 num 27. num. primo.* Rota *in Recens. deciſ. 416. num 10. parte 4. tom. 2., cum aliis in Romana Laudi ſuper Reintegratione 27 Junii 1738. § Quandoquidem, coram Eminentiſſimo D. Card. Millino.*

Cæterum extranea prorſus ab hypotheſi comperta eſt ſubalterna quæſtio, quam Partes hinc inde agitabant, nempe an revera fructus hæreditatis Comitis Nicolai annuam, de qua agitur præſtationem nedum adæquent, verum fortiſſe etiam excedant, ut Comitiſſa Legataria in ſuis, quos exhibebat calculis contendebat, vel potius prædictæ hæreditatis annui reddituus infra legatam quantitatem exiſtant, prout Hæredes Comitis Nicolai, adducto in id documentis demonſtrare conabantur. Etenim quicquid ſit de vera eorumdem redituum quantitate, nullum plane ſuper ea aſſumendum erat examen, tanquam in exhibito per Mſ. Dnum nul-

22 lo modo comprehenſo, juxta ſtabilitam Sac. noſtri Tribunalis praxim, de qua omiſſis cæteris, *in Salernitana Alternativæ, & Juris offerendi 18. Januarii 1750. § 11 coram R. P. D. meo Caſtrera, & in Romana Nullitatis Contractus 15 Januarii 1711. § 3 coram Reverendiſſimo Domino Miguel.*

Et ita in ſtrenuo utriuſque Partis conflictu reſolutum eſt.

R. P. D.

R. P. D. PARAGGIANO.

MOGUNTINA REPARATIONIS ECCLESIÆ.

Lunæ 13. Februarii 1758.

ARGUMENTUM.

Si contingat unum Collegium, ſeu Capitulum ab alio Collegio vel Capitulo in propriam Eccleſiam recipi, æquum eſt quod utrumque Capitulum concurrat ad reparationem, & reædificationem ipſius Eccleſiæ, præſertim vero ſi ita exigat tranſacti temporis conſuetudo: At ita regulari oportet contributio, ut nimirum plus rependat Capitulum, quod pinguiores Præbendas habet, minus viciſſim quod minus uberes habet Canonias.

SUMMARIUM.

1 Eccleſia Collegiata prope mœnia Civitatis Moguntinæ inter Bellorum tumultus hoſtili incendio conflagravit.
2 Qui uſum, & commodum habet in Eccleſia ad illius reparationem, ſeu reædificationem tenetur.
3 Jura tam activa, quam paſſiva Eccleſiæ translatæ tranſeunt in Eccleſiam, ad quam tranſlatio facta eſt.
4 Et propterea onus reſtaurandi Eccleſiam continuat in Capitulo favore Eccleſiæ ſubrogatæ.
5 Non repugnat in una, eademque Eccleſia duo adeſſe Collegia ſuos titulos, & beneficia ſeparatim retinentia.
6 Per tranſlationem Eccleſiæ, ſtatus antiquæ Eccleſiæ reſpectu loci deſtruitur, & immutatur.
7 In materia reſtaurationis Eccleſiæ attendenda eſt conſuetudo.
8 Devoluta ad Curiam Appellatione, attentatum eſt quidquid in partibus interim ſtatui contingat.
9 Onus reſtaurationis Eccleſiæ reparari debet juxta menſuram bonorum, & pro modo facultatum.
10 Ordinarii præſertim ſunt inſtructi de ſtatu, & facultatibus ſingularum Eccleſiarum.
11 Eccleſiarum reparatio, ſeu reædificatio, atque modus, & norma, Epiſcopis a Sac. Canonibus commendatur.

DECISIO XCI.

CUM in bellicis tumultibus duobus longe ab hinc Sæculis Germaniam infeſtantibus hoſtili incendio conflagraverit, ſubitamque ruinam miserè paſſi fuerint Collegiatæ Ec-
1 cleſia in Monte *Weiſſenau* prope Civitatem Moguntiæ, teſte Georgio Chriſtiano Joann. *Rer. Moguntinar. tom. 2. ſect. 1. § 20. & 38.*, hinc illius Capitulum, & Canonici alium ſibi intra Urbis Mœnia tutiorem aſylum quærentes, per Decretum Eſſiti Archiepiſcopi, & Electoris ſub annum 1551. ſolemniter editum de conſenſu Capituli Metropolitanæ Moguntinæ, ſeſe transferri impetrarunt ad aliam Collegiatam Eccleſiam S. Joannis, cum qua fœdere inito ſuper communi celebratione Divinorum Officiorum, nedum ad expenſas Miniſtrorum, & utenſilium, verum etiam id ipſam Eccleſiæ Reſtitutionem plures per ſpatium annorum biſcentum, & ultra proprio ære contribuerunt.

Nuper autem fatiſcente rurſus præfati Eccleſia S. Joannis, abnuerunt Canonici Victuarienſes quidquam amplius ad illius reparationem pro rata conferre, ea freti innixi ſpe, quod aut ſitu ruinæ contribuerunt, aut quod extructa nova Eccleſia in locum antiquæ, poſſent ad Weſſenavium Montem, vel etiam alio ad libitum proficiſci.

Verum delata controverſia ad eundem Eminentiſſimum Ordinarium, in utraque parte ſuccubuerunt; cum poſt exploratam plenam reparationem, imo potius reædificationis neceſſitatem, mediante opera judicialium Peritorum, geminas tandem protulerit Sententias difformes, quarum

an

Google

in primis *ad præſentem Templi Ædificationem, & pro ejuſdem ſtatu reparationis* condemnatur Capitulum Sancti Victoris pro duabus ex tribus partibus, & pro altera tertia parte Collegiata Sancti Joannis, in ſecunda vero impetrata illius Tranſlatio, ſeu receſſus in omnibus denegatur. Cum autem hujuſmodi Sententiæ plenariæ acceſſerit Confirmatio Tribunalis A. C. hinc devoluta ad Sacram Auditoriam ulteriori Appellatione, præter Dubium ſuper Tranſlatione, de quo in contradictoria Deciſione, aliud quoque contextualiter exhibitum *an & quomodo, & pro qua rata Capitulum Sancti Victoris teneatur contribuere ad reædificationem, & futuram reparationem Eccleſiæ Sancti Joannis* in Quatuor pro ſua dedecente, Reſolutio deinde prodiit in *PRO INFORMANTE*, ſcilicet in *AFFIRMATIVE IN OMNIBUS JUXTA MODUM, NEMPE AD FORMAM SENTENTIÆ A. C.*

Et quidem tum Juris, quum æqui bonique ratio ſuadebat, ut quemadmodum Capitulum, atque Canonici Sancti Victoris bis ſecentum, & ultra per annos communem
2 uſum, & commodum habuerunt in Eccleſia Sancti Joannis, ita etiam præ cæteris oneribus contribuere tenerentur ad futuram illius reparationem, ſive reædificationem, quæ inter neceſſaria onera recenſentur, ut *Tiraq. in cap. primo de Eccleſ. ædifican. & reparand.*, ibique Gonzalez. *num. 8. Rot. deciſ. 421. num. 14. part. 11, & deciſ. 533. num. 24. part. 19. tom. 2. Recent.*

Quod ſane, eo magis conſequebatur ex indole antiquæ Tranſlationis veram, paritemque præſeferentis ſubrogationis il-
3 lius Eccleſiæ, ubi eſt facta Tranſlatio, in locum veteris Eccleſiæ tranſlatæ cum omnibus juribus tam activis, quam paſſivis, juxta doctrinam Innocent. *in cap. Abbati*, ibique Senbeu *de Privileg. in 6.* Diana *reſolut. 20. tract. 12 de Indulgen. part. 5.* Pannmoll *adnot. 1. ad deciſ. 5 numer. 60.* Rot. *deciſ. 177. num. 3., & 4. part. 17. Recent.* Unde quemadmodum in veteri Eccleſia Sancti Victoris onus inerat
4 illius Capitulo ſive reparationis, ſive reædificationis eveniente caſu reſpectivæ neceſſitatis, ita illud æquo jure, & proportionatum in idem Capitulum fuit tranſfuſum quoad ſubrogatam Eccleſiam S. Joannis, perinde ac ſi vere ſurrogaretur duarum Eccleſiarum, ut notata in punctis per Wamet *de Jur. Pontif. conſ. 510. numer. 5.* Gabriel. *de Regul. jur. num. 2.* Rot. *poſt Scarfantos ad Ceccoper. deciſ. 30. numer. 11, & 12.*

Quamobrem totum utrumque onus immerito tam in prima, quam in ſecunda Inſtantia refundi contendebatur in Capitulum, & Canonicos S. Joannis, qui in ſua Collegiata Eccleſia plenarium haberent Dominium cum ſuis Titulis, & Beneficiis. Quæ enim ad jura Dominii recte conſiſtit Sententia Archiepiſcopalis ab A. C. confirmata, quæ uno eodemque tempore non minus condemnavit Canonicos Sancti Victoris ad prædictam reparationem ædificationem, futuramque reparationem, quam eam ejuſdem Eccleſiæ ſive reædificandæ, ſive reſtituendæ dominium proportionali attribuit; quia poſita onerum, & reſpectivi Dominii participatione, nihil prorſus juri repugnabat, quum in una,
5 eademque Eccleſia duo adeſſent Collegia, ſuoſque Titulos, & Beneficia unumquodque retineret, ex traditis in ſimili per eundem Wamet *de Jure Pontif. conſ. 113. num. 4.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de Cleric. debit. §. 14. num. 1. & ſeq.* Peele *de Reparat. Eccleſ. cap. 10. num. 2.* Vilaſc. *conſult. 180. num. 16, & ſeq.* Cum explanatum in jure habeatur, quod per Tranſ-
6 lationem Status antiquæ Eccleſiæ ad aliam traductæ reſpectu loci fuerit penitus deſtructus, & immutatus, ad cenſuram *Text. in Can., & hoc dicimus 7. quæſtion. 7. quæſt. prima* Lotter *de Re Benefic. lib. primi quæſt. 11. num. 39. & 41* Rebuff. *in Prax. tit. de Tranſlat. Epiſ. & alibi num. 16, & 17* Rota *deciſ. 1149. numer. 16. coram Seraphin.*

Hæ autem abſolutiſſimæ Juris Regulæ maximum quoque robur atque præſidium recipiunt ex jugi anteactis obſervantia. In computis namque olim exhibitis a Capitulo S. Victoris plures adnotatæ legebantur, & quidem conſpicuæ diverſarum contributionum Partitæ pro reparatione Eccleſiæ Sancti Joannis ab eodem perſolutæ annis 1560. 1614., & 1624. Rurſus de annis 1723, & 1745 orta ſuper controverſia idem Capitulum Victorinum ſe peractas allegavit contributiones, iiſque non obſtantibus, ad novam ſeriem pecuniarum opem præ ſuis viribus, & facultatibus adductum fuiſſe conſtabat ex ſuo exhibitis computis. Id ipſum tandem fateri non dubitavit poſt motam præſentem litem in reſponſis judicialibus comparitionibus, in quibus præteritas allegavit Contributiones, ut ab ulteriori onere eximeretur. Quapropter ad effectum illud obligandi in futurum, plurimum attenden-
7 da erat conſuetudo præteriti temporis, quæ in hac potiſſimum materia reſtaurationis Eccleſiæ ſervari promeretur, ad tradita per Ludovic. Bell. [illegible] *§. 144. num. 2.* Wamet. *conſ. jam. 510. num. 1. & 5., dict. conſ. 513. num. 2. & 3.* Frances. *de Eccleſ. Cathedr. cap. 13. num. 9. & ſeq.* Rot. *deciſ. 7. num. 9. coram Criſpo.*

Atque ideo nuto prorſus labore in hac ulteriori Inſtantia iterum fuiſſet oppoſitum, quod ad illud cogi nequirent Canonici Victorinenſes pro uſu Eccleſiæ S. Joannis, quam pro annuo quodam cenſu ſeu Af-

ſicſu Floren. 30. ad quem poſtremo condemnati fuerunt ex alia Sententia Curiæ Archiepiſcopalis Moguntiæ lata de anno 1756. Aut eum hujuſmodi Sententia ad uſum, & reſtaurationem ejuſdem Eccleſiæ non erat referibilis, ſed ad uſum dumtaxat, & locationem cujuſdam Cellæ, ſub nomine *Pietri Turalib*, de qua taxative loquatur unica, quæ allata fuit, quetantum Magiſtri Fabricæ, aut ſi etiam referri velit ad Canſam, & titulum contraverſæ reparationis, manifeſto nullitatis
8 vitio laborare præſumebatur, tanquam edita in ſpretum Appellationis ad hanc Curiam devolutæ, qua pendente, nullam aliud in Partibus evulgari poterat Judicatum, nequequidquam innovari, juxta monitum *Text. in cap. Ut noſtrum de Appellat. Rot. dec. 760. num. 1 par. 18. tom. 1 dec. 361. num. 2. coram Celſo, & deciſ. 3 num. 2. de Inventar. coram Falconer.*
Haſtenus itaque conſtabilita reſpectu Capituli S. Victoris obligatione contribuendi in expenſas ædificationis, ſeu reparationis Eccleſiæ Sancti Joannis, prout magis oportuniam, ſive rei neceſſitas, ſeu Divini Cultus incrementum poſtulaverit, ſane quoad rem, & modum, ſub quo unaquæque Eccleſia, reſpectivumque Capitulum concurrere teneatur, cum de jure ſancitum ſit, quod hujuſmodi onus tan-
9 quam reale, & inſitum redditibus utriuſque Eccleſiæ, earumque Præbendarum juxta menſuram Bonorum, & ſimul modo facultatum debeat adimpleri, ut ex alio *Text. in diſt. cap. primo de Eccleſ. Ædificand.* communiter firmant *Pirrhing. in jus Canonic. lib. 3. tit. 48. §. 3. num. primo. Barbos. ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 7. de reformat. num. 6., & ſeq. Rot. in Viterbien. Contributionum Onerum, & Expenſarum 15. Junii 1745. §. 6. coram R. P. D. meo Elephantutio*; Ideo attenta pinguiorate Præbendarum Eccleſiæ S. Victoris, quæ alias S. Joannis longe ſuperant juxta Teſtimonium Eminentiſſimi Archiepiſcopi, & reddituum annualium calculos præ oculis utrinque exhibitos, Domini ab ipſius Ordinatis Judicium per Sententiam A. C. confirmato, recedere noluerunt, tum quia de ſtatu,
10 & facultatibus ſuarum Eccleſiarum plene inſtructos præſumitur, ut inquit *Abb. in cap. Nobis num. 8 de Jure patr. Rot. deciſ. 1026. num. 3. coram Seraphin., & deciſ. 452. num. 6. coram Ludoviſ.*, tum quia non ſolum Eccleſiarum reparatio, ſive
11 reædificatio, verum etiam alterutrius modus, & norma Epiſcopi curæ, & vigilantiæ a Sacris Canonibus committitur, ac commendatur, ſicut ad normam *Text. in Canonice Baſilica de Conſecrat. diſtinct.* plene docent *Gonzal. in cap. primo de Eccleſ. Ædificand. & reparand. num. 6.*

Et ita &c. altera tantum &c.

R. P. D. RATTO.

CONSTATIEN. REÆDIFICATIONIS ECCLESIÆ.

Veneris 3 Martii 1758.

ARGUMENTUM.

Demonſtratur nullitas ſententiæ, & præſertim ſtante defectu Citationis, quæ perſonis non legitimis fuerat præſentata. Lex antiqui Laudi in Eccleſiarum reædificatione ſervanda eſt, quod præterea onus illis recumbere deciditur, qui percipit Eccleſiæ decimas: quod tamen intelligendum oportet de decimis Spiritualibus, non Laicalibus, & quænam ſint decimæ Laicales expenditur.

SUMMARIUM.

1 Sententia nulla, & injuſta non meretur nomen Sententiæ.
2 Imo retractanda ſi forte in judicatum tranſient.
3 Sententia in Judicatum pertranſit non interpoſita intra decennium Appellatione.
4 Sine integra tranſportatione Actorum diguoſci non valet Sententiæ Juſtitia, & validitas.
5 In reaſſumptione litis neceſſaria eſt nova citatio perſonalis.
6 Ampla, ſi ex concordi judicati exceptione illi dici potest extincta.
7 Nulla eſt citatio præſentata perſonæ non legitimæ.
8 Stylus evulgandi Sententiam præſentibus partibus efficit ut impune omittatur citatio

Google

tat in ad Sententiam

9 Laudum nondum meretur executionem.

10 Teſtibus bene informatis, & ſoemter examinatis plene deſertur.

11 Jura loquentia de Eccleſiæ reparatione, locum quoque habent in reædificatione.

12 Decimas Eccleſiæ percipiens, ad eam reparandam, & reædificandam tenetur,

13 Hinc, qui omnes exigit Parochiales decimas ad integram Eccleſiæ reædificationem tenetur. & num. 18.

14 Subſequenti Laudo non dicitur abrogatum primum, ſi de hoc nulla in eo mentio fiat.

15 Decimæ Laicales non ſubſunt oneri reparandæ, ſeu reædificandæ Eccleſiæ de Decimis Spiritualibus proviſæ.

16 Decimæ Spirituales in contractum venire, aut in Laicos tranſire non poſſunt.

17 Ex quibus probetur, etiam in Laudo ſermonem eſſe de decimis Laicalibus, non Spiritualibus?

18 Nullam percipiens decimarum partem, ad nullam tenetur contributionem in Eccleſiæ reædificatione. & num. 20.

19 Plus æquo impendere non tenetur, qui Eccleſiam juxta antiquam formam reædificat.

22 Omnis reædificationis non peregit ad ſumptus, & genera non neceſſarios ex alieno arbitrio, voluntate, aut liberalitate procedentes.

DECISIO XCII.

INſtante Communitate Oppidi in Schliengen, ut Eccleſia Parochialis ob vetuſtatem collapſa reædificaretur, Vicarius Generalis Curiæ Epiſcopalis Conſtantiæ, præeunte proceſſu per Commiſſarium ab Eminentiſſimo Cardinali Rode Epiſcopo deputatum efformato, ac re ſedulo explorata, ſequutus normam in antiquo Laudo anni 1348. præſtitutam, definitive pronunciavit Archicommendam in Heitherſeim, quæ jamdiu ſucceſſit in juribus Commendæ Sancti Joannis in Nevemburg, ſive Magnum Sacræ Jeroſolymitanæ Religionis in Alemannia Priorem illius Poſſeſſorem ad Chorum, & Turrim verſus Chorum reparandam, & medietatem Eccleſiæ ex parte illa, quæ verſus Domum dictæ Commendæ ſita eſt, extruendam, Capitulum vero Cathedralis Baſileenſis Familiam Eptingen, aliosque Poſſeſſores Decimarum, quæ tempore editi Laudi ad ſuppreſſum Monaſterium in Kenigfelden pertinebant, & dictam Communitatem in Schliengen ad alteram Eccleſiæ medietatem reædificandam obligavit, & prout Judex mandavit, ita partes unanimiter approbantes modulum ab Architecto exhibitum exequutæ ſunt, novamque Eccleſiam veteri ampliorem, & præſtantiorem ſuperaddito etiam Tholo, ſeu *Cuppula* excitarunt anno 1753. ſumptibus dictæ Archicommendæ quoad medietatem, & quoad aliam medietatem Capituli Baſileenſis, Familiæ Eptingen, & prædictæ Communitatis in Schliengen. Cum autem biennio poſt, ſcilicet anno 1755 ad inſtantiam dicti Magni Prioris prodiiſſet Sententia A. C. duplici ſenſim capite diſtincta, quorum altero revocatur tanquam nulla præcedens Sententia Vicarii Conſtantienſis, & altero nullum, inſormo, & inſubſiſtens declaratur antiquum Laudum anni 1348., inſimulque ad expenſas reparationis, & reædificationis præfatæ Eccleſiæ Parochialis indiſtincte condemnantur Reverendiſſimus Epiſcopus, & Capitulum Cathedralis Baſileenſis, Familia Eptingen, aliique cumulatim Condecimatores ad ratam Decimarum, nec non ad reſtituendum dicto Magno Priori totum id, quod ultra Decimarum ad eum pertinentium quotam, ipſum in expleta Eccleſiæ reædificatione impendiſſe conſtiterit. Hinc vix hujuſmodi Sententia interiit, ut ſtatim adverſus illam impetrata fuerit Commiſſio reſtitutionis in integrum, ad cujus tramites formatur extracto prius vigore Compulſorialium Rotalium antiquo Laudo anni 1348 obſigatus de more Dubium = *An ſit locus* *de Re Judicata, ſive potius de Causa reſtitutionis in integrum?*, quod hac mane propoſitum reſolvi meruit = *NEGATIVE AD PRIMAM PARTEM, AFFIRMATIVE AD SECUNDAM.*

Huic reſponſo viam ſtravit non minor nullitas, quam injuſtitia, quæ ſicuti impediunt, quominus ſententia authoritatem

1 aſſumat rei judicatæ, immo quod nomen ſententiæ mereatur ad *Text. in Cap. Inter cætera de Sententi.*, & *R. tedu.* & *in leg. 4. ff. Condemnatum ff. de R. judic.*, & *in leg. Si expreſſim, 19. ff. de appellat.*, ita operantur, ut ſi ea forte in judicatum prolapſa fuerit beneficio reſtitutionis in in-

2 tegrum retractetur, per *Text. in Cap. Ex litteris de in integrum reſtit.*, & *in leg. 1. 2. & 3. ff. eod. tit.*, & *in leg. Quod ſi minor 25. ff. Reſtitutio ff. de min.*, & *in leg. uni. Cod. de rep. quæ fiunt in judic. in integr. reſtitut.*

Nulla quidem apparuit Sententia A. C., tum quia prodiit in gradu Appellationis a Sententia Vicarii Conſtantienſis, quæ ob

3 non interpoſitam intra decendium Appellationem, in Rem Judicatam pertranſierat ad *Text. in Cap. Cum inter 15.*, & *in Cap. Quod ad conſultationem 15. de Sententi.*, & *Re Judicat.*, tum etiam quia

4 prodiit integre non tranſportatis Actis,

& præſertim iis, quæ per dum, & ultra menſes poſt abſolutum proceſſum a Commiſſario deputato eſſarmatum geſta ſecuntur die 14. Julii ad diem primam Sententiæ editæ 20. Septembris 1752, fine quibus de rebus valideæ, & juſtitia dignoſci non valuit juxta elementares regulas, de quibus Rota in *Ferrarien. Prorogationis ſu-per reſtitutioni in integrum 11. Januarii 743. § 4 coram clar. mem. Cardinali Caltagalonį*; 5 tum demum quia prodeat ſive perſonali Reverendiſſimi Epiſcopi, & Capituli Baſileenſis, ac Familiæ Eptingen e ratione, quæ h neceſſaria eſt in litis reaſſumptione quia o Collitigantes divinare non tenentur. Card de Luca *de Judic. diſc.* 10. *num* 6. *& ſeqq* Rota *deciſ.* 1038 *num* 12. *coram Cerdi*, *& deciſ.* 314. *num* 11. *part.* 14. *Recent.*, multo magis requirebitur in hypotheſi, in qua poſt explatam Eccleſiæ 6 reædificationem in præcedenti Sententia demandatam, Lis omnium ex concordi Judicati exequi tentæ videbatur extincta per *Text in leg. Ad ſolvendum Cod de leg pedit*, *& in leg. poſt quam lat Cod de Pact*, *& in leg.* 2 *Cod de exequut. Rei judic.*

Hand ſiſtlagante, quod die 15. Novembris expedita, ac 11 Decembris exequuta fuerit citatio cum inhibitione vigore Appellationis. Hæc enim præſentata apparent non jam Reverendiſſimo Epiſcopo, nec Capitulo Baſileenſi, minuſque Communitati Schliengenſi, neque Familiæ Baronali Eptingen, vel eorum Procuratoribus, qui in præcedenti inſtantia comparuerant, ſed, relictis tribus copiis apud Gubernatorem Loci in Schliengen, procul ab illorum reſidentia diſtantem, omniuque illorum legitimo Procuratore mandato deſtitutum, & quarta copia tradita Friderico Marz aſſerto Receptori Capitulo, pro quo tamen non ille, ſed Canonicus Blarer, & Antonius Heſcher Syndicus Procuratores partes antea ſuſtinuerant. Quocirca Ci-7 tatio præſentata Extraneis perſonis nullo Procuræ mandato munitis, perinde habetur, ac ſi nullo modo interceſſiſſet ad *Text. in Cap. Licet de Procurat.*, *& in Cap ſanſam de Elect* Rota *deciſ.* 1918 *num* 16., *& ſequen. coram Cerro*, *& in Romana Spolii* 2 *Decembris* 1737 *§* 3., *& ſeqq. coram Reverendiſſimo P. D. meo Baſſo Decano.*

Injuſta itidem in utroque ejus Capite comperta eſt Sententia A. C. Et in primo quidem: Revocatur enim ex eo tanquam nulla præcedens Sententia Vicarii Generalis, nullitatis deſumpta, ex quo illa emanaverit abſque Citatione ad Sententiam. Perperam tamen: nam ex indubio Teſtimonio Officialis Conſtantienſis conſtat, 8 Sententiam juxta ſtylum in ea Curia vigentem fuiſſe evulgatam *in Præſentia Partium*, quo caſu opus non eſt Citatione ad Sententiam ex notatis per Angelum *in leg. Duoſaxequi num.* 4. *ff. de Re judic. Vant. de nullit. ex defect. Citat. num* 17. Rota *deciſ.* 576 *num.* 2. *coram. Ludoviſ.*, *& deciſ.* 397 *num* 5. *&* 6 *part.* 4. *Recent. tom.* 1.

Perinque injuſta viſa eſt in altero capite. Præcipue enim ex eo revocatur tanquam nullum, infirma, & inſubſiſtens antiquum Laudum anni 1348, ad cujus normam proceſſerat Sententia Vicarii Generalis. At vero exhibito vigore Compulſorialium Retalium originali, prædictum Laudum verum, validum, & authenticum recognitum hinc inde eſt, & licet a Deputato ex parte Magni Prioris ſuggeſta fuerit dubitatio, an terminus alteriori in Laudi Data inſcriptus indicaret aliquot, ſed potius eſſe, dubitatio tamen ſublata penitus eſt, tum ex prolatis Authoribus, qui juxta illorum temporum uſum *ella* ſignificare demonſtrant, tum ex ſenſu minus improprio, quem præſeferrent verba Datæ ita explicata ſcilicet = *Anno quo numerabantur a Nativitate mille trecenti aliquot, & quadraginta* =, tum demum ex ingenua confeſſione, qua Defenſores quidam Magni Prioris eandem vocabuli inſcriptionem in Data alterius Laudi decennio poſt evulgati eſſe importare, & verba illa = *Mille trecenti, & Elverter, & quinquaginta octo* =, annum 1358 denotare probarunt, adeout hoc in re nod a amplius quæſtionem moveare non immerentur.

Hoc itaque ſubſiſtente Laudo anni 1348, præſcripta habetur in eo norma in Eccleſiæ reparationibus tunc, & in poſterum obſervanda ut ſubeat Commenda Nevemburgenſis, & in ea Succeſſores Chorum, & Turrim verſus Chorum, ac medietatem Eccleſiæ, quæ tendit verſus illius domum; reliquam vero medietatem gloriosæ Reginæ Agnes, Alberti Imperatoris Filia, ac Vidua Andreæ Regis Hungariæ, nec non Monaſterium Campi Regis, ſeu in Konigſfeldt, ac Succeſſores, & Communitas Pagi in Schliengen reparare, & conſervare tenentur. Cumque in dicta Commenda Nevemburgenſi ſucceſſerit Archicommenda in Heitersheim, ſeu Magnus Prioratus, jura vero Monaſterii pertranſierint in Capitulum Cathedralis Baſileenſis, & in Familiam Eptingen, plane inde conſequitur injuſte ex Sententia A. C. condemnatum ad contribuendum in Eccleſiæ reædificationem Reverendiſſimum Epiſcopum, & Capitulum Cathedralis Baſileenſis, aliaſque inde ſimul Condemnatores pro rata decimarum contra formam præſcriptam in Laudo, quod 9 omnimodam meretur exequutionem per *Text in Leg. Nemo in arbitr.* 4., *& in Leg. cum antea* 3 *cod. de recept. arbitr.* Rota *deciſ.* 101 *num.* 1. *&* 2. *coram Ratto*, *& in Tuſculana, ſeu Favent. Emphyteuſis.* 9 *Junii* 1757 *§.* 6. *coram R. P. D. meo Veracilano.*

Google

cuno, Maxime enim illud fuerit in ſubſequatis Eccleſiæ reparationibus hucuſque pacifice obſervatum, uti edicunt plures
10 Teſtes optimi inſerviunt, & in Comitiſſio Conte Epiſcopalis examinati, quibus plenisſima fides eſt adhibenda, ad tradita per Rotam deciſ. 703. num. 4. coram Emerix Jun., & deciſ. 7. num. 3. coram Bentroſa. Qua de re non licet ullo pacto diſcedere a norma jam diu præſcripta in Laudo quatuor, & nitra ſæculorum ſpatio pacifice obſervato, quod præciſe
11 ed jam quoad Eccleſiæ reparationes, locum quoque ſibi vindicat in reædificationum juxta Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii relatas per Bribos. in ſua Eccleſiaſt. cap. in hic de Eccleſ. ædific. Anaclet. in jus Canon. lib 3. tit 41. §. 1. num. 16.

Eoque ſecuntur, animadverſo, quod præciſive a dicto Laudo anni 1348 totum onus reædificandi Eccleſiam Parochialem in Schliengen uni Magno Priorati certo certius incumberet. Ex productis enim documentis coram Judice Compulſoriali pleniſſime verificari luculenter conſtitit quod anno 1300. Fratres de Suevolin Villam in Schliengen, quam jure vel Feudali, vel Emphyteutico poſſidebant, titulo permutationis cum Caſtro *le Land* pro cum Juriſpatronatu Eccleſiæ Parochialis, emolumento Decimarum, Agris, Vineis, Pratis, aliiſque juribus eidem Villæ adnexis ceſſerant Commendæ Nevenburgenſi, accedente ſub anno 1308 aſſenſu, & approbatione Abbatiæ Morbacenſis Dominæ directæ. Conſtitit itidem, quod anno 1318 Commendatarius dictæ Commendæ Villam, ſeu Curtim *in Schliengen* cum bonis, redditibus, pertinentiis, ac Decimis vendidit Monaſterio in Kengfeldi, excepta, ibique expreſſe reſervato Juſpatronatu dictæ Parochialis Eccleſiæ, & Decimis omnibus ad eamdem Eccleſiam ſpectantibus, & interim Eccleſiæ ob ejus Rectoriam interea perceptis, quas ſubinde Magnus Prioratus in dicti Nevemburgenſis Commenda Succeſſor exegit, & adhuc exigit in annuos florenos fere bis mille.

Hiſce itaque poſitis plane proſluebat, quod præciſive a dicto Laudo anni 1348 totum onus reædificandæ Eccleſiæ incumbere debuerit uni Magno Prioratui in dicta Commenda Succeſſori, qui Decimas omnes ad
12 eamdem Eccleſiam ratione ipſius Eccleſiæ pertinentes in permutatione quæſitas, & in ſubſequuta venditione ſibi expreſſe reſervatas percipiunt, procul dubio ad reparandam, & reædificandam Eccleſiam obligatur *ad Text. in Can. Decimam 10. quæſt. 1., & in cap. 1. & 4. de Eccleſ. ædific., & repar.,* & ex Sac. Concil. Trident. *ſeſſ. 21. de Reformat. cap. 7. §. Parochiales,* & conſequenter illi non expedit, modo recedere a norma præſcripta in Lau-

Tom. Secundus.

de producto, quo ſepoſito, unus idem,
13 qui omnes exigit Parochiales Decimas, onera totius reædificandæ Eccleſiæ ſubire cogetur, vaſata, ultra plurimas reſolutiones Congregationis Sacri Concilii, plenum comprobat Rota in Tribus ſua reſtitutionis ambiguæ 3. Martii 1751. §. 2. & 4. coram bon. mem. Platemlin, & in Magnatum Reparationis Eccleſiæ 13 Februarii proxime præteriti §. 4. & ſeq., cor. R. P. D. meo Turamino.

Suſtineri nec poteſt, quod Laudum anni 1348. fuerit abolitum, & retractatum ex poſteriori Laudo anni 1358. Illud enim anni 1348 prorſus editum eſt ad ſedandas controverſias exortas inter Agentem Regiminis, Commendam Nevemburgenſem, & Communitatem in Schliengen ſuper ſeparationibus Eccleſiæ Parochialis totius, & in poſterum faciendis. Aliud vero anni 1358 emanavit inter dictum Agentem, & Commendam ex una, & Epiſcopatum Conſtantienſem, ac Fratres de Suevolin ex altera parte ſine Communitatis interventu ſuper diviſione Decimarum. Ex hoc ergo edito inter diverſas Partes, in ſupra materia, & quæſtione
14 diverſa inſanit neque abolitum, & abrogatum Laudum præcedens, de quo poſterius non meminit *Rot. deciſ. 147. num. 13. & ſeq. part. n. Recen., & deciſ. 1. num 6., coram clar. mem. Card. Tiranio.*

Neque ex quo in poſteriori Laudo anni 1358, quarta dumtaxat Decimarum pars reſervata Commendæ, inſinui valet, quod reſtantes fuerit immunitatem, & Magnus Prioratus non ſervandam æqualitatem pro quota tantum partis impenſas reædificationis contribuere teneatur. Ad hunc enim effectum docere oporteret, quod Commendæ reſervata fuerit quarta tantum pars Decimarum Parochialium, quibus omni ſeparata onus inhæret. Aliter enim ſi in Laudo actum appareat de Decimis etiam Laicalibus, nulla conſiderari valet ſequuta litium mutatio, quippe cum notum ſit,
15 Decimas Laicales onere reparandæ, ſeu reædificandæ Eccleſiæ de Decimis Spiritualibus proviſæ, nullo jure ſubeſſe, ex perpenſis per Card. de Luca *de Decimis diſc. 6. num. 5., & ſequen., & diſcurſ. 8. num. 14.* Lauren. in *Jus Canon. quæſtion. 999. num. 4. & ſeq. tom 3.* Rota *de eiſ 301. num. 3., coram Peuli, & deciſ 81. num 15. part 11. Recent.*

Inſpecto namque dicto poſteriori Laudo, luculenter evincitur comperitum eſt, illi non de Decimis mere laicalibus rationis Villæ, ſeu Curtis præſtandis. In eo ſiquidem expoſitum, quod controverſia ex contentis Partium compromiſſi in Equitem Conradum de Kennuch verſabatur circa Decimas *quas Fratres de Suevolin tenuiſſent dimittere ratione eorumdem Villæ ſituatæ in Schliengen* ex Statutis itidem, quod

Ll 2 exce-

exceptis Agris, Vineis, Pratis inferius expreſſis = *quæ ad Villam aſſumptam de Suevolia* = pertinent, Epiſcopus, & Capitulum Conſtantienſe, & Commenda in Nurnberg ac Monaſterium in Kenigsfeldt ex antiquis Decimarum ipſis reſpectivè adſignatis annuatim tradere debeant Fratribus de Suevolia certam quantitatem frugum, & Vini, aliarumque ſpecierum tanquam cenſus debitos ratione Villæ, dum = *Quæ Cenſus frugum, & Vini ad ipſam prædictam Villam in Schlilingen, & Emphyteuſim ſeu poſſeſſionem pertinere debent, cum ipſi etiam eam ipſa Villam ſuam in Emphyteuſim acceperint ab illis de Stauffen, & hi de Stauffen a Capitulo in Murbac, &c.* =

Cum autem hujus generis Decimæ, promiſcuè etiam Cenſus nuncupatæ, nil aliud fuit, quam Canonias, ſeu præſtationes competentes ratione Inveſtituræ bonorum, quæ ab Abbatia Murbacenſi concesſa illis de Stauffen, & ab his in Fratres de Suevolia translata ſuppoſuntur, ex ipſo hinc ſequebatur, in Laudo actum fuiſſe de Decimis mere localibus, non vero

26 de ſpiritualibus, quæ nedum non fuerant expiratæ, verum inſuper tanquam Commendæ integre reſervatæ in ſequutione anni 1318, nec in illos de Stauffen, nec ab his in Fratres de Suevolia laicos pertranſire potuiſſent per *Text. in cap. prohibemus de Decim Sard. conſ. 62. num. 1., & ſeqq., vol. 1. Rot. deciſ. 118 num. 7., & ſeq. part. 7., & deciſ. 196. num. 6., & 7. part. 16. Recentior.*

Idque luculentius, quam oporteret, eruitur ſem eſt ex Inſtrumento Tranſactionis anno 1650 initæ inter Magnum Priorem, Epiſcopum Conſtantienſem, & Familiam de Nagel ſuper controverſiâ Decimarum, quæ ratione Bonorum Emphyteuticorum ipſis competebant. Ibi enim Magnus Prioratus non ſolum negative admiſit, quod = *Parochiales Ædes cum ſuis appertinentiis jure anta emphyteuſi tenentur* =; verum inſuper diſtinguendo unam ab altera Decimarum ſpecie, Parochiales quidem tam majores, quam minores eidem Magno Prioratui integre reſervantur, ibi = *Omnes redditus Parochiales tam in Decimis latè ſumptis Novalium, vel aliis majoribus, & minoribus, tam in Frumento, Vino, Fœno, ac omnibus aliis Decimis, prout ab antiquis, hi & in poſterum colligunt in Schliengen, & ſive Commodiſſime ibiſcumque &c.* = De aliis vero præſtationibus, ſeu Canonibus debitis ex bonis cenſiticis, & emphyteuticis eidem reſervatur quarta duntaxat, ibi = *E contra autem pro ſe, & ſub ſuis ſucceſſoribus ſtabilit, & præſtationibus, quæ de ſuis & aliorum propriis, & cenſiticis bonis in Schliengen antea habuit, in poſterum locationem remanebit, ut ambo, ut eidem ſolum quarta pars de cunctis Majoribus competere, & præſtari debeat* = Ex quibus

17 eandemet patet, in dicto Laudo anni 1358. actum fuiſſe de Decimis mere Localibus; quodque Parochiales Decimæ integre remanerint apud Magnum Priorem, qui unus

18 propterea privative ab antiquo ex Laudo anni 1348. onera totum reparandæ Eccleſiæ veluti ſuæ, & Parochialibus Decimis inſitum ſubire tenetur, uti tradunt *Barbos. de Offic., & poteſt. Paroc. part. 1. cap. 13 num 3.* Anollaz. *de Conſ. pro nup. 6. num 36.* Rot. *deciſ. 504. num 2., & per tot. part. 19. Recent., & in Urbevetana Reſtaurationis Eccleſiæ 3. Martii 1752. §. 4. coram bo. mem. Viſcomite.*

Ad hæc accedit, quod, retento etiam Laudo anni 1358 medietas Decimarum aſſignata fuerit eidem Monaſterio in Kenigsfeldt, cui ſucceſſerat Capitulum Cathedrale Baſileenſis, & Familia Eptingen, quarta vero pars Epiſcopo Conſtantienſi, & alia quarta pars Commendæ Nurembergenſi, ſeu Magno Prioratui illius Succeſſori. Non igitur ullo jure demandari poterat Rmus Epiſcopus Baſileenſis, qui cum nec in vim præfati Laudi anni 1348., nec in vim poſterioris anni 1358 ullam perciperet Deci-

19 marum partem, impenſas reædificationis Eccleſiæ Parochialis in Schliengen contribuere non obligatur *Bero conſ. 3 num. 12., & per tot. lib. 1 Sard. conſ. 62 num. 1., & ſeq. per tot. Rot. deciſ. 545. num. 4. part 3., & deciſ. 284. num 16. & ſequen. part. 17 Recent., & in Romana ſeu Reginæ Reparationum 26. Aprilis 1743. coram bo. mem. Nunn §. 7., & in Moguntina Reparationis Chori 4. Julii 1749 §. 8. coram Illuſtriſſimo D. meo Clerici.*

Non obſtante, quod Epiſcopatus Baſileenſis tituli permutationis initæ anno 1696 cum Abbatia Murbacenſi acquiſiverit Villam Dunckoff, unde retrahit Decimas, & redditus in ſpecie Frumenti, & Vini. Nam cum non conſtat, redditus hoſce ad Eccleſiam Parochialem in Schliengen ullo tempore pertinuiſſe, & è converſo pateat, Decimas omnes Parochiales ad Eccleſiam in Schliengen pertinentes tam in venditione anni 1318, quam in Tranſactione anni 1650 fuiſſe Magno Priori integre reſervatas, in propatulo inde eſt, Reverendiſſimo Baſileenſi Epiſcopo imponi haud poſſe reparationis, ſeu reædificationis onus,

20 quod Decimis duntaxat Parochialibus inhærere abſolutiſſimum eſt Gonzalez. *in cap. primo num 5. de Eccleſ. ædific.* Clericat. *de Eccleſ. diſc. 45 num 1 & 4.* Rot *deciſ. 48. num 10 coram Dub., & deciſ. 440 num 2. & 3 coram Emerix Jun., & deciſ. 533. num 14. part. 19 Recen. tom 2., & in Moguntina Reparationis Chori 29. Aprilis 1748. § 8. coram bo. mem. de Veri.*

Conſequenter damnum impoſitum ex Sententia A. C. condemnari viſus eſt Reverendiſſimus Baſileenſis Epiſcopus ad reſtituendum pro rata Magno Priori totum id, quod

quod is *plus æquo* impendit in ampliorem Eccleſiæ reædificationem. Si enim Magnus Prior novam Eccleſiam in formam veteri ampliorem, & præſtantiorem reædificari curavit cum additamento *Tholi*, ſeu *Cupulæ*, inſcio penitus, & invito Baſilicæ Epiſcopo, ſtultus conſequentur da ea, quod *plus æquo* impendiſſe ſuppo-
21 nit. Non autem plus æquo impendiſſet, ſi Eccleſiam juxta antiquam formam reædificari maluiſſet, argumento *Text.* in *leg.* *Impenſæ ff. de impenſ. in reb. dot.*, & in *leg.* *ult.* *ff. de petit. hæred.* Nec æquum eſt, quod onus reædificationis porrigatur ad
22 ſumptus, & Ornatus non neceſſarios ex alieno Arbitrio, & aliena voluntate, vel liberalitate procedentes, ex notatis per *Zoe conſult.* 4. *de Paroch.* Anaclet. in *Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 48. *num.* 15. Leuren. in *Jus Canon. tom.* 3. *quæſt.* 998 *num.* 4. & *ſeqq.*

Et ita Utrique &c.

R. P. D. UBALDO.

ALGAREN. SEU TURRITANA SPROPRII, SUPER ULTERIORI EXEQUUTIONE REI JUDICATÆ.

Veneris 3. Martii 1758.

ARGUMENTUM.

Sacra Utenſilia, ac mobilia aquiſita ex bonis Eccleſiæ, ſi ab Epiſcopo translato, ad ſecundam Eccleſiam aſportentur, debentur Priori Eccleſiæ poſt obitum Epiſcopi.

SUMMARIUM.

1 In Regno Sardiniæ ex privilegio S. Sedis Spolia Epiſcoporum, nec non fructus Eccleſiarum vacantium applicantur earumdem Capitulis pro reparatione Eccleſiarum, & manutentione, ac emptione Paramentorum, & Ornamentorum.

2 Utenſilia Epiſcoporum ex redditibus Eccleſiæ comparata, ipſi, ut Defuncto, debentur, ubicumque Epiſcopus deceſſerit.

3 Per Inventarii Confeſſionem probatur, an Utenſilia ad primam, vel ad aliam Eccleſiam pertineant.

4 Res judicata pro juſtitia eſt habenda.

5 Verba univerſalia ut Omnia bona nihil excipiunt.

6 Utenſilia debentur Priori Eccleſiæ, etiamſi Epiſcopus translatus eis fuerit uſus in Eccleſiaſticis Functionibus, ejuſque Cadaver cum iis fuerit ad Eccleſiam deductum. & num. ſeqq.

DECISIO XCIII.

Poſtulavit Capitulum Algarenſis Eccleſiæ adverſus Capitulum Metropolitanum Turritæ conſignationem reſidualium Bonorum, quæ bonæ mem. Epiſcopus Matthæus ſecum aſportavit anno 1742 occaſione, qua fuit ad dictam ſecundam Eccleſiam promotus, & tres favore Capituli Algarenſis prodierunt Sententiæ, una, unicum Apoſtolici in Regno Sardiniæ Judicis delegati; altera A. C. Simonetti, & tertia Sac. Noſtri Auditoris per Reverendiſſimum Derthoſenſem prolata, prævia duabus Deciſionibus ſub die 6. Martii 1756., & 14 Januarii 1757 editis. Quibus cum adhuc non acquieſceret Capitulum Turritanum res iſtas ad ſe pertinere contendens, aliam a Signatura Juſtitiæ non obtinuit Commiſſionem, quam cum Clauſula = ſ. p. tel judicata =, atque Reſcripta vigore directa mihi Cauſæ cognitione conſului DD. meos = An ſit locus ulteriori exequutioni Bonorum in caſu &c. =, & habui reſponſum ut PRO INFORMANTE.

Præmiſſi enim, quod in Regno Sardiniæ ex
1 ſpeciali privilegio Sedis Apoſtolicæ Spolia Epiſcoporum, atque Archiepiſcoporum Eccleſiæ Metropolitanas, ſeu Cathedrales

ebe-

obtinentibus, nec non fructus Eccleſiarum hujuſmodi vacantium, Capitulo earumdem Eccleſiarum ſeparantur, & applicantur, ad hoc ut *ſpolia*, & fructus ſupradicti in reparationem Eccleſiarum, & paramentorum, ac ornamentorum manutentionem, & amplitionem augeantur, ut ex literis in forma Brevis a S. Pio V. conceſſis ſub datum Romæ die 8. Februarii 1567. & 4. Januarii 1572. a fel. record. Gregorio XIII. ſub 13. Aprilis 1581. & Cleme VIII. die 22. Septembris 1604. relatis per Dexart *in Capit. & Act. Regni Sardiniæ lib. 2. tit. 1. cap. 1.* & in Bullar. Roman. *tom. 5. part. 1. conſtit.* 70.

Et præterea quod ſuccedentes Præſulum ſ-
2 polia, & Bona ex redditibus Eccleſiæ comparata, ipſis, eis defunctis, dabantur, ſive Epiſcopatum gerentes primæ Sponſæ, ſive ad aliam Cathedralem translatus in ampliatæ ſecundæ occubuerint, dum juribus primæ Sponſæ quæſita ad eſſe quæcumque Bona, quæ ex propria ſuæ Dotis ſubſtantia in Epiſcopi compendium derivantur, nullum inſertur detrimentum per translationem Epiſcopi ad ſecundam Cathedram ut ad *Text. in Can. mutationes 12. quæſt. prima, & 12. cap. Conc. in Officio de Tulano* Barboſ. *de Offic. & Poteſt. Epiſcopi par. 3. alleg.* 114. *num.* 16. Alcart. *Reſponſ. lib. 1. reſponſ. 1. num. 3.* & plures reſpondit Sac. Congregatio Concilii, ac præſertim in *Saſſaren. ſeu Calaritan. Spolii 18. Septembris 1709. & 15. Januarii 1710. in Treviſan., ſeu Tricarien. 6. Julii 1726.* & refert Piton *diſceptat. Eccleſ.* 119. *n.* 30.

Itemque concurrente in hypotheſi Inventario,
3 ſeu ut ajunt *lo ſpoglio*, quod idem Præſul Matthæus ad Archiepiſcopatum Turritanum translatus de cunctis Mobilibus, ac rebus tam ſacris, quam prophanis, quæ in Algarenſi Epiſcopatu acquiſiverat, diligenter confecit, antequam redditus Menſæ Turritanæ illata tunc adminiſtraret, perſpicua exinde promanare viſa eſt conſequentia, quod præter Bona jam taxata per Capitulum Turritanum favore Algarenſis, debeant huic præter alia cuncta reſtitui, quæ penes Canonicum Boterum anno 1750. quod dictus Antiſtes Matthæus deceſſit, fuerunt depoſita per modum proviſionis, donec per Arbitros a Partibus eligendos declararetur ad utrum Capitulum ſpectarent, prout per rem judicatam ex tribus præcedentibus Sententiis ſuperius relatis exortam, declaratum fuit, atque hodie etiam novo Sacri Auditorii judicio conſtabiliatur
4 debere, cum a reſiliri, cum res judicata pro juſtitia ſit habenda. *Cap. Sententia de Sententia & Re judic. leg. Res judicata ff. de Reg. Jur.* Rot. *coram Ubald. deciſ. 55. num. 3. part. 3. & coram Falconer. de Taurinen. deciſ. 49. num. 15.*, & a prænotatis verbis
5 univerſalibus = *Omnia bona* = nihil excipiatur *leg. 1. § Quod autem ff. de Aliment.* Barbos. *Tract. var. axiom.* 163. *num.* 1. Aſtiol. *deciſ.* 319. *num.* 3. Rot. *coram Mathæu deciſ.* 419. *num.* 1.

Abſque eo quod reſpectu ornamentorum, & paramentorum Pontificalium, videlicet Baculi Crucis Patriarchalis, & pectoralis, atque Annuli, quæ Capitulum Turritanæ habet, juvat pro retentione, quod iſta non ſolum lauditus Epiſcopus Mat-
6 thæus ſecum aſportavit, cum receſſit ab Algarenſi Cathedra ad Archiepiſcopatum Turritanæ, ſed etiam illis uſus fuit in Eccleſiaſticis functionibus, aliiſque diverſis occaſionibus, ac inſuper etiam ejus Cadaver cum eorum reſpective aliquibus fuit in funere ad Eccleſiam deductum, & expoſitum.

Quoniam officio exequiarum expleto debent Capitulo Algarenſi reſtitui cuncta para-
7 menta, & ornamenta, quæ ex ipſius Eccleſiæ redditibus fuerant comparata, ut præciſe ſtatuit S. Pius V. *Conſtit.* 41. *§ Quiamvis. & ſeq.* Layor *elucubrat. tit.* 2. 149. *prim. num.* 93. Adden. ad Stat. Cler. Roman. *cap. 4. num. 7. de Cenotii prima.* Bullar. *conſtit. 10. num. 13. tom. 3.* Bellet. *diſquiſit. Clerical. tit. de bon. Cleric. § 8. num.* 7.

Et ita Capitulo Algarenſi tantum informante &c.

R. F. D.

EADEM

CORAM EODEM.

Veneris 4. Decembris 1758.

ARGUMENTUM.

Confirmantur deducta in antecedenti Deciſione,

SUMMARIUM.

1 Sacra Utenſilia, & bona ab Epiſcopo tranſlato ex fructibus Primis Eccleſiæ comparata ad eam ſpectant, Epiſcopo Defuncto.

2 Ex Inventario pleno probatur rerum identitas.

3 Res judicata pro veritate, & juſtitia habenda eſt.

4 Baculus Paſtoralis, Crux Pectoralis, aut Pentrachala, atque Annuli ſecum aſportati ab Epiſcopo tranſlato, debentur primæ Eccleſiæ, etiamſi Cadaver Epiſcopi Defuncti cum illis fuerit in funebri pompa indutum, & expoſitum.

DECISIO XCIV.

Evocata ad trutinam viribus reſolutionem coram Me captæ die 3. Martii currentis anni, qua fuit reſponſum ad *Debere a Capitulo Turritano reſtitui Algarenſi Eccleſiæ cuncta mobilia, quæ Archiepiſcopus Matthæus Bertolinus a dicta Cathedrali ſecum aſportavit anni 1741 in promotione, & acceſſu ad Archiepiſcopatum Turrita*, viſi ſunt Dominis ejus fundamenta ſubſiſtere, atque ideo ſteterunt *IN DECISIS*.

Firmum namque in facto manebat, quod reſolutiſſi Mobilia conſiſtentia in certa quibusdam rebus tam argenteis, quam argenteis, aliiſque ſpectabus Eccleſiæ aſſectis Pontificali uſui inſervientibus, quæ contra Capitulum Turritæ expetuntur, fuerunt acquiſiti per Archiepiſcopum Bartholinum tempore ſuæ reſidentiæ in Cathedrali, quam habuit in Civitate Algaren, ut conſtat ex Inventario, quod vocant *Spropio*, & fecerunt eodem anno 1742, ac ſubſignarunt tam Archiepiſcopus Bartholinus, quam nonnulli Canonici, aliique a Capitulo Turritæ deputati, in quo deſcripta fuerunt priuſquam Archiepiſcopus ſiſe in adminiſtratione redditum ſecundum Synodi aſſatenus ingrerit; perſpicue colligebatur eamde, quod cuncta in memorato Spropio adnotata pertineant ad

1 primam Sedem, ex cujus Dotis fructibus fuerunt comparata. *Card. de Luca tam tract. lib. 12. quæſt. 1 Gloſſ. in cap. Relatum verb. Congruum de Teſtam*, Auguſtin. Barboſ. *in cap. primi num. 4 de Tranſlat. Epiſcop.*, *& de Jure Eccleſ. lib. primo cap. 19 num. 35. de Offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 114. num 16 Alexand. reſponſ. 2. num. 19 lib. primo* Bellet *diſquiſ. Cleric. tit. de bon. Cleric. §. 8. num. 7.*

Cumque inſtantia reſtricta ſit ad res illas, & alternatim tendat ad aſſequendum reliquarum illarum, quæ deſcriptæ reperiuntur in ſæpedicto Inventario, nemo ſane hæſitaverit, quod debeant Capitulo Algarenſi conſignari, quæ ſunt illæ eædem, quas Antiſtes Bartholinus ſecum duxit Turritum, cum ex hujuſmodi inventariis

2 plena identitatis probatio conſtituatur. *Leg. fin. Cod. Arbitr. tutel. cor. Benac. deciſ. 557 num 6.*

Tanto magis quia res in enunciato notulis expreſſis pertinere omnes, & ſingulas ad Eccleſiam Algarenſem deſinitum jam eſt per rem judicatam ex tribus Sententiis, nempe prima Apoſtolici Judicis in Inſula Sardiniæ delegati, ſecunda A. C., tertia Sac. Noſtri Auditorii, prævius duabus Deciſionibus ſub die 8. Martii 1756, & die 14. Januarii 1757. coram bon. mem. Emerill Epiſcopo Dethuſen editis, eiortum, quæ paſſæ per Signaturam Juſtitiæ merunt canonizari, & pro veritate, &

3 juſtitia habendæ eſt. *Leg. Res Judicata ff. de Reg. jur.* *Rot. coram Celſ. deciſ. 300. num. 4., & 5. coram Benac. deciſ. 11. tom. 7. & in Romana Tranſactionis 20. Januarii 1727. §. Denique, coram bon. mem. Gamarchi.* Unde in plenam rei judicatæ executionem, hæc etiam illa mobilia tam aurea, quam argentea in Spropio contenta, & adhuc non reddita parum, & ulteriorem conſignatio-

grationem expedirunt, *leg. jam hoc jure ff. de vulg., & pupill. leg. Eludiſ ff. ad leg. Aquil.* Rot. *coram Sbib. deciſ. 138. num. 19., coram Caprar. deciſ. 302. num. 2., & in Romana Palatii 4. Februarii* 1730. *§ Nullatenus, coram Sclla.*

Nec de Baculo, Cruce pectorali, ac pontificali, atque Annulis turbat exceptio, quod Archiepiſcopus ſit eis uſus in exercitio Functionum Eccleſiaſticarum, & præſertim cum iiſquibus ea dictis Pontificalibus ornamentis fuerit ejus Cadaver in funebri pompa indutum, atque expoſitum:

4 Quoniam de rebus iſtis nec ante, nec poſt Archiepiſcopi obitum docebant, Capitulum Algerenſe ullam inivisse conventionem, per quam jus ſuum Turritano relaxare conſenſiſſet; adeoque poſt ſolutas Exequias oportebat cunctas præmemoratas ſtare, cum hoc conſenſu propoſito nihil e ſuo in alterius Dominium transferatur, *Leg. Contractus ff. de action., & oblig., leg. In omnibus ff. de verb. oblig.* Rot. *deciſ. 97. num. 1. part. 2. deciſ. 361. num. 17. part. 11. deciſ. 425. num. 11. part. 18. Recent. coram Falconer. in Maſſilien. deciſ. 34. num. 17.*

Et ita Capitulo Algerenſi tantum inſtruante, Turritano autem die expedito, & adhuc non comparente &c.

R. P. D. OLIVATIO.

CAMERINEN. PRÆEMINENTIARUM, ET JURIUM SUPER III. DUBIO.

Veneris 11. Maii 1759.

ARGUMENTUM.

Expenſæ pro Utenſilibus functionum Parochialium explendæ ſunt a Priore, ſeu Rectore Eccleſiæ, percipiente antiquos illius proventus, non vero ab Hereditatis fructibus ad alios pios uſus deſtinatis. Capellani inſervientes Eccleſiæ ex diſpoſitione Teſtatoris tenentur ſe parare cum Priore in feſtivitatibus præſtitutis in Conſtitutionibus ab Epiſcopo approbatis.

SUMMARIUM.

1 Ex fructibus Eccleſiæ, & Fundis Parochialibus omnes expenſæ ad functiones Parochiales obeundas neceſſariæ de jure perſolvi debent.

2 Ex quibus arguitur Teſtatorem noluiſſe expenſas in ſervitium Eccleſiæ a ſe deſignatæ, explendas ex fructibus ſuæ hæreditatis.

3 Per Teſtatorem nihil aliud tributum cenſetur præter id, quod ab eo fuit conceſſum.

4 Quem propter ſequuntur commoda, eundem & propriam onus ſequi debet.

5 Pro lege habendum eſt quidquid voluit Fundator.

6 Quæ ſpeciali prævalentia ſancita ſunt, nequaquam mutari dici poſſunt per diſpoſitionem generalem.

7 Teſtatoris voluntas expreſſe revocata non eſt cenſenda, ubi ille nihil dixit.

8 Neque tacite, ubi nihil quod contrarium ſit ſignificavit.

9 Per conjecturas, & excogitatam contradictionem Teſtamenti, ſic enda non eſt vis apertæ legi in Fundatione indictæ.

DECISIO XCV.

Pluribus ortis, inſtitutiſque diſſidiis Priorem inter exercentem Curam Animarum, & Capellanos Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Via Civitatis Camerini, quam Deiparæ Sacram, ſed ruentem, ac fere dilapſam clar. mem. CARDINALIS ANGELUS GEORGIUS a fundamentis iterum excitavit anno 1655, monitamque velut Vim Eccleſiæ ſervitio incumbentibus, eorum diſſidiorum maxima, & melior pars in præterita proxima Audientia diei 7. currentis menſis indeciſa remanſit. Fluctuarunt enim DD. Sententiæ in diſceptando, a quonam fieri poſſet ſecundum Teſtatoris legem electio, remotique ad nutum tam Decani, quam Sacriſtæ,

Google

chiſtæ, & Clerici, & a quo Salarium Sacriſtæ, & Clerico conſtituendum videretur, cujus dicti auditum iſti deberent eſſe, qua reſta contenderet habere cuſtodiam Archivii, quis diſtribuere Panem, quis gerere functiones non Parochiales, & cui demum conveniret regimen Capellarum, Miſſarum, & Sacrarum, tum adprobatum ordinariarum expenſarum, tum electio Depoſitarii. Hæc enim omnia digeſta in duo dubia poſt novas Conſtitutiones editas ab Epiſcopo, poſtquam latam Sententiam ab A. C. ſubeant oportuit judicium Sacri Tribunalis, Septem ne DD. ad ſuffragandum acceſſuris.

Quoniam autem, quod Tertium decidendum ſeſe offert in tanta Diſceptationum congerie, ita conceptum eſt = *An, & a quo Prior ſit admittendus ad Chorum cum participatione ſtipendii, & a quo tempore idem ſtipendium ei debeatur. Item expenſæ pro Utenſilibus, & Functionibus Parochialibus ſint ſuppleda ex fructibus Hæreditatis Georiæ. Et an Capellani teneantur ſiſt parari una Priore in Feſtivitatibus deſcriptis in Cap. V. novarum Conſtitutionum* =, ideo de his interrogati hac mente Mei Domini, reſponſum dederunt = *QUOAD EXPENSAS PRO UTENSILIBUS NEGATIVE, & CAPELLANOS TENERI SESE PARARE CUM PRIORE IN FESTIVITATIBUS DESCRIPTIS IN CAP. V. NOVARUM CONSTITUTIONUM, IN RELIQUIS ITERUM PROPONATUR* =

Prima equidem pars iſtius Tertii Dubii reſpiciens admiſſionem Prioris ad Chorum cadit ſub Reſcripto ut iterum *proponatur*. Quum enim A. C. Mei deſinaverit, = *Priorem admittendum ipſi ad Chorum* ARBITRIO *Epiſcopi, eidemque arbitrio poſſe exinde Priorem participem fieri ſtipendii* Summam 40., POSTQUAM *redditus hæreditatis Georiæ ſatis ſunt pro ſtipendio Sacerdotum numerum 75. ſingulis Capellanis per Fundatorem adſignato* =, & utrique Parti deſinitio iſta diſplicuerit, tum ſcilicet Capellanis, quibus dolet, & pergrave fuit arbitrium Epiſcopi, tum etiam Priori, qui ob adjecta temporis conditione reclamavit, non convenientibus ideo quoad hæc DD. ſuffragiis, inceps hæſit reſolutio, novumque examen expectit, ut caetera omnia in antecedenti Auditoris ſuſpenſa.

Quod vero pertinet ad alteram partem Dubii, in qua quæritur, num ex fructibus Hæreditatis Georiæ perſolvi debeant expenſæ functionum Parochialium, DD. iverunt in ſenſum *NEGATIVUM*, aſſentientesque judici A. C., ipſa, ex redditu Parochiæ

1 ſatisfactum iri inhæſitanter animadvertunt. Et merito: Nam ſi Parochia jam dudum extabat ante inſtitutum pium Opus Georium, ſuoſque habebat peculiarem proventus, æquum quam maxime conſonum

Tomus Secundus.

eſt, ut hiantatur ad ſumptus Functionum Parochialium obeundos. Conſtat enim antiquorum fructus in hanc cauſam cedere deſtinatione Juris, & Fundos Parochiales neceſſarium quamque ſuppeditare, ex adductis per Vanesp. in Jus Eccleſ. univerſ. part. 2. tit. 16. cap. 5. num. 11.

Nec obeſt, Cardinalem Georium ſui Operis Auctorem juſſiſſe = *Chi voi prima della mia Eredità ſi ſuppliſca a tutte le coſe neceſſarie per la Chieſa eretta, Sagreſtia, Suppellettili, ed ogni coſa necessaria per il buon governo di vivere* = Quamquam enim una hic Eccleſia unum habeat Sponſum, & Parochum, qui unum eam obtinet in titulum, quam tamen Capellani quamdam efficiunt Congregationem, & quoddam veluti Corpus a CARDINALI GEORIO erectum in eadem Eccleſia, attamen ad eam extrinſecus tantum accedens, ab eaque realiter

2 ſejunctum, ac ſeparatum, quemadmodum præciſe monuit, ſummatique Rot. in Camerinen. Prioratus 11. Junii 1756. § 8. coram Reverendiſſimo P. D. meo Baſſo Decano. De hoc ſane Corpore Teſtator ſenſiſſe viſus eſt, dum voluit ſiqui Eccleſiam a ſe erectam, & omnia, quæ Divino Cultui neceſſaria forent, ibidem ex Fructibus ſuæ Hæreditatis parari conſtituit. Non diverſus Teſtatoris ſenſus eſſe potuit, dum expenſis faciendis a Parocho in ſuis Functionibus non ſecrevit ſeparatumque ab expenſis Capellanorum, ut ipſis non modo delegaverit proviciam adminiſtrandi Fructus Hæreditatis, verum etiam uno tantum in caſu Priorem participem fieri præceperit iſtorum Fructuum, ubi nempe ſedem habuiſſet in Choro, & inſtar Capellanorum ſingula expleviſſet munera ei incumbentia. Quapropter quantum patet, Teſtatorem mandaſſe ſupplementum expenſarum a ſua Hæreditate ſubeundum pro cultu Eccleſiæ, uti praedictæ Congregationis Capellanorum, quæ Finis erat erectionis ſuæ, tantum etiam manifeſtiora fiat oportet, non fuiſſe ſolicitum de manutenenda Eccleſia, uti praediti qualitate Parochiali, quæ jam præexiſtebat. Quin imo voluntas, qua ſignificavit Teſtator, Priorem participem Emolumentorum futurum, ſtatim ac ipſe locum habuiſſet in Choro, non obſcuro ſigno eſt, ut nihil

3 aliud eidem tributum cenſeatur, præter conceſſum. *Leg. cum lex 63. de fin. ff. de Condit., & Demonſtrat. Gloſſ.* in leg. Cum *Prator verbo Vid.* in *ff. de Judic.* Rot. in *rec. deciſ.* 140. num. 14. *part.* 15.

Accedit. Ad Priorem, ſeu Parochum ſeorſim pertinere Dotem Parochiæ, de qua nil ipſorum Cœtu Capellanorum communicat. Quare congruit, ut ex Dote ſibi compararet Supellectilem Sacram, Ceram, Vinum, Oleum, Thus, & ſimilia, quæ ad exercendam Parochiam requiruntur; quæ quum

4 propria ſequuntur compendia, eumdem

proprium onus ſequi debet. Vulgata *Leg. ſecundum naturam ff. de regul. juris.*

Denique proponentes Dominis ad ultimam Dubii partem, ubi agitur quæſtio, an Capellani teneantur ſeſe parare cum Priore in Feſtivitatibus deſcriptis in Cap. V Novarum Conſtitutionum, non receſſerunt a judicio Episcopi, etſi contrarium viſum fuerit A. C. loquentes enim ad ea, quæ Cardinalis Gonius diſpoſuit, perſpicue cognoverunt, legem Capellanis in Fundatione datam fuiſſe in *Cit. de Miſſe, Veſpri, ed Offici poſſa i cantarli il Priore pro tempore di detta Chieſa coll'aſſiſtenza di detti ſei Cappellani; quali ſieno obligati parati col detto Priore ſecondo che richiedono le Funzioni, una volta per uno per l'anno* = Quoniam inſpectis verbis, & littera Fundationis, fruſtra connitebantur Capellani ſeſe ſubtrahere ab obligatione induendi cum Priore Veſtes Sacras, eique auxiliam ferendi ad Miſſas Solemnes, Veſperaſque celebrandas in deſignatis Feſtivitatibus, concordantibus admodum cum illis, quæ referentur ab Episcopo in novis Con-
5 ſtitutionibus. Pro lege eſt enim quidquid diſerte voluit Fundator *Ad l. ſi. ff. Diſponat. Antiqu. de Napoli Leg. Verba legis ff. de Verborum ſignificat. Rot. coram Criſpo deciſ. 84. num 10. & in Piſauren. Terminiſmi Sacri 14. Junii 1751. ſ. 21. cor. bon. mem. Amalen.*

Neque ex eo, quod idem Fundator in poſteriori ſuo Teſtamento Sextarum numerum Capellanorum ad duodenarium extollens edixerit, ut Capellani = *Sieno obligati ſervire la Chieſa nel medeſimo modo appunto che ſervono li Signori Canonici della Cattedrale* ne inferri poteſt mutatam, deletamque fuiſſe legem Fundationis Capellanis impoſitam ſeſe parandi cum Priore, propterea quod Canonici Cathedralis nullo zero conſueverunt præſto eſſe Archidiacono celebranti. In primis enim objectum fuere viſum eſt ex eo, quod quæ ſpeciali providentia ſancita ſunt, nequaquam mu-
6 tata dici poſſunt, per diſpoſitionem generalem. Caſtren. *conſil 333. lib. 4.* Cyriac. *controverſ. 108. num. 47* Urceol *conſult. 99. num. 18.* Rota *coram Merlin deciſ. 319 num. 8.* Præſertim ubi tuendi poteſtatem iſtis præceptim voluit Teſtator ipſe, præcipiens = *Che non s'intende in coſa alcuna, nè intende di pregiudicare alle altri coſi ſtabilite nella Fundazioni de detti Cappellani Gicri, ſe non ſarà ipſo facto ſpecificatamente* = Quare ne lex Fundationis correcta videatur per Teſtamentum, cum alia multa, tum hoc maxime ſuadet, quod eam Car-
7 dinalis Gonius nec expreſſe, nec tacite revocaverit. Non expreſſe, quemadmodum expreſſe revocandam præſtiterat, quia nihil dixit. Nec tacite, quia nihil quod con-
8 trarium eſſet, ſignificavit *Leg. ſi quis Priore 19. ff. ad S. C. Trebellian.* Surd. *deciſ. 38. num. 17.* Rot. in *Melin. deciſ. 1030. num 39, & deciſ. 1120. num 18.*

Deinde notatio, & correctio non præſumitur, niſi & probetur Conſuetudinem, quâ Canonici Cathedralis utantur non peragendi Sacra, & ſolemnia cum Archidiacono viguiſſe tempore Fundationis, & hanc Cardinalem Fundatorem ſiviſſe. Exemplum a Cathedrali petitum commode referri poteſt ad ea, de quibus nulla jam præceſſerat lex particularis, aptèque intelligi de iis, quæ reſpiciunt modum Horas Canonicas diſtribuendi, repartiendique ſervitii ordinem circa præſtandi per Hebdomadas. At non ita interpretetur, ut tacitam abrogationem antecedentis volun-
9 tatis Teſtatoris inducat, ne ſecus per conſiſtam, & excogitatam contradictionem Teſtamentum vis fiat apertæ legi, quæ in Fundatione tam ſenè, tamque deliberatè indicta videtur, ut bene diſſerit Rota *in recen. deciſ. 186. num. 4. part. 19. coram Ludovſ. deciſ. 187. num. 9., & coram Duran. deciſ. 764. num. 15.*

Et ita &c. utraque &c.

R. F. D.

Digitized by Google

R. P. D. FRANGIPANE.

COLONIEN. UTENSILIUM.

Lunæ 24. Martii 1760

ARGUMENTUM.

Excluditur obligatio Monialium ſubminiſtrandi Paramenta, & Sacra Utenſilia Parocho celebranti in Summo, ſeu Majori Altari Eccleſiæ adnexæ Monaſterio, quæ jamdiu in Loci Beneficium erecta fuerat in Parochiam, qua occaſione favore Monialium præſervata fuerunt omnia Privilegia, Jurapatronatus, & Præeminentiæ, quibus antea fruebantur. Et propterea cum neque ex contractu, neque ex conſuetudine verificetur obligatio Monaſterii, omnem, hoc deſuper, proviſionem favore Parochi capere renuit Deciſio.

SUMMARIUM.

1 Onus providendi Eccleſiam Parochialem de neceſſariis Paramentis, & Utenſilibus unice ſpectat ad Parochum, & Parochianos.

2 Hinc non probata obligatione Monialium ad eorum Subminiſtrationem compelli non poſſunt.

3 Ad inducendam vero ſervitutem inducendam validæ exiguntur probationes, quæ reſultent vel ab expreſſo titulo contractus, vel a præſumpto deducto ex legitima præſcriptione.

4 Deficiente contractu oneroſo, deficit viribus expreſſus titulus Servitutis.

5 Poſt allegatum titulum expreſſum, datum non eſt recurrere ad præſumptum.

6 Teſtibus, jurato non deponentibus, nulla fides adhibetur.

7 Ad probandam ſervitutem in actibus facultativis Teſtes debent eſſe omni exceptione majores, imo de actibus factis ex cauſa ſervitutis deponere.

8 Teſtibus mendacibus, ac cum animo ſuppoſitis deponentibus non creditur.

9 Omni deficiente Titulo, locus non fit Proviſioni.

DECISIO XCVI.

SAnctimoniales Ordinis Ciſtercienſis in loco Drolshagen. Diœceſis Colonienſis adnexam habent eorum Monaſterio Eccleſiam ſub Invocatione Sancti Clementis, quæ eſt etiam Parochialis, ac quatuor Altaribus munita, cujus Parochus, licet ab Abbatiſſa ejuſdem Monaſterii nominatus, attamen una ſimul cum ejuſdem loci Communitate in eam ſpem fuit elati, ut Parocho, vel ejus Viceſgerenti Celebranti in Summo, & majori Altari eædem Moniales, earumque Abbatiſſa obſtricta ſunt Paramenta omnia, omniaque neceſſaria Utenſilia ſubminiſtrare. Eorumque Votis indulſit Officialis Colonienſis, qui Monialibus nec citatis, nec auditis, Subminiſtrationem eorumdem Utenſilium per modum Proviſionis decrevit, idemque Decretum ſub conquaſi forma confirmavit Reverendiſſimus Nuncius Coloniæ. Et licet Moniales Appellationem ad Sanctam Sedem interpoſuerint, ea tamen rejecta, pœna inſuper pecuniaria Commenita in ducatis quinquaginta de Camera, novo Decreto Moniales ad parendum adegit. A quibus Decretis obtenta a Signatura Juſtitiæ Commiſſione ſignata cum Clauſula = *De Appellatione Circumſcriptus omnibus geſtis poſt interpoſitam Appellationem* =, mihi directa; hodie a Dominis requiſivi = *An, & quæ Diſtiſtio ſit præſtanda a Monialibus in Droishagen Parocho Celebranti Miſſam in Summo Altari, ita ut ſit locus Proviſioni in caſu &c.* = Reſponſumque accepi = *NEGATIVE IN OMNIBUS* =.

Præmiſſo enim, nullam chaerſan controverſiam inter Colitigantes circa duos Cereos alternis hebdomadis pro Summo Altari, nec circa Oleum pro Lampade coram

Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento pro una anni medietate, nec circa Vinum pro Sacris neceſſarium pro una tertia parte anni a Monialibus Subminiſtranda, quæ omnia Moniales ex inveterata conſuetudine religioſe ſemper præſtiterunt, & adhuc in præſentiarum ipſæ liberaliter quæ præſtant. Unica itaque Contentio redigebatur ad cætera Utenſilia, quæ Parocho Celebranti in dicto Altari a Monialibus ſubminiſtranda prætendebantur, nempe Paramenta omnia, Calicem, Corporalia, Purificatoria, Antependia, Vala, Cereum Paſchalem, Hoſtias Majores, & Minores, a quorum præſtatione merito obſtinate prætenderunt Moniales. Explorati

3 quippe juris eſt, quod Onus providendi Eccleſiam Parochialem de neceſſariis Paramentis, & Utenſilibus omnino reſidet penes Parocham & illius Parochianos, prout docent Stud. aaq. 6a. num. 5. Franc. de Eccleſ. Cath. cap. 13. num. 77. Amoſtaz. de Cauſ. Piis lib. 4. cap. 6. num. 75. Berbos. de Epiſcop. part. 3. alleg. 74 ſub num. 7. Quamobrem ſi nulla unquam adhuc fuit in-

4 dignata Monialium obligatio ad hæc Utenſilia tribuendum in Parochia, & Parochianorum ſublevamen, pro conſequens ſatis fit quælibet Actio Parochi, nullaque Jure Moniales ad ea ſupplenda aſtringi poſſunt juxta monitum Text. in leg. Licet ff. de Probat. Rot. in Recent. decif. 83. num. 2. part 19. in Mediolan., decif. 609. num. 1., & 2. tom. 3.

Præcipue quia res eſt de imponenda Monialibus non levi Servitute, quæ utpote naturali libertati adverſativa, ſemper odioſa, ſtrictique Juris reputatur, adeoque ad illam

3 demonſtrandam concludentes ea gentor Probationes, quæ reſultent, vel ab expreſſo titulo Contractus, vel a præſumpto, & tacito ex legitima præſcriptione quæſito, ad tradita per Rot. decif. 101. num. 13. part. 4. tom. 1. decif. 611. num. 5. part. 5. Recent. in Neapolitana Sub. 11. Martii 1754. § 9. coram Eminentiſſimo Cardinali Elephantutio.

Quamvis enim Parochus coram Officiali Coloniæ Titulum allegaverit ex Contractu Oneroſo, in vim cujus Moniales in hanc Parochialem Eccleſiam uſu ſibi ſeta hoc onus, & Servituti ſubjacerent, attamen adeo longe abeſt, quod his Tunias, & Contractus probatus ullo modo fuerit, ut contrarium potius demonſtretur. Patet enim Eccleſiam hanc uti præexiſtentam, propriam fuiſſe Monialium, & in eam ſuiſſe ad Commoditatem commodum Parochiam fuiſſe translatam, dum in Inſtrumento anni 1681 Monialibus fecerunt præſervatio omnes Præeminentiæ, Privilegia, & Juspatronatus, quibus hucuſque fruebantur. De facto uti Abbatiſſam ſpectat Jus eligendi, ac Nominandi ipſum Parochum, Congregandi Vicarium, ſeu Præmiſſarium, Coeligendi Ædiles, ſeu Proviſores, deputandi, & removendi ad libitum Ædituum, ſive Cuſtodem, & demum concedendi licentias pro humatione Cadaverum. Quoniam e converſo, prout indubie evenit quilibet Contractus Oneroſus a Parocho adductus, & figu-

4 ratus, ita quilibet deficit expreſſus Titulus ad hanc Servitutem Monialibus imponendam, ut expendunt Bald. in l. 9. 3. in fin. ud. de Sacroſ. Eccleſ. Rot. coram Manzan. dec. 15. num. 5, cor. Anſald. decif. 640. num. 38., decif. 887. num. 6. in Salernitana Attentatorum ſuper Rejudicata 22. Maii 1753. § 7. coram Eminentiſſimo Ruſſo,

Titulo expreſſo deſtitutus Parochus, perperam confugit ad tacitum ex præſcriptione, & Obſervantia quæſitum, illumque deſerout ex Teſtium depoſitionibus, partim coram Reverendiſſimo Nuncio, partim inpaa exhibitis. Ultra quod enim poſt ſemel

5 allegatum pro fundamento intentionis Titulum certum, & expreſſum, licitum amplius non eſt recurrere ad tacitum ex conſuetudine, & Obſervantia præſumptum Rot. in Sutrina Juriſpatronatus 17. Martii 1752. § 14. coram Eminentiſſimo Elephantutio § 3, & 7 confirmata 24. Aprilis 1754. § 9 coram Reverendiſſimo P. D. Caſtillio. Notum inſuper eſt, quod Teſtibus extrajudicialibus, ac lite pendente expiſcatis, nullo-

6 que juramento munitis, difficile admodum eſt, quod fides præſtari valeat. Rot. coram bonæ Jacob. 729. num. 6. decif. 944. num. 7. in Recent. decif. 8. num. 17. part. 18. tom. 2.

Eo vel certius quia omnes ſunt Claſſi de eadem Communitate Diebhagenſi in proprium Commodum deponentes, & ab eadem Parochia per plures annos abſentes, utpote reſpectivis muneribus Paſtoris, vel Miſſionarii, vel Beneficiarii in alio diſſita Oppido addicti. Unde percipere non eſt datum, quomodo de continuata Obſervantia, & conſuetudine præſtandi hæc Utenſilia deponere valeant. Ad probandam enim Servitutem ex actibus præſcriptum faculativum, juxta conſuetudinis inde-

7 ductam, in hoc plenario Judicio neceſſe eſt, quod Teſtes ſint omni exceptione Immunes, quodque præſentes de actibus non precario, vel ex familiaritate, ſed jure proprio, & ex cauſa ſervitutis deponant, ut late expendit Rot. in Caſarinen. Servitutis 26. Maii 1748. § 3. 22. Maii 1749. § 4, & in Imolen. Servitutum 4. Junii 1753. § 6. coram Reverendiſſimo Molino.

Quodque magis urget, in aperta mendacia ſunt prolapſi. Aſſerunt enim Moniales ſuppeditare conſuaviſſe Paramenta, & Utenſilia nedum pro Parocho, ſed etiam pro omnibus Sacerdotibus in Summo Altare Celebrantibus, quod tamen, nec fuit poſtulatum, nec poſtulatur. Referunt, quod

quod Parochialis Eccleſia licet habeat Paramenta, & Utenſilia pro reliquis ſuis Altaribus, propria tamen non habeat pro majori Altari, & pro Parocho tantum in eo Celebrante. Eamdem Eccleſiam Matricem dicunt, ac in eam Moniales intromiſſas fuiſſe ſub oneroſo contractu, vi cujus Monaſterium eadem Paramenta, & Utenſilia ſubminiſtrare tenetur. Et tamen ſupra jam eſt probatum, hunc oneroſum contractum eſſe penitus idealem, & commentitium. Hiſce itaque Teſtibus
8 tot mendaciis, ac erroneis ſuppoſitis redundantibus, nulla propemodum fides adhiberi poteſt ad *Text. in cap. Juris quæſtionibus 39 cap. Nuper de Teſtib. Rot. coram Falconer de Probat. deciſ. 13. num. 7.*

Certumque certius quia ab aliis Teſtibus a Monialibus adductis plene conſtat, qui ſub juramenti religione teſtantur, ubique Moniales ſolitum Vinum, & Oleum præſtitum ſemper exhibuiſſe, non autem Paramenta, & Utenſilia, quæ ab Eccleſia, & Communitate fuerunt ſemper ſubminiſtrata. Si enim Parochus, & Communitas propria habet Paramenta, & Utenſilia pro aliis tribus Altaribus, difficile eſt credere, quod pro ſummo Altari eadem ſit deſtituta; quinimo ſi pro aliis Sacerdotibus in ſummo Altari Celebrantibus Paramenta, & Utenſilia ſuppeditat; nil inſulſius opinari valet, quod pro Parocho, vel ejus Viceſgerente in eodem Altari celebrante, eadem Paramenta, & Utenſilia deficiant, quodque et tunc præſtare debeat Monaſterium. Quibus omnibus ex
9 penſis cum neque ex Contractu, neque et Conſuetudine ulla conveniat obligatio Monaſterio, hinc ſubeundi Servitutem, nec locus ulli Proviſioni eſſe poteſt.

Et ita &c. Utraque &c.

R. P. D. FRANGIPANE.

NEAPOLITANA
SUPER QUARTO DUBIO.

Lunæ 23 Junii 1760.

ARGUMENTUM.

Ex vi Statuti conformis antiquæ Concordiæ, Apoſtolico placito firmatæ, ſit poteſtas Sacerdotibus de Gremio Confraternitatis Parochialia munia explere ſuper Cadaveribus Confratrum, non attentis Decretis Sacræ Congregationis Rituum id muneris Parocho tribuentibus.

SUMMARIUM.

1 Jus explendi Funebres Functiones in Capellis Confraternitatum, erectis in Eccleſiis Parochialibus ad Parochum ſpectat.
2 Limita, ſtante Concordia, Apoſtolico Beneplacito munita, id muneris Sacerdotibus Confraternitatis tribuente.
3 Item limita, ſecus diſponente Statuto Confraternitatis, Archiepiſcopali auctoritate munito.
4 Amplia, ſtante diutina Obſervantia favore Confraternitatis militante.
5 Funebres Functiones peragere eſt Jus Parochis privativum, ita diſponentibus Decretis Sac. Congregationis Rituum.
6 Secus, ſtantibus in contrarium Concordia, & Statutis id Jus Confraternitati tribuentibus.
7 Stante Titulo colorato, ſola quadragenaria acquiritur Juriſdictio Parochialis.
8 Et, cui permiſſum eſt Funebre Officium explere, permiſſum quoque eſt propriam Crucem elevare, itemque permiſſa delatio Pluvialis, & Stolæ.
9 Amplia, ſi delationi hujuſmodi Inſignium diutina faveat Obſervantia.

DE-

DECISIO XCVII.

NOvis conditis, ac typis editis Statutis a Congregatione sexaginta sex Sacerdotum, tendemque Benefactorum sub invocatione SSmi Crucifixi, id potiſſimum ſanctum in eis fuit, ut conſentanee ad praecedentes Concordias, & antiqua Statuta Superiorum, & Confratribus ejusdem Congregationis liberum eſſet funebres explere Functiones ſuper Defunctorum Confratrum Cadaveribus. Acriter autem contradicente Capitulo Collegiatae S. Joannis Majoris Neapolis, in cujus Eccleſia eadem Confraternitas eſt media, in Sententia Curiae Archiepiſcopalis, a qua Capitulum appellavit, cum haec indago indecisa remanſerit, hinc interrogatis hodie a me Dominis = *An liceat Confratribus Sacerdotibus Superpelliceo, & Birreto, eorumque Superiori Pluviali, & Stola reſpective indutis, propria eorum Cruce tunc latam, tam intra propriam Capellam munere Reſponſorium* Libera me Domine cum Cantico Benedictus *in exequiis ſupra Cadavera Confratrum Defunctorum* In naſo &c. = Reſponſum habui = *AFFIRMATIVE, JUXTA MODUM, NEMPE INTRA PROPRIAM CAPELLAM.*

Tempore enim, quo eadem Eccleſia Parochialis S. Joannis in Collegiatam erecta adhuc non erat, & Cura animarum ab illius Hebdomadariis exercebitur, nempe de anno 1621. post concesſam in Concordia eidem Confraternitati Capellam S. Francisci de Paula una cum SSmi Crucifixi Icone in ea exiſtente, tam Rector, tam Hebdomadarii ejus Parochialis Eccleſiae facultatem eidem Congregationi fore impertiti novam etiam aedificandi Capellam, & omnes peragendi ſibi bene viſas explendi Functiones = *Tanto in detta Cappella, quanto in quella in futurum conſtruenda* =, & quidem = *Tanto a riſpetto dei Fratelli di detta Congregazione, quanto a riſpetto di qualſivoglia Perſone Legittime, ſeu Donatarj di quella* =. Quae quidem Concordia cum in forma ſpecifica fuerit auctoritate Apoſtolica a ſan. mem. Gregorio XV. confirmata, in illius ſequelam in Statutis Confraternitatis anni 1696. ſtabilitum fuit, quod in Confratrum Funeribus post celebratam Miſſam = *Debbano li Fratelli uſcire, e cantare la Libera intorno al Tumulo, quale ſarà collocato avanti la noſtra Congregazione &c., ed intorno tutti li Fratelli con Cotte, e Berrette* = Idque ipſum ſancitum fuit in novis Statutis editis anno 1700. = *Quando occorrerà mini∫ovr∫i Anniverſario, o ſarſi altro Funerale per qualche noſtro Fratello Defunto, ſiano tenuti li Fratelli venire con Cotta gelante, e pulita, acciò poſſino uſcire fuori la Cappella a cantare la Libera intorno al Cataletto* = Et demum poſt obtentam ab eadem Eccleſia Collegialitatem, poſtque admiſſos Primicerios, & Canonicos pro tempore ad Confraternitatem, de eodem anno 1700. in alia Concordia conventum fuit, quod in Funeribus Confratrum adſiſtere debeant Primicerius, & Canonici poſt Confraternitatis Superiorem = *Che in quel giorno ſolo brevi con Piviale, avvertirà il Superiore di quel tempo non ſarà Canonico.*

Quamvis enim Jus explendi funebres Functiones in Capellis Confraternitatum in Eccleſiis Parochialibus ſitis, ad Parochum Jure ſpectare debeat, nihilominus quoties in actis conceſſionis Capellae a Rectore Eccleſiae, ac illius Hebdomadariis animarum Curam tunc exercentibus facultas Con-
2 fraternitati fuit indulta omnes, & quascumque bene viſas in eadem Capella explendi Functiones, ut in Concordia anni 1621. ſub ſpeciali Summi Pontificis Approbatione, & Indulto roborata. Ruſſus, ſi conſtitutae ad hanc Concordiam tam in
3 Statutis anni 1696. quam in aliis anni 1700. Archiepiſcopali auctoritate munitis ſtabilitum fuit haſce Functiones in Confratrum Funeribus libere exerceri poſſe a Sacerdotibus Confratribus ejusdem Congregationis, è conſpectu hujusmodi conceſſionis Apoſtolico Privilegio Indultae ſileat oportet quaelibet Juris diſpoſitio, atque ex conſenſu habentium Curam animarum, Apoſtolico Privilegio confirmato, libere poſſe debet Confraternitas facultate intra propriam Capellam ſuper Confratrum cadaveribus funebres peragere Functiones, ut dependent Marg. *Decis. Tuſchi part. 3. quaeſt. 7. num. 5.* Gambac. *de Privileg. tract. 1. diſp. 3. ſect. 3. num. 37. Rot. deciſ. 119. num. 9. part. 6. Recent. coram Muſſo deciſ. 707. num. 10. in Typographia Jariſdiſtionis m. Junii 1739. §. 3. coram Rño P. D. meo Cinchio.*

Fortius quia ſimuliter ad modum Concordiarum, & Statuta in Funeribus Confratrum, licet Capitulum, & Canonici cadavera uſque ad Eccleſiam aſſociaverint, nihilominus ſemper a Sacerdotibus Confratribus in propria Capella Sanctiſſimi Crucifixi ſita a Cornu Evangelii ejusdem Eccleſiae, elevata Cruce, indutis Superpelliceo, & Birreto, & eorum Superiore cum Pluviali ſolitae Preces fuerunt decantatae, omneſque aſſuntae Functiones peractae, ut in veneata obſequium plures, & informati nonnulli Teſtes de facto proprio depoſuerunt, quorum nonnulli ejusdem Capituli ſervitio ſunt addicti. Quamobrem ſi evi-
den-

dentibus, & conſentientibus Canonicis hoc funebre Officium fuit ex longa, &
4 perenni Obſervantia in propria Capella a Confraternitate celebratum; citra quod vel unica indigitari poſſit caſus, in quo tale Officium fuerit vel a Primicerio, vel Canonicis intra dictam Capellam expletum, in dubium profecto revocari nequit, quod talis facultas eidem Confraternitati in præfata Concordia, & Statutis elargita fuerit, ut optime Rota in Roman. deciſ. 448. num. 3. part. 1., deciſ. 331. num. 7. part. 6. recent. Dunoz. ſua deciſ. 265. num. 22. 10ram Corra. deciſ. 824. num. 7. coram Molines deciſ. 966. num. 29.

Hinc nec obſiſtunt Decreta generalia Sacræ Congregationis Rituum anni 1703 a ſan.
5 mem. Clemente XI approbata, in quibus hujuſmodi Functiones ſunt Parochis privative attributæ. Siquidem in hujus Decretis
6 præſervatæ fuerunt Conventiones, Pacta, & Concordiæ inter Partes initæ, & a S. Sede approbatæ, Conſtitutiones Synodales, & Conſuetudines immemorabiles &c. Quamobrem, ſi in caſu urgent Concordiæ, & Statuta neceſſaria auctoritate roborata, Confraternitati jus tribuentia peragendi intra propriam Capellam hoc funebre Officium, tanquam caſus exceptuatus, ſub præfatis Decretis non eſt comprehenſus, ad tradita per Rot. coram Gregor. deciſ. 258. num. 6., in recent. deciſ. 204. num. 9. part. 8., deciſ. 249. num. 27, & 19 part. 21, deciſ. 9. num. 16 part. 19.

Minus obſtare valet, quod tempore ſtipulatæ Concordiæ Eccleſia Sancti Joannis non eſſet ad ſtatum Collegiatæ evecta. Quandoquidem eadem Concordia ſtipulata fuit ſub auctoritate Apoſtolica cum Hebdomadariis tunc Curam animarum in eadem Eccleſia exercentibus. Rurſus poſt erectionem de anno 1692 hanc Eccleſiam in Collegiatam, alia de anno 1700. cum Primicerio, & Canonicis inita fuit Concordia, in qua ſemper Confraternitati eædem funebres Functiones fuerunt perſervatæ. Et demum cum ab anno 1692 uſque in præſens ſemper, & pacifice Confraternitas intra propriam Capellam controverſas Functiones exercuerit, etiamſi a Concordia in forma ſpecifica a S. Sede confirmata Canonici, & Primicerius non remaneret obſtricti concurrente attamen
7 titulo ſaltem colorato, una cum Obſervantia tempore quadragenarium longe excedente, hoc Jus Confraternitati intra propriam Capellam acquiſitum dici debet, juxta firmata per Rot. in Caleſiev. Juriſdictionis ſuper bono Jure 29 Aprilis 1744. §. 4. coram Rev. Thano, confirmat. 30. Aprilis 1745. §. 5. coram bon. mem. Firrianis.

Conſtituto itaque, quod Confraternitas hoc funebre Officium peragere valeat intra tamen propriam Capellam, non vero extra illam, ne Jus in alieno ſolo ſibi uſurpare valeat, in conſequens deſcendit, quod in tali explenda Functione propriam Crucem elevare poſſit, quodque ejus Superiori permiſſa eſſe debeat delatio Pluvialis, & Stolæ. Dum enim funebre Officium ex Ritu Eccleſiæ non aliter quam ſub hiſce Inſignibus peragi poſſit, quoties
8 Officium funebre eſt tributum, delatio quoque propriæ Crucis, Pluvialis, & Stolæ permiſſa eſſe debet, ad text. in leg. 2. ff. de Juriſdict. Rota coram Molines deciſ. 727. num. 8., & ſeq., in Savonen. Aggregationis 15. Junii 1699. §. Cum enim, coram bon. mem. Pio, & 5. Januarii 1701. §. Ex vero, coram bon. mem. dell'Olmo.

Eo vel certius, quia hoc funebre Officium a Confraternitate abſente ſemper Capitulo, & Parocho in propria tantum Capella expletur, ac cum propria elevata Cruce, & cum delatione Pluvialis, & Stolæ ſemper hactenus fuit celebratum, ut diffuſiſſime referunt ſupra relata Teſtes. In qui-
9 bus circumſtantiis ob hanc diuturnam obſervantiam, eo minus eorumdem Inſignium delatio impugnari amplius valet, ut probat Baſſ. de ſodalit. quæſt. 5. num. 2. verſic. Nihil, ex conſuetudine Rota diſta deciſ. 727. num. 24. coram Molines.

Et ita &c. Utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. HERREROS.

COLONIEN. UTENSILIUM.

Lunæ 9 Martii 1761.

ARGUMENTUM.

Habes in Deciſione 96.

SUMMARIUM.

1 Ad Eccleſiæ reparationem, & Sacram Supellectilem comparandam, conſervandamque tenetur Patronus dum Eccleſia non habeat particularem Fundum, & dotem iiſdem oneribus proportionatam.

2 Lex præſumit Dotem Eccleſiæ ab initio conſtitutam, tamque pariter tum Rectoris ſuſtentationi, tum cæteris oneribus.

3 Rector, Dotales Fructus percipiens, omnibus Eccleſiæ oneribus ſubvenire debet.

4 Dominium Eccleſiæ rite probatur concurrente titulo donationis, itemque reſtitutione rei donatæ, nec non ex poſſeſſione.

5 Devium a Jure eſſet, Rectorem adigere ad ſubminiſtrandam Sacram Supellectilem Celebranti in propria Eccleſia.

6 Imo Celebrans in aliena Eccleſia ex titulo Capellaniæ, ſive Beneficii tenetur Utenſilia ſibi parare ſin potius congruam mercedem Eccleſiæ ſubminiſtranti rependere.

7 Alter, altero non debet eſſe conditione deterior.

8 Apoſtilla in margine Inſtrumenti appoſita an, & quando probet.

9 Ambigua probatio non eſt admittenda.

10 Nemo tenetur ad illa onera, de quibus nulla concurrit probatio.

11 Quævis obligatio ita interpretandi eſt ut minus noceat.

12 Stipulator ſibi imputare tenetur ſi pactum clarius non expreſſit.

13 A confeſſione partis recedere datum non eſt.

14 Teſtes exceptionem patientes, ſidem non merentur. & num. 16.

15 Nemo pro ſe Teſtimonium ferre poteſt.

16 Teſtibus errantibus, & mentientibus, credendum non eſt.

17 Propter editionem tituli expreſſi, ceſſetur quis receſſiſſe a titulo præſumpto.

18 Ea eſt attendenda conſuetudo, quæ reſpicit ſivecem divini Cultus.

19 Ut pia præſtatio ab initio facultativa evadat neceſſaria, quænam requirantur?

DECISIO XCVIII.

QUOD Provisionali utrinque Decreto primum juſſit Officialis, & poſtea Reverendiſſimus Nuntius Coloneuſis, ut ſcilicet Sanctimoniales Ordinis Ciſtercienſis in Oppido Deulshagen ſubminiſtrent Paramenti, omniaque neceſſaria Utenſilia Parocho, ſeu ejus Vicegerenti Celebranti in Altari Majori Eccleſiæ S. Clementis, quo Parochus, & Moniales communiter utuntur; improbavit in Tertia inſtantia Sac. Auditorum per Sententiam R. P. D. meo Finig pane ſubſcriptam, præviaDeciſione diei 24. Martii Superioris Anni. Et licet Parochus, Oppidique Univerſitas impenſiſſimo ſtudio hujus pronunciationis injuſtitiam oſtendere hodie conati fuit, rurſus tamen ſuccubuerunt, Patreſque de hac re interrogati Reſcripſerunt *in SEN-TENTIAM ROTALEM ESSE CONFIRMANDAM*.

Et merito quidem, nam non ſubſiſtit, Moniales id hanc tenere ſuppeditationem ex diſpoſitione juris, ex Tranſactione anni 1636, demumque propter vetuſtiſſimam, & immemorabilem Obſervantiam. Quod enim attinet ad Jus, perperam contenditur, Moniales quomodolibet obligatione, vel tanquam *Patronas*, vel tanquam Eccleſiæ *Dominas*, vel tandem uti habentes cum Parocho promiſcuum ejuſdem Eccleſiæ uſum. Non aliter enim Patronos urgeri valet ad Eccleſiæ reparationem, & Sacræ Supellectilis præbitionem, conſervationem que, quam ſi conclusioner docetur, &

2 omnino deeſſet particularem Fundum his oneribus deſtinatum, & Rectoris Dotem illis imparem eſſe, ut in ſpecie tradit *Rot.*

apud

Digitized by Google

apud Farg. de Jurepatr. part. 1. cap. 4. caſu 4. num. 15. & 16. Hac autem deficiente probatione, firmiſſima eſt juris præ-
2 ſumptio, Dotem ab initio fuiſſe conſtitutam, quæ ſufficeret tum Rectoris ſuſtentationi, tum reliquis omnibus oneribus, commodi rectoris ex Sacrorum Canonum Sanctione danda eſt a Fundatore aſſignanda. Atque hinc tritum magis ordinatum eſt in
3 Foro, & apud Doctores, quam Rectorem Dotales Fructus percipientem, univerſis Sponſæ ſuæ oneribus ſuccumbere debere Calderon *reſol. 70. num. 9.* Fargn. *de Jurepatr. part. 1. Can. 4. caſ. 11. num. 3. & 13.* San Mem. Benedict. XIV. *Notif. 22. vol. 5.* Rot. *in Emerita Jan. deciſ. 407. num. 3. & 4. & deciſ. 440. num. 6., & in Tudert. Capella 14. Maii 1726. §. Maxime, & §. Non obſtantibus, cor. illar. memor. Cardinali Priolo.* Tantum vero diſtat, hanc ab Actoribus probari Dotis tenuitatem, ut immo de ejus idoneitate non deſint argumenta.

Quod vero reſpicit Eccleſiæ *Dominium*, primo non facile percipitur, quomodo Parocho, & Univerſitati illud ſuffragari valeat Monialium Dominium, quod ipſi perperam quidem, ſed adhuc acerrime impugnant. Et ſane perperam: nam per certiſſima conſtat Monumenta, hanc Eccleſiam ſub annum 1255. Monialibus fuiſſe donatam: & ab ipſis poſtea propria etiam erogata pecunia ex integro refectam, conſtat ique ſimul de eorum vetuſtiſſima, & continenti poſſeſſione. Nihil igitur proponi valet,
4 cui concurrentibus titulis, & poſſeſſione, de complaniſſimo Dominio dubitari poſſit. Rot. *in Mediolanen. Juslum Parochialium 2. Maii 1706. §. Quandoquidem, cor. bon. mem. Caſſarelia.*

Deinde inauditum penitus eſt, recipientem Rectorem, ac Beneficiatum in propria
5 Eccleſia teneri ad ſacram Supellectilem recepto ſuppeditandam. Id namque injuſtiſſimum, & iniquiſſimum foret, proindeque vigent contra, valetque contraria ſententia ut ſibi cea celebrans in aliena Ec-
6 cleſia ex titulo Capellaniæ, ſeu Beneficii, teneatur ipſe, vel ſuæ ſumptibus Utenſilia ſibi parare, vel ſi malit, alienis uti, mercedem congruam Eccleſiæ perſolvere, ut a Sac. Concilii Congregatione firmatum teſtatur Mittheus. *Obſ. Cur. cap. 11. num. 7.* Urſaya *tom. 4. part. 2. diſc. 22. num. 66., & tom. 5. part. 2. diſc. 26.* Raff. *di ſcdelit. in Miſcellan. ſub tom. 41. §. Alibus quidem* San Mem. Benedictus XIV. *ſui Notif. 15. vol. 3.*

Præviſi tam tandem in *ſeſſo uſu* inſpiciendum eſt ad hanc obligationem inducendam, tum quia propter eam ſibi quiſque tenetur conſulere, tum quia communia uſus materialis Eccleſiæ non inducit Societatem in reliquis, & tum demum quia in pari jure, & cauſi vicſſim Moniales &
7 Parochus Utenſilia ſibi exhibere tenerentur. Tonna Satandos.

tur, & nullo concurrat exitu, una pars erga alteram majori premitur obligatione. *L. 3. L. 6. L. 29. L. 52. §. Item Papinianus, §. Si quis, & §. Fin. §. pro Soc.*

Eccleſiæ ſunt obligatione, non arduum profecto eſt alterum confutare, quæ deſcendere putatur ex jactatis illis verbis Tranſactionis anni 1636. ibi = *Dempto tamen conceſſione, & innovatione iſt, at D. Abbatiſſ. pro parte ſua in dict. S. Stephani &c. in Eccleſia comparebat, & DD. Conſules, & Commiſſarii, quemadmodum ab antiquo uſitatum iſt, hortatur, quod cum Utenſilium in Eccleſia deficiat, & a Monaſterio emendari intendat. Hæc in ordinem bonum redigere parata ſit, &c.* = In his enim verbis contineri dicitur confeſſio *taleſiæ obligationis* perſtandi Parocho quæcumque Eccleſiæ Utenſilia. At vero non relata verba non in corpore, ſed in inſtrumenti margine leguntur, carentque ſpeciali Notarii ſubſcriptione. Spuria igitur cenſenda ſunt, niſi
8 Parochus & Univerſitas ad manus docent una, eademque manu, ac ſtylo tam inſtrumentum, quam marginalem additionem fuiſſe conſcripta, vel niſi hujus Apoſtillæ veritas aliunde comprobetur. Rot. *deciſ. 542. num. 51. & 52. part. 5. tom. 1. Rec., deciſ. 340. num. 4. part. 12., deciſ. 213. num. 1. & 2. part. 13., deciſ. 389. num. 17. part. 18., & deciſ. 388. num. 5., & ſeqq. part. 19.* His accedit, alterum exhiberi a Monialibus hujus inſtrumenti exemplar, in quo marginalis Apoſtilla longe diverſa eſt, planeque nil continet, quod ad ſignificandam indefinitam earum obligationem detorqueri commode poſſit. Incertum autem modo eſt, cuinam ex allatis Exemplaribus fides adhibenda ſit, & conſequenter incerta, & ambigua deprehen-
9 ditur Parochi, & Univerſitatis probatio, mentis illorum reſiciendi eo ſtomatu per Rot. *cor. Molin. deciſ. 741. num. 13., & in Romana Demolitionis 13. Julii 1755. §. 3. coram Illmo Pega ena.*

Sed ſuperius tranſcripta verba carent etiam per hypotheſim omni vitio, ac ſuſpicione. Porro illa non de omnibus loquuntur Utenſilibus, ut male exiſtimatur, ſed de iis duntaxat, quorum emendatio, & conſervatio ad Monaſterium pertinebat. Ibi *in Iterrogeti, quod tenentur Utenſilium in Eccleſia deficiat, & a Monaſterio emendari intendat.* Una enim eſt interrogatio, ut ſæpe quæ quidquid deficeret ex Utenſilibus a Monaſterio præſtandis. Sunt vero nonnulla, quæ Monaſterium, & ſemper præſtitit, & præſtare in futurum paratiſſimum eſt, videlicet duos Cereos alterni *bebdomadæ pro ſummo Altari, Oleum pro Lampade coram Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento pro una anni medietate, ac unum pro Sacris neceſſarium pro una anni tertia parte.*

De his igitur tribus oneribus, quæ Monaſte-

rio

nio certiſſime ſemper incubuerunt, in-
30 telligenda eſt annua Abbatiſſæ interrogatio, minimeque trahi debet ad alia onera, de quibus nulla exhibetur confeſſio, nulla probatio *Rot. in. Fabon. de ajus. decif.* 34. num. 8. Præſertim quia quævis promiſſio, & obligatio ſtricti juris eſt,
31 ſemperque ita cohibenda, ut Promiſſori minus noceat, quam fieri poteſt. *Rot. in Imolen. Executionis Inſtrumenti 23. Julii 1755. §. 7., & in. coram Illuſtriſſimo Figueroa, & in Placentina Præeminentiarum ſuper bono Jure 30. Januarii 1756. §. 5. in fin. coram Eodem.* Et ſtipulator imputare ſibi
32 debet, cur ampliatoribus verbis pactum ſcribi non curavit. *Averan. lib. 2. interp. jur. cap. 2. Rot in Romana Immiſſionis 20. Febr. 1756. ſub §. 9. cor. Eod. Illmo Figueroa.*

Verum ſi quid etiam huic Tranſactioni ambiguitatis ineſſet, hanc ſuſtulit poſterior Tranſactio anni 1688, quæ Abbatiſſæ, ac Monialibus plura quidem attribuit jura, at vero quoad onera (uno excepto ſpecialiter expreſſo) ſe retulit non ad præcedentem Tranſactionem anni 1636, ſed ultius ad obſervantiam immemorabilem = *De cætero, inquit, omnia, & ſingula ex parte Conventus, & Parochiæ ultra hæc exhibita pacta gravamina, & alia id, quod in præſenti receſſu præcautum non eſt, ſecundum immemorabile Jus, & conſuetudinem immutabiliter permanebit* = Agnoverunt igitur Partes, ac perſpicue confeſſæ ſunt, non aliam extare onerum cauſam, & originem, quam conſuetudinem; nec aliunde, quam ab immemorabili obſervantia expetendum eſſe titulum cujuſvis
33 obligationis Monaſterium prementis. Ab illa igitur tamen apertâ Partium confeſſione recedendum hodie non eſt. *Leg. de ætate ff. de interr. action. L. Cum te de tranſact. L. generaliter Cod. de non num. pecun.*

Cæterum id tandem diffiteri non audiverunt Parochus, & Univerſitas, quippe qui fidentius omne ad tertiam in conſuetudinis, & obſervantiæ præſidium convolabant, plures exhibendo Teſtes affirmantes, Parochum carere omnino Sacra Supellectili, eamque a tempore, cujus memoria non extat, ſemper a Monialibus commodatam fuiſſe. Addebant conſuetudinem cultum. Denique ſervitium reſpicientem, licet originem habuerit a facultate, ac liberalitate, adhuc per lapſum longi temporis obligationis vinculum, præſtandique neceſſitatem inducere. Verum ab hoc etiam loco facile dejecti fue-
34 runt. Primum enim penitus Teſtes tot vitiis, & exceptionibus ſubſunt, ut nullam in Judicio fidem mereantur.

Et porro hunc ipſi litem contra Moniales ſuſtinent, & uſurpato nomine Univerſitatis, ſictoque fœdere cum Parocho in hac Cauſa partes gerunt Actorum. Nimis autem a jure devium eſt, ut quis in una, eademque Cauſa, & Litigator ſit, & Te-
35 ſtis, ac pro ſe ipſo teſtimonium dicat; ut in ſimili caſu reſpondit *Rota in Ornaten. Juris Exiſtimationis ſuper Jure Alienigeno 2 Martii 1750 §. 5. cor. bon. mem. Viſconte.* Præterea in eorum depoſitionibus nonnulli deprehenduntur inexcuſabiles errores, & inter reliqua tolerari non poteſt, eos licet a Patria diu fuerint abſentes, nihilominus teſtari de continenti, aſſiduaque obſervantia, perinde ac ſi quotidie in Patria, Eccleſiæque interfuiſſent. Errantibus autem, & mentientibus
36 Teſtibus credendum non eſt. *Rot. in Auximana Tradit. 14. Junii 1710. §. Sextet, cor. bon. mem. Card. Sacrip.*

Certior vero, quæ prædicta Teſtibus adverſantur alii a Monialibus producti, qui jactatam obſervantiam infirmantur, Parochumque, confirmant, Sacræ inſtrumenta eſſe ſitus inſtructum. Et adversatur quoque factum Parochi, & Univerſitatis, qui ad probandam Monialium obligationem in principio, progreſſuque hujus litis, ad certum Tranſactionis titulum confugerant. Videntur igitur reſpuiſſe, & inutilem, imperfectamque agnoviſſe titu-
37 lum præſumptum, qui ab immemorabili obſervantia deduci non contenditur, ut probat Deciſio R. P. D. mei Frangipane §. 5.

Sublatis Teſtibus, nihil eſt, cui reſpondentur ja-
38 ctato favore militantis pro conſuetudine, quæ Dei cultum, ſervitiumque reſpicit. Sed adhuc dubitari poteſt, an hæc regula aptari poſſit præſenti hypotheſi, in qua non quæritur, num Eccleſia debeat Sacram habere Supellectilem, vel potius illa carere, ſed quæritur, quænam ex duabus Eccleſiis æque Deo dicatis hoc, exterorum neceſſario, & inevitabili onere ſuccumbere debeat. Præterea illud etiam in controverſiam advocari poſſit, an una præſtatio evadat neceſſitas, & præciſam pariat obligationem, præter actuum
39 frequentiam, temporiſque diuturnitatem, animus etiam requiritur pro inducenda conſuetudine. Porro hoc animi propoſitum requiri tenentur Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib. 2. cap. 11. num. 20* Ventrigl. *in prax. tom. 2. annot. 18. §. unic. num. 4.* Pamormit. *decif.* 15. *ubi.* *num. 10.* Rot. *decif.* 142 *num. 14. ad Mirter. R. Regim. etc.* Sed neceſſitatem hanc diſſentiendi quæſtio-
40 nis Nobis aſſerverunt Teſtium vitia, quæ in cauſa ſunt, cur nullum obſervantiæ genus haſtenus probatum dici valeat.

Et ita &c. Utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. DE ZELADA.

TARRACONEN. REÆDIFICATIONIS, ET RESTAURATIONIS ECCLESIARUM.

Veneris 19 Junii 1761.

ARGUMENTUM.

Deficiente particulari Fundo deſtinato ad Eccleſiæ reparationem, Sacramque Supellectilem parandam, id onus ſubire tenetur illa Communitas, quæ inibi habet Spirituale Commodum, & altera Univerſitas, quæ nihil comodi in ea habet ad ejuſmodi contributionem non tenetur, non obſtante quod hujuſce Univerſitatis Homines utantur Eccleſia Filiali, qui exinde non tenentur ad contribuendum in Reædificatione Eccleſiæ Matricis. Excluditur unio ſubjectiva, quam æque principalem eſſe multifariam demonſtratur.

S U M M A R I U M.

1 Ubi non adſit Fundus deſtinatus pro reædificatione Eccleſiæ, & illius redditus vix ſtant Rectoris ſubſtentationem, Univerſitas ad ejuſdem onus contributionem tenetur.

2 Quia illius Homines Spirituale commodum ab ea recipiunt.

3 Idem dic de refectione Sacrarum Supellectilium.

4 Hoc namque in re placuit Eccleſiæ onera illi incumbere, qui commodum exinde habet.

5 Hinc ceſſante commodo, & utilitate, Univerſitas non tenetur contribuere ad onera Eccleſiæ alterius Univerſitatis. *& num 7. 17 & 20.*

6 Titulus obſcurus, & ambiguus non prodeſt.

8 Si verba Unionis non diriguntur in utramque Eccleſiam, ſed dumtaxat in unam, ſubjectiva cenſetur unio.

9 In unione ſubjectiva transferuntur Jura Eccleſiæ unitæ in alteram, cui fit unio.

10 In unione vero æque principali Jura unius Eccleſiæ non tranſeunt in alteram, ſed remanent apud eam, ad quam ante unionem pertinebant.

11 Eccleſia minus digna cenſetur ſubjective unita digniori.

12 Si tenuitas redditaum utriuſque Eccleſiæ fuerit Cauſa decernendæ unionis, hæc cenſetur æque principalis.

13 Ampla, ſi facta unio fuerit cum expreſſa declaratione ſervandi illæſa utriuſque Eccleſiæ Jura.

14 Adducitur ratio.

15 Unio æque principalis verificatur in Eccleſiis, quæ unitæ fuerint ad invicem.

16 Per unionem ſubjectivam illico reſolvitur qualitas Vicariæ perpetuæ.

18 Habens commodum in Eccleſia Filiali, non propterea tenetur ad contribuendum in expenſis reædificationis Eccleſiæ Matricis.

19 Nemo præſumitus diutino tempore competentia ſibi jura negligere.

21 Onus reædificationis Eccleſiæ, habens cauſam de præterito, illis etiam incumbit, qui Eccleſiam dereliquerint poſt ſuperventam neceſſitatem reædificationis.

22 Non vero illis qui diſceſſerint ante ſuperventam neceſſitatem Eccleſiæ reædificandæ.

23 Pro effectu contributionis in reædificatione Eccleſiæ neceſſaria eſt univerſalitas uſus ipſius, vel pro majori ſaltem parte.

24 Utentes vario tempore duplici Parochiali Eccleſia, ferre non debent onus reparationis illius Eccleſiæ, qua pro minori anni parte utuntur.

25 Hinc propterea modica præſtatio Olei pro Lampade, derivans ex pia dumtaxat devotione, non inducit onus contributionis in ædificatione novæ Eccleſiæ.

DECISIO XCIX.

QUO die Cardinalis Cervantes Tarraconenſis Archiepiſcopus in Sac. Viſitatione anni 1573. ab ejus Metropolitana, & Parochiali Eccleſia dimembravit Habitatores, & Locum *della Cannua*, Eccleſiamque ibi extantem erexit in Vicariam perpetuam, eodem die hanc univit vicariæ Parochiali Eccleſiæ *del Maſmuart* pjabenti, has geminas Eccleſias habendas eſſe pro *una Eccleſia Curata, & Parochia* ab uno regendas, & gubernandas Rectore ad instar aliarum Eccleſiarum ad invicem unitarum. Unionis autem modo, qui Parochi munus unum ipſum obibat in Oppido *del Maſmuart*, ibi quoque poſt eam reſidere pergerat, donec anno 1641. in illud irruentibus Mauris, qui præter Oppidi direptionem, Eccleſiam quoque è Fundamentis propemodum everterant, oportuit, ut Parochialem munerum exercitium in Eccleſiam transferretur *della Cannua*. Et cum hanc diruendam, binisque Parturum incurſionibus, quamvis Maſmuartenſes cognate ab eo tempore nequivint de eorum Eccleſiæ reparatione, tamen tamen fuit tandem impletum, ut non ante annum 1713 illam cum effectu reædificaverint, Sacramenta interim ſuſcipientes, & audientes Divina in Eccleſia *della Cannua*.

Cum autem anno 1746 hanc quoque Eccleſiam vetuſtate fatiſcentem reædificari mandaverit Reverendiſſimus Archiepiſcopus; hinc Univerſitas, & Homines dictæ Villæ hoc Mandato ſine mora parentes, eliſdictos putabant Oppidanos del *Maſmuart* ad eandem collationem ſumptuum pro Fabrica, & Supellectili innovationis promiſſumi communis uſui, quem divinumque Eccleſiæ reædificandæ. Maſmuartenſes vero negantes, hoc onus ad ſe pertinere, prætendebant è converſo, inhabitantibus dictam Villam incesse obligationem contribuendi in impenſam reædificatæ Eccleſiæ *del Maſmuart*, ejuſque ornamentorum ob ejus aſſertam Matricem, & aſſertam reſpective ſubjectionem Eccleſiæ *della Cannua*. Reciprocæ igitur hujuſmodi prætenſiones, in Judicium deductæ ſunt apud Curiam Archiepiſcopalem Tarraconæ, & quidem Vicarius Generalis Maſmuartenſium votu adhæſit. Contrarium vero ſentiens A. C., pronuntiavit pro Incolis *della Cannua*. Verum Sac Tribunal, cujus Juſſu eadem controverſia tertio loco ſubmiſſa fuit, ſententiam utrique vit utramque. Delegatam enim Mihi Appellationis Cauſa, ſect. die 19. ſuperioris Menſis Januarii abſque reſolutione quæſitum **an**, *& quis teneatur ad expenſas reædificationis, & reſtaurationis Eccleſiarum Oppidi del Maſmuart, ac Villæ della Cannua, earumque ornamentorum, & Supellectilium* **an**, repetita tamen hodie ejuſdem quæſiti diſcuſſione, additis Quæſito, & Sexti ſuffragiis, reſponſum fuit = *AFFIRMATIVE JUXTA MODUM, NEMPE UTRAMQUE COMMUNITATEM TENERI AD EXPENSAS PRO PROPRIA ECCLESIA*.

Æquum porro eſſe non valet hæc reſolutio. De duabus enim agitur Eccleſiis, quarum altera in Oppido jacet dici *Maſmuart*, in qua ejuſdem Oppidi Habitatores, & Incolæ de Fidei Myſteriis inſtruuntur, Sacramenta recipiunt, Miſſas audiunt, ſacrique inhumant Funebrandos, ac Mortuos tumulantur. Altera ſita eſt in diverſo loco, hoc eſt in Villa *della Cannua*, quæ Incolentibus eandem Villam in exhibitione Sacramentorum, Sacrorum celebratione, prædicatione Verbi Dei, & in cæteris divinis Officiis deſervit. Semel ne impulit propterea neceſſitas, ut utraque ex hiſce Eccleſiis una poſt alteram reædificari debuerit, & pro eorum ex eis aliis autem patrimonii Fundis, aliisque redditus congrui Rectoris ſubſtentatione deductis,

1 ad onus hujuſmodi ferendum ſint impares, Juri ſane conſonum eſt, & æquitati, ut unaquæque Univerſitas, ſive cujuſque Loci Cives, & Habitatores proprie Eccleſiæ conſulant reædificationi, ejuſque onus ferant, ſumptuſque tribuant iidem

2 ipſi ſunt, qui propter Eccleſiæ ſentiunt utilitatem, ipſique ſunt, qui ſpirituale commodum ab ea recipiunt, juxta ſanctionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 21. de reform. cap. 7.* Abb *conſ. 75* num 1 pat. 1. Lambertin *de Jurepatr. arth. 1. quæſt. 7. princip. lib. 3 num. 4.* Buboſ *de Offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 64 num 7 & ſeqq & de Parochi parte prima cap. 13 num 6.* Knotter *quæſt.* Carm *in Decretal lib. 3. tit. 48. art. 1. num. 3603.* Spirell. *deciſ. 67. num 8 & 9.* Pammoll *deciſ. 15. adnot. prima num* ne Rot *deciſ. 545. num 1, part. 3. rec. & deciſ. 148 num* 11. *cor. Molin.*

Hæc autem Juris diſpoſitio, quæ circa Eccleſiæ reparationem, vel reædificationem, recepta eſt, æque procedit quoad refe-

3 ctionem Sacrorum Supellectilium, & ornamentorum, tum Altaris, tum Miniſtrorum, quippe quæ ad habendam Eccleſiæ uſum, atque ad debitum Deo exhibendum cultum ſunt neceſſaria, proindeque contribuere tenentur & ipſa in ſpirituali Civium, & Habitantium commodum, quod fons, & principium eſt eorum obligationis; vigente hic maximo

- Jont

Juris regula, quæ tradit ad eum onera
4 cujuſque rei ſpectare oportere, ad quem
ejus commoda pertinent, ut per *Text.*
in cap. fin. de Teſtam. in ſubjecta re ex-
pendunt Barbos. *conſ. 26 num.* 1. *&* 4.
in fin. tom. 6. Surd. *conſ.* 62 *num.* 5. Bellet.
diſquiſit. Clericali. tit. de Cleri. dubit. § 13.
num. 13., *&* § 14. *num.* 4. Ventrigl. *in*
prax. part. 2. *annot.* 12. § *unic. num.* 2.
Ugolin *de Offic.*, *& Poteſt. Epiſc. cap.* 14.
§ 1 *num.* 3.

Hinc non poterit non reprobari reciproca
utriuſque Univerſitatis prætenſio, ad par-
tem oneris, unicuique ex ipſis privative
inhærentis, Univerſitatem alteram obligan-
di. Nam ſi principalis, imo potiſſima
cauſa contributionis in expenſas reædifi-
cationis Eccleſiæ derivat ab uſu, ſive a
ſpirituali commodo, quod ei utentibus
ipſa præbet, ratio utique non eſt, ut In-
colæ Villæ *della Cannola* gravaquam con-
ſerant in ſumptum reædificandæ Eccleſiæ
del Maſtiari, cum nunquam ipſi hujus
Eccleſiæ commodo uſi fuerint. Et neque
æquum eſt, ut Maſiicatenſes partem one-
ris ſentiant reædificationis Eccleſiæ *della*
Cannola, quia eidem nil deſerunt ab an-
no 1713, quo propriam reædificarunt
Eccleſiam, & quo tempore Eccleſia *della*
Cannola nulla penitus indigebat reparatio-
ne. Ceſſante proinde promiſcuo commu-
5 nione uſu, & nullatenus debitam Eccle-
ſiarum inter utriuſque Loci Cives, & In-
colas, ceſſare etiam oportet obligationem
Habitantium in uno ex dictis Pagis erga
Eccleſiam in altero ex iis exiſtentem;
ut generaliter omiſſis, in genere ſubjectam
quæſtionem advertunt Carpzov. *Juriſprud.*
Conſiſtor. lib. 2. *tit.* 22. *diffinit.* 45. *num.* 1.
& ſeq. Sleungt. *de Salva. Armeſa. ſell.* 3.
cap. 1 § 11.

Inutiliter vero Maſiicatenſes ad ſumptus ero-
gatos in eorum Eccleſiæ reædificationem
obligatos perhibent Incolas Villæ *della Ca-*
nnola, eo quod illa ſit vere Eccleſia Pa-
rochialis, & *Matrix*, & altera in dicta
Villa exiſtens fuerit eidem ſubjective
unita, ſitque tantum *Filialis*, & ſuffra-
ganea. Quoniam nec perſpicua viſa fuit
ſubjectiva qualitas Eccleſiæ *della Cannola*
6 erga alteram Eccleſiam Oppidi del Maſ-
tiari; itaut iſthæc Univerſitati nihil pro-
deſſe valeat titulus plane obſcurus, & am-
biguus, juxta *Text. in cap. Cum inuilagat*
de Offic. Delegat. Clementin. *Conſilium de*
Elect. & *Leg.* 10. 17. *& aux. Cod. de pro-*
bat. Nec ſubjectiva qualitas unius Eccleſiæ
erga alteram afficax eſt in concreto, de
quo agitur, caſu ad refundendam partem
oneris reædificationis Eccleſiæ Matricis in
7 Parochianos Eccleſiæ Filialis tantum utan-
tes, nulloque ſentientes ſpirituale com-
modum Eccleſiæ Matricis, ut inferius op-
portunius loco probabitur.

Et ſane inſpecta Tabula, per quas Anno 1573.
Cardinalis Cervantes Tarracenenſis Ar-
chiepiſcopus utriuſque Eccleſiæ Unionem
peregit, aliam pugnantia circa ejus qua-
litatem, ex illis producunt argumenta, ut
facile non ſit definire, num ipſe Unio-
nem jubere intellexerit ſubjectivam, vel
æque principalem. Illa enim verba, per
hanc formulam concepta *in dictam Eccle-*
ſiam, ſeu Vicariam della Cannola per Nos
&c. In Vicariam utilem, & dicta Eccleſia
del Maſtiari videlicet cum fructibus, red-
ditibus, Juribus, & emolumentis ad locum
ipſum della Cannola tam ſub diale, &
Habitantibus &c. eidem Eccleſiæ del Maſ-
tiari valentes perpetuo unimus, aſſignamus,
& incorporamus == præſeferre ſana viden-
tur Unionem ſubjectivam Eccleſiæ *della*
Cannola alteri *del Maſtiari*. Nam quando
Unionis verba non diriguntur in utramque
8 Eccleſiam, ſed in unam ex duabus, quæ
alteri unitur & incorporatur, Unio re-
gulariter ſubjectiva cenſetur, juxta diſtin-
ctionem *Gloſſ. in Can. Et temporis* 48 16
qu. 16. *quæſt.* 1. *verb. autem*, quam commu-
niter ſequuntur Garz. *de Benefic. part.* 12.
cap. 2. *de Union. num.* 55. Barbos. *de Offic.*
& Poteſt. Epiſc. allegat. 64. *num.* 13. *&*
ſeq. Pax Jordan. *Lucubrat. Canon. lib.* 10.
tit. 30. *num.* 1. Turricell. *de Union. cap.* 3.
num. 16 Rota *coram bonæ mem. Jaa dieiſ.* 786.
num. 2. *in Neapolitana* 25. *Junii* 1708.
§ *De Union*, *coram alias mem. Card. Scotti*,
in Savonen. Reſtaurationis Parochialis Eccle-
ſiæ 4. *Martii* 1709. § *Quamvis*, *coram*
eodem.

Maxime vero, quia Eccleſiæ *del Maſtiari* ſu-
cta fuit Unio Eccleſiæ *della Cannola* cum
Fructibus, Redditibus, Juribus, & Emolu-
mentis. Tranſlatio quippe Jurium Eccle-
9 ſiæ unitæ in alteram, cui fit Unio, re-
vera continet in Unione ſubjectiva. Nam
in Unione æque principali, jura unius Ec-
cleſiæ non tranſeunt in alteram, ſed per-
10 ſeverant apud eam, ad quam ante Unio-
nem pertinebant, ut quoad primam pro-
poſitionem notaret Ionoc. *in cap. Quod*
ſedem num. 2. *de Reſtit. ſpoliat.* Turricell.
de Union. cap. 11. *num.* 11. *&* 45. Marg.
de Beneſic. quæſt. 4. *num.* 70. *&* 71. Rota
coram Cavaler. deciſ. 599. *num.* 2. *& ſeq.*
coram Merlin. deciſ. 115. *num.* 6. *&* 7. *coram*
Capras. deciſ. 365. *num.* 20. *& coram Mo-*
lin. deciſ. 784. *num.* 41., & quoad ſecun-
dam advertunt Fagnan. *in cap. Noſtra*
num. 4. *de Jud.* Cacculup. *in Tract.*
de Union. art. 8 *num.* 5. Rebuff. *in Prax.*
Beneſic. tit. de Union. num. 11. Turricell *de*
Union. cap. 3. *num.* 8. *& ſeq.* Rota *deciſ.* 78.
num. 40 *rec. Molin.*

Hiſque additur animadverſio, quod Eccleſia
del Maſtiari, citra controverſiam dignori
prærogativa fruebatur, quia ab antiquo
tempore erat Parochialis, & Eccleſia *del-*
la Cannola è contrario Membrum peran-
tea fuerat Eccleſiæ Cathedralis Tarraco-
nen.

næ, & ipſa tantum Unione die in Vicariam perpetuam erecta fuerat. Quæ ſana circumſtantia congruum & ipſa præ-
31 bet argumentum, Eccleſiam minusdignam non principaliter, ſed acceſſorie, & ſubjectam fuiſſe dignioni unitam, ut ratiocinatur Rebuff. *in Prax. Beneſic. par. 3 tit. de Union. num. 17. & 19.* Alfonſ. Hojed. *de incomp. Beneſ. par. 2. cap. 3. num. 4. & 5.* Turreell. *de Union. cap. 4. in princ.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. § 7. num. 119.* Murga *de Beneſic. quæſt. 4. artic. 1. § 2. num. 16. 17.* Rota *deciſ. 353 num. 6. par. 5 Rec.*

Utcumque tamen hæc negeat quam maxime, ut negari queat, Eccleſiam *della Cannonicum* ſubjective extraxiſſe Eccleſiæ *del Maſricari*, inſpecta nihilominus finali cauſa, propter quam Cardinalis Cervantes ad utriuſque Eccleſiæ Unionem procedere profeſſus fuit, aliiſque perpenſis adverſantibus expreſſionibus, quæ in Tabulis leguntur ejuſdem Unionis, anceps hærere oportet, dubiumque de ejus qualitate Judicium. Cauſa porro determinandæ Unionis non alia fuit, quam tenuitas utriuſque Eccleſiæ redditum, quos idem Archiepiſcopus agnovit *adeo tenues, ut ex ipſis in qualibet earum unus Presbyter, ſeu Rector ſe ſubſtentare commode, & honeſte minime poſſit.* Quemadmodum igitur hæc Cauſa ambas æque afficiebat Eccle-
32 ſias unitas, hinc plane conſequitur, quod ambæ æque principaliter unitæ intelligantur, conſtituantur ad parem unius, atque alterius neceſſitatem, ut perpendit Rota *deciſ. 1715 num. 9., & deciſ. 1094. fere per tot. coram Emin. Jan. deciſ. 631. num. 6. & ſeq. part. 19. tom. 2. Rec., & in Compoſtellana Parochialium 27. Januarii 1739. § 7 cor. Rmo Cristaldo.*

Conjecturam ex cauſa finali emergentem confovent, conſummantque declarationes in Tabulis Unionis adjectæ. In ea enim jubetur, ut Eccleſiæ ita ſint *in omnibus, firmitas, & obſequia ſua ita gravamina, ſint aliquo modo fundantur.* Quoties enim
33 utriuſque Eccleſiæ Jura, & obſequia perſeverare debent illæſa, itaut earum ſtatus nullam ſubitarus eſſet alterationem, Unio æque principaliter facta dici debet, cum perſeverantia præcedentis ſtatus Eccleſia-
34 rum non ſit compatibilis cum unius erga alteram ſubjectione, ut appoſite docent Boerius *in Deciſ. tal. lib 3. tit. 5. § 195.* Slevogt. *de Union Beneſic ſect. 3 cap. 1. § 3.* Rota *deciſ. 156 num. 6. part. 11. deciſ 632. num 9. & ſeq part. 19. Rec., & in Cracovien. Canonicatus 15 Januarii 1725. § 9. coram ſlar. mem. Card. Caſtagnola.*

Collimat in hunc ſenſum ſuperaddita declaratio, tam Eccleſiam *del Maſricari*, quam illam *della Cannia* in poſterum ut *Unica Eccleſia Curata, & Parochialis haberi, & per unum Rectorem regi, & gubernari, ſicut alia Eccleſia ad invicem unita.* Et quippe dicuntur Eccleſiæ ad invicem unitæ,
35 quarum Unio eſt æque principalis, ut tradunt Gonzal. *in Commentar. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. § 7 num. 18. & 119.* Garz. *de Beneſic. par. 12. cap. 2. ſub num. 7.* Rota *deciſ. 632. num. 5 part. 19. tom. 2. deciſ. 1166. num. 3. coram Molin., & in Colimen., ſeu Lerdeen. Unionis 17. Martii 1752. § 21., & 3. Julii ejuſdem Anni § 10. cor. Rmo Molino.*

Et prætereunda denique non eſt animadverſio illa, quod memoratus Archiepiſcopus Eccleſiam *della Cannia* Cathedrali Tarraconenſi, cui ante Unionem ſubjiciebatur, diſmembravit, ac in Vicariam perpetuam erexit, priuſquam eam ita diſmembratam, & Parochialem effectam, ipſe uniret Eccleſiæ *del Maſricari*. Id autem grave præbet Unionis æque principalis argumentum. Nam, ſi ea fuiſſet Archiepiſcopi mens ſubjective uniendi Eccleſiam *della Cannia*, profecto poſt illius diſmembrationem a Cathedrali, eam unire debuiſſet Eccleſiæ Parochiali *del Maſricari*. At eam contemporanee non erexiſſet in Vicariam perpetuam, quia vix credibile eſt hanc ei ad tempus voluiſſe qualitatem nec momento temporis duraturam. Nam per contemporaneam Unionem ſubjectivam, eadem adjecta qualitas illico reſoluta remanſiſſet,
36 & extincta, juxta *Text. in cap. Kyuleuter § ſunt de Stat. Monach. Gloſſ. in cap. 2. verb. uniendo in Sol. vacan., & in Clementina per litteras verb. Eccleſ. de Prabend.* Rota *in Sevonen. Reſtaurationis Parochialis Eccleſiæ 8. Martii 1709. § Quamvis, cor. ſlar. mem. Card. Sacri.*

Negari itaque nequit, ambiguitatis plenam eſſe quæſtionem circa qualitatem Unionis Eccleſiarum *del Maſricari, & della Cannia*, & conſequenter Maſricarteuſes concedidiſſe eorum petitionem Juri nimis ambiguo, & ancipiti. At non ancipiti tantum, verum etiam ad quæſtionem in concreto caſo dirimendam inefficaci. Quæ ponderatio, illius definendæ neceſſitatem ademit Sacro Tribunali, abſtinere aſſueto ab edendo Judicio ſuper quæſtione ad deciſionem propoſiti caſus non profutura.

Et re quidem vera Inutilis eſt hæc dicta quæſtio, nam, ubi etiam concedatur, Eccleſiam Villæ *della Cannia* fuiſſe ſubjective unitam, ac eſſe filialem, non ideo tamen Homines ejuſdem Villæ contribuere tenerentur in ſumptus Conſtructionis Eccleſiæ in Oppido *del Maſricari* reædificandæ, quæ per hypoteſim figuratur Eccleſia Principalis, & Matrix. Nam cum Incolæ prædictæ Villæ ſuam habeant propriam Eccleſiam, quæ ipſi unice in rebus Sacris utantur, nec illa ordinarie communione fruantur Spiritualis utilitatis, & commodi Eccleſiæ *del Maſricari*, nulla etiam obligatione adſtringuntur ad partem ſumptuum

in

in iſtius reædificationem erogatorum conferendam, ob deficientem cauſam productivam obligationis Parochianorum,
17 quæ derivat a commodo Spirituali, quod illi ab Eccleſia reædificata, vel reædificandâ recipiunt, ut præter *Authoritates* indicatas ſupra § 3., & 4. tradunt Amoſtaz. *de cauſ. piis tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 75., & *ſeq.* Klok. *de contribut. cap.* 10. *num.* 51., & *ſeq.* Cortiad. *deciſ. Catalon* 180.
18 *num.* 17., & 10. *num.* 3. Et in præmiſſis terminis effectum Eccleſiæ Filiali, quoad onus reædificationis Eccleſiæ Matricis non teneantur, edocent Carpzov. *Juriſprud. conſiſtor. lib.* 2. *tit.* 22. *definit.* 45. *numero primo*, & *plur. ſeq.* Slevogt. *de Diœc. Eccleſiæ ſell.* 3. *cap.* 1. § 11. Boehmer, *in Jus Parochiale ſect.* ... *de ... Parochi* ... *cap.* 3. § 3.

Quod jam agnoviſſe videntur ipſimet Maſticartenſes, qui licet ab anno 1713. propriam reædificaverint Eccleſiam, nunquam adhuc per decurſum triginta annorum, & ultra prætenſionem excitarunt exigendi contributionem ſumptuum in eam cauſam factorum adverſus Incolas *della Cavana*, nec hanc promoverunt petitionem, niſi poſtquam in Judicium ſe laceſſitos inſpexerunt ad contribuendum in ſumptus reædificationis Eccleſiæ ejuſdem Villæ. Hoc enim adeo diuturnum ſilentium, nonniſi ad agnitionem ſibi deficientis actionis in Homines dictæ Villæ referri congrue poteſt. Nam aliàs haud omiſiſſent per tantum tempus, Jura, ſi
19 quæ ſibi competere putabant, exercere, & in Judicio experiri, ad *Text. in Leg. Si quis forte verſ. quis enim ff. de pæn.* Rota *coram Anſald. deciſ.* 712. *num.* 12., & *coram Falconer. tit. de ſervitut. deciſ.* 6. *num.* 1. & *de ſabbat. deciſ.* 1. *num.* 18.

Contributionem vero, quam in ſumptus propriæ Eccleſiæ ad hactenus expenſis injuſte petunt Maſticartenſes adverſus Incolas *della Cavana*, æque injuſte illos pro eorum Eccleſia adverſus illos repoſcam compertum fiat. Eadem quippe retenta traditione Juris, quod nonniſi, quæ ipſis Spirituale commodum, quod ab Eccleſia ſentit, ſubire cogatur expenſis illius Reſtaurationis, vel novæ Conſtructionis, tam non eſt, ut Maſticartenſes conſirmæ teneantur partem in reædificationem Eccleſiæ *della Cavana*, quam ex iti deſeruerunt ab anno 1713, quo propriam Eccleſiam in eorum Oppido ſibi conſtruxerunt. Cum
20 enim ab eo tempore quod ipſis ceſſiverat uſus Eccleſiæ dictæ Villæ, conſequens eſt, ut eos minime afficiat ſuperveniente deinde neceſſitas illius Reædificationis, ut animadverſum fuit *ſupra* § ...

Nec refert viſum fuiſſe, quod Maſticartenſes Eccleſia dictæ Villæ uſi fuerint uſque a tempore ... per Muros eorum Eccleſiam, & obligatio ad onus reædificationis oriatur a commodo Spirituali, quod ab Eccleſia reædificanda receptum fuit in *præteritum*. Quoniam DD. ponderarunt, anno 1713, quo Maſticartenſes novam ipſorum excitarunt Eccleſiam, nullam prorſus reficiendæ Eccleſiæ *della Cavana* extitiſſe neceſſitatem, quæ emerſit tantum deinceps, itaut non prius, quam anno 1745 Rmus Archiepiſcopus illius mandaverit renovationem. Hoc igitur onus pertinere non poteſt ad Maſticartenſes, veluti non amplius eadem utentes Eccleſia, cum ſupervenit ejus reædificandæ obligatio. Quod dicitur etiam, illam obliga-
21 tionem habere cauſam de *præterito*, procedit relative ad illos, qui uſi commodo Eccleſiæ quouſque ejus reædificationis advenit neceſſitas, vellent ab obligatione jam purificata ſeſe ſubtrahere, vel per receſſum a Parochia, vel per renunciatio-
22 nem ejus uſus in tempus futurum, et minus recte trahi prætenditur ad illos, qui uſum Eccleſiæ dereliquerant ante natam ejus reædificandæ neceſſitatem, ut explicant Cortiad. *dec. Cathalon.* 180. *numer.* 22., & *ſeq. tom.* 2. Spereil. *dec.* 67. *num.* 51., & *ſeq.* Pavimoll. *deciſ.* 15. *adnot.* 2. *num.* 14.

Deſpecta penitus replicatione, quod nova Eccleſia Oppidi del Maſticart, tum adhuc ſaltem anno 1745 habuiſſet perfectionem, & Oppidani Spirituale Commodum recipere continuaverint ab Eccleſia Villæ *della Cavana*. Prima pars enim replicationis ſubmovetur, tum a Paſtorali Viſitatione ejuſdem anni 1745, ubi *Eccleſia del Maſticart* deſcribitur, veluti uſque tunc pleniſſime abſoluta, tum etiam a Teſtibus formiter examinatis, & a luculento ipſiuſmet Parochi Teſtimonio, ex quibus habetur, jam tunc in dicta nova Eccleſia Sacra celebrari, Matrimonia contrahi, Cadavera ſepelliri, & cætera quæque Divina Officia expleri. Quod vero ad ſecundam pertinet partem, quamquam ob non conſtructum adhuc in illa Fontem Baptiſmalem; Nati deinceps in Oppido *del Maſticart*, baptizati fuerint in Eccleſia *della Cavana*, & quandoque ab iſta Parochus Viaticum, Oleumque Sanctum ad Maſticartenſes morti proximos detulerit, non juſta inde tamen oritur
23 cauſa eos adigendi ad contributionem in ſumptus reædificationis ipſius Eccleſiæ; quia ad hunc effectum, vel neceſſarius eſt univerſalitas uſus, vel pro majori ſaltem parte, exemplo Utentium pro vario tempore duplici Parochiali Eccleſia, qui ſer-
24 re non tenentur onus reparationis illius Eccleſiæ, qua pro minori tantum parte utuntur, ut tradunt Tondut *quæſt. Beneſ. part.* 2. *quæſt.* 38. *num.* 5. Franc. *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 13. *num.* 75. Balſamed. *de Coll. quæſt.* 56. *num.* 27. Cabed. *deciſ.* 92. *num.* 9.

Ad rem vero nil confert, Oppidanos *del Maſticart*

ricari certam Olei quantitatem conferre ſolere ad uſum Lampadis in Eccleſia *Aula Comitis* dia, noctuque ardentis ante Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Ex Teſtibus etenim conſtitit, contributionem hanc non excedentem quantitatem annuam quarteronum octo, ex ignem agnoviſſe peculiari obligatione per Maſſicatetuſſas ad certum tempus expetita ex pia ipſorum devotione, & veneratione ergà Auguſtiſſimum Euchariſtiam, quod que hæc in ipſorum quoque Eccleſia non aſſervetur, propterea que trahenda non eſt in agnitionem obligationis ad alia eò
25 ra, quæ ipſi nunquam hactenus ſubjerunt, neque minus trahi potuit in agnitionem oneris ad ſumptus ædificationis novæ Eccleſiæ, quod eſt longe gravius, nec parem habet cauſam, ac memorata Olei contributio, ex iis, quæ animadvertit Rota *deciſ. 34. num. 8. tit. de Uſur coram Falconio*, & *noviſſime in Coloniens. Stipendiorum 9. Martii proximi præteriti §. 8. cor. R. P. D. meo Herrero*.

Et ita &c. cum Suffragiis *Quintili*, & *Sexti* utrinque &c.

R. P. D. GUERRA.

L E O D I E N.

SUPER SECUNDO DUBIO QUOAD SACRISTIAM.

Lunæ 11. Junii 1770.

ARGUMENTUM.

Sacriſtiam ad Canonicos, non ad Beneficiatos ſpectare pluribus firmatur; nihilque obſtare, quod in una, eademque Eccleſia duæ adſint diverſæ Sacriſtiæ, una pro Canonicis, altera pro Beneficiatis, inter ſe tamen Communicantes.

SUMMARIUM.

1 Ex dominio profluit rei privativus uſus, ac illius pars potiſſima conſtituit.
2 Sacriſtia ædificata ſumptibus Capituli ad eum ſpectare debet.
3 Etiamſi pro minima parte fundata fuerit in ſolo Eccleſiæ donato.
4 Ac etiam conſtructa cum tenui penſitatione Beneficiatorum.
5 Beneficiatis utpote addictis ſervitiis Eccleſiæ, denegari nequit uſus Sacriſtiæ.
6 Ipſis tamen non licet anhelare ad Sacrarum Conſtructionem expenſis, & ad uſum Canonicorum.
7 Identitas Sacriſtiæ ex quibus evincatur.
8 Uni Capitulo jure proprio incumbit rerum ac bonorum Eccleſiæ cura, & adminiſtratio.
9 Capellani non ſunt de Capitulo, ſed reputantur ſervi, & Capituli Miniſtri.
10 Adeoque parere tenentur Decretis, & Reſolutionibus Capituli.
11 Maxime, ubi tendant ad evertendam confuſionem ob anguſtiam Sacriſtiæ.
12 Duæ Sacriſtiæ, ubi ſint in uſum unius, & ejuſdem Collegii, ſive Corporis, improbantur.
13 Prout etiam duo in una Eccleſia Sacriſtæ ac Sacriſtiæ adeo diſtinctæ, ut unius Sacriſtæ regimini ſubeſſe nequeant.
14 Secus vero eſt, ſi duæ Sacriſtiæ juſtas ob Cauſas conſtitutæ pateant diſtinctis Perſonarum cœtui, & ſint contiguæ.
15 Quæ tamen ſunt regendæ ab uno tantum Sacriſta.
16 Ideoque præſcribitur Communicatio inter unam & alteram.
17 Poſt lapſum centum, & ultra annorum præſumendum eſt Beneplacitum Apoſtolicum, etiam quoad tranſlationem Capellaniarum.
18 Precaria poſſeſſio nullum jus tribuit Poſſidentibus.
19 Manutentio eſt juſti tituli, ac boni juris effectus.

DE-

DECISIO C.

AD continendos in officio ſuos Capellanos, ſive Beneficiatos, edidit Decanus & Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ Tungrenſis plura Decreta, de quibus, Mo proponente, in Sacro hoc Auditorio ſuit diſputatum. Facilis definitu viſa ſunt ea, quæ pertinebant cum ad Sacra Ornamenta, tum ad Muſicam, ſtatimque ideirco prodierunt Capellanorum votis conſentaneæ binæ rotæ Deciſiones dies 3. Julii 1767 præſerentes titulum *Tungren. Praeb.*, *& Tenſi Dubii*. Grave autem dubitandi ſcrupulum fuit injectum Patribus, recte, an ſecus peterent Beneficiati, ut quam citiſſime reſtituerentur in poſſeſſionem novi Canonicorum Sacrarii, unde ſpecialibus Capituli Decretis ſuerant ejecti, & ad veterem illorum Sacrarium facto ipſo obligati. Quærenti hinc mihi eadem die 3. Julii 1767 = *An ſuſtineatur Decreta Tungri, & Capituli lata ſub diebus 19. 10., & 22. Aprilis 1765., ſive potius ſit locus manutentioni & reintegrationi* = Reſponſum ſuit = *non ſuſtineri & locus Jura etiam ad effectum manutentionis* = Verum mox ad examen die 24. Martii 1768. ipſa bonis ſoris quæſtio, ſed ne plurium tunc ſuit definitio, adſcitis pro more ad ſuffragandum *Quinto, & Sexto*, fuitque poſtmodum iſta in Rota dies 27. Junii ejuſdem anni propter nonnullam a Beneficiatis compulſionem, quæ nil proſus iisdem profuit: nam inſpectis judicialiter avolutis monumentis, cum rurſus interrogarentur hodie ſex Patres, exiit Reſcriptum = *CONSTARE DE BONO JURE CAPITULI ETIAM AD EFFECTUM MANUTENTIONIS, JUXTA MODUM IN DECISIONE EXPRIMENDUM*.

Conſtat profecto, Tungrenſis Collegiatæ Capitulum anno 1739. in ſuo ſolo, ſuaque impenſa novam illam, quæ in controverſiam venit, a fundamentis excitaviſſe Sacriſtiam. Jure igitur optimo ejuſdem Capitulum pro aſſerendo ſibi nedum dominio

1 ejuſdem Sacriſtiæ, ſed etiam privativo illius uſu, qui ipſo ex dominio profluit, potiſſimaque illius pars potiſſima. *Leg. 25 §. 11. Leg. 31 §. 3. ff. de pauli hæreditate. leg. 13. ff. de uſufruct. leg. 2. Cod. de Judic. leg. 4. Cod. de probation.* Recteque ideo idem Capitulum iis Decretis, quæ conſtant hanc quæſtionem, aſportare juſſit Beneficiatorum Armarium una cum Sacris illorum ornamentis è novo Canonicorum, ad antiquum jam ab anno 1655 pro Beneficiatis conſtitutum Sacrarium: præſertim quia ipſis, ne amplius in novum Capituli Sacriſtiam

2 introirent. Sunt enim Canonici liberi moderatores ſui Sacrarii, nec contra eorum voluntatem fas eſt Capellanis ibidem per-

manere, ut ſciunt omnes ex *Leg. 3. ff. de acquir. rer. domin. leg. 13. §. fin. ff. de injuria leg. 11. Cod. Mandati*.

Fruſtraque reponebatur, novam Sacriſtiam ædificatam fuiſſe in ſolo partim Capituli, partim Communitatis Tungrenſis, quæ profeſſa eſt illud concedere = *Non tantum ad honorem, & gloriam Dei, ſed etiam in noſtri Oppidi decorem, & Civium noſtrorum commoditatem* = quo Civium nomine, cum contineantur Beneficiati, juxta noviſſimam Conſulum Tungrenſium declarationem; promiſcuus ideirco novæ Sacriſtiæ uſus patere debet Canonicis, & Beneficiatis. Donavit quidem Communi-

3 tas Terræ fruſtum palmorum ſexdecim, ſed uni tantum Capitulo. Liquet id tum ex petitione, quæ fuit unius Capituli, tum ex parte diſpoſitiva ipſiuſmet Donationis, quæ tota vergit in Capitulum, tum demum ex unica correſpectiva conditione Donationi inſerta, ut pro acceſſu præfatæ Eccleſiæ verſus forum Granorum, omni tempore liber maneret ingreſſus, quam conditionem ſuſcipere, atque præſtare poterat unum Capitulum, cui tantum fas erat de Juribus, ac Bonis Eccleſiæ paciſci. Impoſſibile tamen creditu eſt, quod pro exigua ſoli parte hoc pacto a Capitulo acquiſita, communem non modo cum Capellanis, verum etiam cum omnibus Civibus facere voluerint Canonici Sacriſtiam pro maxima parte in ſuo ſolo, ſuiſque impenſis ædificandam. Nec licet hodie Conſulibus erga Capitulum, propter utrinque exortas Lites, male affectis, perſpicuam Deceſſorum ſuorum donationem, jam ante annos 26., plenis ſex Civium ſuffragiis approbatam, ita abſurde interpretari, ut ad Capellanorum Jus referenda ſit Donationis ratio, quæ ornamentum, & commoditatem obventuram Civitati ex novo Eccleſiæ ingreſſu meorum dilucide reſpexit.

Momenti nec eſt, novam Sacriſtiam ædificatam fuiſſe expenſis Fabricæ, in quam etiam Capellani ſolent contribuere. Adeo

4 enim tenuis eſt hæc poſitatio, ut nihil ferme in novum Sacriſtiæ Ædificium contuliſſe videantur Capellani, ſicuti ingenue faſſus eſt Sacerdos Mureau Capellanorum olim Magiſter, nunc illorum numero adſcriptus, confirmatque alter Beneficiatorum Teſtis. Et probe quidem uterque. Nam Capellani in admiſſione ad Beneficia ſolvunt Eccleſiæ Fabricæ florenos 22., vel 27., quibus accedunt aliæ vix commemorandæ tenuiores ſolutiones præſtationes. Contra vero unuſquiſque Canonicus erogat Fabricæ ex ſuæ Præbendæ fructibus, ſive, ut illi vocant, *carentiam*,

gel-

ſtata circiter allegata, unde liquet Capellanorum præſtitionem, habito reſpectu ad id, quod ſolvunt Canonici, adeo eſſe exilem, ut nulla illius ratio in conſtructione novæ Sacriſtiæ haberi poſſit. Idque eo vel maxime, quia tantùs illa pecuniæ quantitas, quam nunc Fabricæ ſolvunt Capellani, præſtabatur olim Capitulo in agnitionem Archidiaconalis Juriſdictionis, ſicque poſtmodum ab ipſo Capitulo jam ab anno 1583 ſponte addicta Fabricæ propterea quia emptum in Fabricam ad dies uſque, quod ab ipſa origine dabatur Capitulo, quodque Fabricæ exſtant hodie codices, quæ ſic plane cum Capitulo. Prætereundum non eſt, quod ſi Capellani nullum unquam Jus, aut dominium ſibi aſſererent in aliquo Eccleſiæ membro, & partibus, atque ornamentis ad ſervitium divinum neceſſariis, quamvis Fabricæ pecunia emptis, non eſt profecto cur hodie primum ſibi arrogent Jus, & dominium Sacriſtiæ ſumptibus ejuſdem Fabricæ ædificatæ.

At inquiunt, Beneficiatos Canonicorum inſtar
5 addictos eſſe Eccleſiæ ſervitio participes, ideo fieri oportere cum Canonicis promiſcuum uſum Sacriſtiæ. Hæc ſane ratio efficere quidem valet ut Capellani, obeundi gratia ſui ſervitii in Eccleſia, expetere poſſint unam tantum Sacriſtiam, eo modo conſtantem, quo San. Mem. Urbanus VIII. ſpeciali ſua Conſtitutione, de qua mox ſermo fiet, præſcripſit, ut illa perſiſteretur pro uſu eorumdem Capellanorum, nunquam vero colligi inde poteſt, ut liceat Capellanis ad novam
6 Canonicorum Sacrarium adſcendere. Hinc ſi jam ab anno 1654. propria Capellanis aſſignata fuit Sacriſtia, in illa deinceps uſi illi ſunt ad annum 1739. per annos prope centum, quoſque valet, Pont. hujus Bullæ juribus, opportunitatique Capellanorum, & Eccleſiæ ſervitio fuit eſſe uberrime ſatisfactum, quotieſcumque reſtituta nuper eſt Capellanis illa ipſa Sacriſtia, quam ante annos centum habuerant illorum Prædeceſſores, quamque abſque ulla conqueſtione diutiſſime retinuerunt.

Illiberaliterque revocabatur in diſcrimen, utrum Sacriſtia conſtituta olim Capellanis, illa eadem eſſet, ad quam illi nuper juſſu Capituli fuerant ablegati. Quippe cum præſto ſit Capituli decretum anni 1654, quo ad præſcriptum Urbanæ Conſtitutionis in quantum fuit Magiſtris Fabricæ, ut in *Diſpo-* [illegible] *Fontes ad opus Sacriſtiæ* [illegible], cum inſequen-
7 tia decreta evincant, ad eamdem factam fuiſſe translationem in hac ultima Capella, quæ dicitur B. M. V. Septem Dolorum, implementis pretium operum ad propinquum Sacellum S. Sebaſtiani;

cumque eadem hæc Capella agnita, & nuncupata deinceps fuerit Capellanorum Sacriſtia tam à Capitulo, quam ab ipſiſmet Capellanis, qui nuper, diſerta judiciali confeſſione emiſſa occaſione alterius litis actæ in Tribunali Colonienſis Nunciaturæ, id ipſum confirmaverunt. Horum ſane omnium è conjectu, Sacriſtiæ identitas ita eſt explorata, ut abnuendum eſſet, vel leviter hac de re dubitare.

Quid quod? etiamſi contra tot evidentiam non conſtaret de hac cæterorum competentium identitate, acceptum nihilominus ferre deberent Capellani locum illum, ad quem regredi nuper juſſi ſunt, nec unquam ſit ipſis aſſet tribuebatur Canonicis, in novum Capituli Sacrarium
8 ſeſe intrudere. Ubi ſiquidem Capitulo jure proprio incumbit regimen, & bonorum Eccleſiæ cura, atque adminiſtratio *Rota coram Lucin. decis. 116. num. 1, coram Caprar. decis. 665. num. 8 & in Monaſterien. diſtributionum 21. Aprilis 1763. §. 2. coram Eminentiſſimo Domino Card. de* [illegible]. Præſertim in Collegiata Diœceſeos Leodienſis, ſecundum Statuta Clementina Secundum, ubi locum Capituli juriſdictionem, & dirigendi, ac corrigendi poteſtatem, teſte Kolker *de ſtatuti* [illegible] *Eccleſ. tom. 2. quæſt. 66. num. 11. & 12. Rot. coram clar. mem. Cardinali Criſpo* [illegible] *decis. 12. num. 2. & ſeqq.* Specialiter autem in Collegiata ipſa Tongrenſi ex illius Statutis anno 1627 editis, & Pontificio Oraculo confirmatis, tribuuntur Decano, & Capitulo juriſdictionem, & ampliſſimam poteſtatem [illegible] *& inter Capellanos, perſonas,* [illegible] *atque bona dictæ ſuæ Eccleſiæ*.

Contra vero Capellani cum nec ſint de Ca-
9 pitulo, ſed generaliter reputentur Eccleſiæ ſervi, & Capituli Miniſtri Card. de Luc. *de Canonic. diſc. 7. num. 7., & diſc. 28. num. 11.* Scarfanton. *ad Ceccoper. Lucubrat. tom. lib. 1. tit. 3. num. 36.* Rot. *coram Canali. decis. 57. num. 1. coram Criſp. dec. 51. num. 19. & in paulo ante allegat. Monaſterien. diſtributionum §. 7.* nec Collegium conſtituunt, ſed ex peculiaribus, diſtinctiſque fundationibus conſiſtant cum gerant, ſpondentque Decano, & Capitulo obedientiam, ac fidelitatem tunc cum ad Eccleſiæ ſervitium recipiantur, cum multis aliis actibus, ſubjectionem erga Capitulum comprobantibus, ultro paruerunt Capitulo, tum anno 1655, quo ex Capituli præſcripto illam ipſam acceperunt Sacriſtiam, ad quam nuperrime remeare juſſi ſunt, tum anno 1677, quo, conflagrata incendio eadem Sacriſtia, juſſu Capituli ad ſuum Chorum pro Sacriſtia, tum anno 1679, quo reparata eadem Sacriſtia, ad illam, jubente Capitulo, redierunt; tum demum anno 1739, quo a Deca-

Decano, & Capitulo evocati fuerunt è veteri ad novam Sacriſtiam efficitur proculdubio hinc, colligiturque, ut Capellani, in eo, quod de Sacriſtia, ſive eadem illa vetus ſit, ſive diverſa, pro juſta ſua auctoritate novíſſime decreverit Capi-
20 tulum, nullam aliam partem habeant, niſi ſolius obſequii, modeſtæque obedientiæ, quemadmodum ad rem animadvertunt *Adden. ad decis. 27. num. 20., & 21. part. 3. Recent. Rot. cit. Merlin. decis. 997. num. 8., & 9.*
Magis autem, magisque quia Capitulo opportuna non deſiit ſic decernendi ratio. Recitantibus quippe Capellanis Sacra Ornamenta ſuppeditare novo Evangeliano, exterisque Sacerdotibus ad celebrandam Miſſam quotidie aſſiſtentibus, præſcribere debuit Capitulum Sacriſtiæ, ut ex ornamentis ipſius Capituli ſubminiſtraret, quæ in uſum eſſent Evangeliani, exterorumque Sacerdotum, utque ea ſeponeret, cuſtodiretque ſeorſim a reliquis Canonicorum Sacris Ornamentis. Adeo autem anguſta cum ſit nova Sacriſtia, ut non capiat quotidiano uſui parata, & expoſita tria diſtincta Sacrorum Veſtium genera in tribus diſtinctis Armariis, uno pro Canonicis, altero pro Capellanis, tertio pro exteris Sacerdotibus; cumque præterea non levis oritura
21 fuiſſet confuſio in non exigua manſione inter tres diſtinctos perſonarum cœtus ad celebrandam Miſſam conveniente, probabili ſane ratione, optimoque conſilio Capitulum mandavit, Capellanos una cum illorum Armario ad locum illum, quem ſolita illorum Sacriſtia occupabat, quemque ideo longe minus Capellani juſtam hanc ob cauſam illuc ablegati, valent reſpuere.
Nec eſt quod contra obiiciatur, duo Sacriſtias cauſam eſſe confuſionis, pluriumque incommodorum, adeoque eſſe contraria Conſtitutioni Sin. Mem. Urbani VIII., qui præſcripſit, ne amplius in Cathedralibus, & Collegiatis, Diœceſis Leodienſis Sacra Ornamenta in Ciſtis, hac illac per Eccleſiam ſparſis retinerentur, non Beneficiati una, eademque hora Miſſas celebrarent, ſed ut in quolibet Eccleſia conſtitueretur opportuna Sacriſtia ab uno Sacriſta ſedulo, diligenterque adminiſtran-
22 da. Vergunt quidem in incommodum, & confuſionem duæ in una Eccleſia Sacriſtiæ, quotieſcumque ſunt duo in uſum unius, ejuſdemque Collegii, ſive corporis, ut innuit contra allegata *Decis. 203. num. 14. coram Cerro.*, improbant etiam
23 duos in una Eccleſia Sacriſtas, ſuntque adeo diſſitæ, ut unius Sacriſtæ moderamini ſubeſſe nequeant. Secus vero ſit, ſi duæ Sacri-
24 ſtiæ propter locianguſtiam, unumquodque Presbyterorum conſtitutæ, diuturnoque uſu approbatæ, pateant diſtinctis Perſonarum cœtui, ſintque contiguæ, ſicuti contigua, ac proxime vicina eſt vetus Capellanorum

nove Canonicorum Sacriſtiæ, uno tantum illas diſcriminante muro intermedio, ſunc ſine ulla eſſet confuſio, utraſque Sacriſta facillime utrique valeat præeſſe, nil obeſt, quominus plane diſtinctam Canonici a Beneficiatis habeant Sacriſtiam, ut opportune animadvertit Scarfanton. *ad Ceccoper. Lucubrat. Canon. lib. 3. tit. 13. num. 9.*, confirmantque preſſius exempla bene multa Urbis, aliarumque Catholici Orbis, quin & ipſius met Leodienſis Diœceſeos Eccleſiarum in quibus certo ſcimus, aliam eſſe Canonicorum, aliam Beneficiatorum Sacriſtiam.
Incaſſum vero confugiunt Capellani ad Conſtitutionem Urbani VIII. Præcavit namque Pontifex ille ut in Eccleſiis nullæ amplius retinerentur diſperſæ per Capellas Ciſtæ Capellanorum, juſſitque, ut præſto ſint Sacriſtiæ etiam pro Beneficiatis, & adſit Sacriſta invigilans recto ordini celebrationis Miſſarum. Nihil prorſus Urbanus in Conſtitutione occurrit de Sacriſtiarum numero. Perperam igitur ſanctio illa trahitur ad vigentem hanc contentionem. Non renuit Capitulum præſtare Beneficiatis Sacriſtiam, ſed illi ſunt, qui pervicaciter recuſant accipere illam, quam eorum Deceſſores per integrum ferme ſæculum retinuerunt. Nulla
25 remanet ex duplici Sacriſtia oritura confuſio, ſemel ac unus adeſt Sacriſta ſedulam navaturus operam recto celebrandarum Miſſarum ordini, quem expetivit Pontifex Urbanus. Quo magis autem id rite fiat, eliminetur que veluti quælibet confuſionis umbra, viſum eſt Patribus præ-
26 ſcribere in *Ut in nova nova Sacriſtiam, & Capellam B. M. V. Septem Dolorum deſervientes, aperiatur janua ad hoc, ut Sacriſta utriuſque Sacriſtiæ regimini, reliquo diſſitarum Ordini ſedulam incumbat* = Et in hoc ſtat MODUS RESOLUTIONI ADJECTUS, qui opportune hic erat explicandus.
Irrita poſthæc labore in medium proponebatur, quod in Capella Septem Dolorum fundatæ reperiuntur ſex Capellaniæ, quæ abſque Pontificio Oraculo nequeunt alio transferri: quod Capellani inhumaniter extruſi fuerant in Capellam, in qua frigore conficiuntur: quod demum ab anno 1740 ad annum 1765 penes ſeſe uſi ipſi ſunt una cum Canonicis nova Sacriſtia. Quantum namque ad Capellanias, agendo in hodie primum non eſt de illarum tranſlatione cum uſque ab anno 1655. Ordinaria auctoritate tranſlatæ jam fuerint ad proximum Sacellum S. Sebaſtiani; cum-
27 que præterea ab eo anno ad hanc uſque diem efluxerint anni centum & quindecim, Pontificium quoque Beneplacitum, aliaque omnia, quæ ad hujuſmodi commutationes requiruntur omnino adhibita fuiſſe, rite eſt præſumendum. Quantum vero ad aëris inclementiam, nullumque

frigus, appoſitis repagulis hoc incommodum amoveri faciliſſime poteſt a Capella jam obſtructæ opportuno tabulato. Cæterum cum eo loci commorati fuerint Beneficiatorum Prædeceſſores ab anno 1655, ad 1739. abſque ulla frigoris conqueſtione; ſuadere profecto nequit, hodiernos Capellanos tanto confici frigore, ut illic permanere amplius non poſſint. Quantum denique ad prætenſum uſum, ſive poſſeſſionem Capellanorum, cum e mero placito, & voluntate Capituli initium, cauſamque habuerit, precaria hujuſmodi poſ-
18 ſeſſio nullum plane jus tribuit poſſidentibus *Leg. 1. §. 1. leg. 14., & 15. ff. de precario*, potiſſimum cum queratur de titulo, & cauſa poſſidendi.

Satis igitur, ſuperque viſum eſt Decanus, & Capitulum Collegiatæ Tungrenſis evincere ſuum bonum jus, ad cujus tramites *in Data lib. ... ſolo eodem Decreto, & Capitulo, parte paulo ante explicatum MODUM*
19 *implere in MANUTENTIO* ..., quæ tituli, & boni juris eſſe ſolet effectus, ut poſt plures ſtatuit Rot. *in Romana ... baptizandi 3. Junii 1768. §. ultimo cor. ... Me.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. RIMINALDO.

LEODIEN. SUPER PRIMO DUBIO QUOAD SACRA ORNAMENTA.

Veneris 13. Martii 1772.

ARGUMENTUM.

Revocatur Decretum Capituli demandans ſubminiſtrationem Sac. Utenſilium, propria pecunia a Beneficiatis pro eorum uſu comparatorum, peculiari Presbytero, aliiſque Sacerdotibus exteris, in Eccleſia Collegiata celebrare volentibus.

SUMMARIUM.

1 Adquiſitio Sac. Utenſilium facta propria pecunia, illorum confectio, & reparatio, aliaque deducta, probant illorum dominium. *n. 4. & 5. & 9.*

2 Nulli eſt licitum eſſe rem cuique concedere præter Domini voluntatem.

3 Nemo poteſt impugnare, quod ſemel agnovit, & facto ſuo probavit.

4 Docto de Utenſilium dominio, nemo poteſt de illis diſponere in præjudicium, & citra conſenſum eorumdem.

6 Juriſdictio Capituli quoad Beneficiatos extendi nequit ad facultatem diſponendi de rebus illorum ære comparatis.

7 Res, meis pecuniis emptæ, ad me pertinere debet.

8 Preſtatio pro Sacris Paramentis æquivoca, non eſt attendenda.

10 Revocatur Decretum e Capitulo contra Beneficiatos editum ob denegatam ab eis ſubminiſtrationem Sac. Utenſilium.

DECISIO CI.

QUOD Tribunal Apoſtolicæ Nunciaturæ Coloniensis edixit, comprobavit Sacra Rota in gradu Appellationis e Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi Tungrenſis interjectæ per Sententiam latam a R. P. D. meo Guerra prævia Deciſione diei 3. Julii 1767. = *Nullam ſcilicet jus eſſe Decreto, & Camiolis cogendi Beneficiatos, Sacras Veſtes pro Miſſa Sacrificio ſubminiſtrare ... Presbytero, quem Evangeliſtam vocant, tum aliis exteris ab Eccleſia Sacerdotibus, propterea que non ſubſtineri Decreta Capitularia diebus 15., & 19. Martii, & 19. Aprilis anni 1765., quibus eadem ſubminiſtratio fuit demandata, revocataque fuit annua præſtatio Florenorum 15., quos Capitulum ex titulo Beneficialis præſtare ...* Haud ſatis hoc viſum fuit Canonicis, qui idcirco de vulnus ... ſententiæ Rotalis iterato cognoſcenda obtinuerunt. Quamobrem conſuetum exhibui Dubium, cui reſponſum eſt = *SENTENTIAM ROTALEM*

LEM ESSE CONFIRMANDAM =

Porro conſtitit luculenter Cœtum Beneficiatorum Sacras Veſtes, aliaque Sacra itidem ornamenta proprio ſemper ære pro eorum uſu comparaſſe, refeciſſe, ac renovaſſe, nedum ex Regeſtris eorum Sacriſtiæ instrumentis ſumentibus ab anno 1674., in quibus plures adnotatæ ſunt partitæ expenſarum, quæ in eandem Paramentorum, aliarumque Sacrarum Supellectilium ceſſerunt, verum etiam ex Teſtibus ſuctum proprium confectioni, ac reparationi ornamentorum, Sacrarumque Veſtium proſitentibus, ac teſtantibus mercedem a Beneficiatis ſolutam 1761 fuiſſe. Com-

1 pertum quoque fuit, Beneficiatos perpetuo dominii titulo res omnes Sacras proprio ſumptu quæſitas libere, ac privative contrectaſſe, & ſi quando contigit illas naturæ Sacerdotibus ſubminiſtratas fuiſſe Funerum occaſione, hoc non aliter factum eſſe, niſi dicta a Beneficiatis venia, & recepta pro uſu retributione. Demum liquidum quoque permanſit, quod licet anno 1740 Canonici ediixerint, Beneficiatos teneri propria ornamenta ſuppeditare, reclamantibus tamen illis, ſiluit Capitulum. Quid plura? Duplici quidem Decreto anni 1765 imperatum Canonici ſubminiſtrationem controverſiam, ut ſtatus poſtea decernunt aliorum executionem ſuſpendere, tertio evulgato, qui Sacriſtiæ mandarunt, ut Sacerdotes exteri Sacra Capituli ornamenta induerentur.

Hiſce ergo firmis undique manentibus, injuria profecto Capitulum præcipere intendit univerſo cœtui Beneficiatorum, ut propria ornamenta Evangeliario, aliiſque extraneis Sacerdotibus præbeant. Nam = *Si*

2 *nulli eſt licitum, alteri cauſam concutere, præter Domini voluntatem* = ut expreſſe ait Text. *in cap. Tua nobis 26. de Decim.*, & *in L. Conſenſu ff. de alliis*, & obligat =

3 Et = *ſi nemo poteſt, quod ſemel agnovit, & ſaltem ſub probatione, impugnare* ut *Cap. Per tuas de probat.*, *Leg. Cum precum Cod. de liberal. cauſ.*, & *leg. Generaliter Cod. de non numer. pecun.*; jam plane conſequebatur dite, recteque judicio Sacri Auditorii abrogata, & infirmata fuiſſe duo memorata Decreta dierum 15, & 19. Martii, quibus Capitulum ſubminiſtrationem Sacrarum Supellectilium Beneficiatis malſer, ac injuſte imperavit. Sacra ſiquidem iſta ornamenta nec communia ſunt Eccleſiæ, nec ad Capitulum ſpectant, ſed ſi pugnes, ac privative utuntur Beneficiati tamquam rebus propriis pecunia comparatis, volente, & probante ipſomet Capitulo, quod etiamſi contrarium ſtitutum præſumpſerit, facta tamen ſuo, ut ſilentio poſtea receſſit. Dedecet hinc, quæ non ſemel conſtituta ſunt modo reſilicare, & legem propriæ arbitrio dicere de

4 Sacris ejuſmodi ornamentis, quorum dominium, ac liberam diſponendi poteſtatem penes Beneficiatos dumtaxat permanere probatum, agnitumque eſt, ut ſolide firmat Deciſio Cauſæ § 4., & 5. & reſtè tuentur Monacell. *tom. 1. tit. 10. formul 18. num 6.* Ceccoper. *Lucubr. Canon. lib. 3. tit. 12. ſub num 22.* Barboſ. *de poteſt. Paroch. cap. 11. num. 51.* Urſaya *diſcept 35 num 55. tom 2. part 1.*

Ad rem nec pertinet Bulla a S. M. Urbano VIII. edita pro Sacriſtia Eccleſiarum Leodienſium, quæ præ ceteris ſancitur, ut pro uſu Paramentorum, & Supellectilium ſinguli Beneficiati juxta numerum Miſſarum eis incumbentium teneantur certam annuam ſummam Sacriſtiæ contribuere. Nullam ſiquidem in hac parte exequutionem fortita eſt evulgata Conſtitutio, ſemel ut ex facto liquet, quod poſt erectam Sacriſtiam ſecundum Pontificiam legem, Capitulum, inſtantibus Beneficiatis eorum Magiſtros elegit, ut *comparent ſibi omnia neceſſaria expenſis Capellanorum*. Hoc rerum per Beneficiatos actum, exequutumque fuit. Jam itaque longe eſt ex Urbani Conſtitutione argui poſſe dominium, liberamque Sacrarum Veſtium diſpoſitionem penes Canonicos eſſe, ut uno evidentius apparet, liberam eorundem

5 dem ornamentorum contrectationem competere Beneficiatis, quorum pecunia eadem confecta ſunt. Ceterum quando etiam evincatur Beneficiatos numquam perſolviſſe ſummam in Conſtitutione præſcriptam, probare hoc quidem poterit expenſis Beneficiatorum comparatas, ac refectas fuiſſe Sacras Supellectiles; at non item, illarum dominium apud Capitulum permanere.

Hæc autem adeo immota, compertaque ſunt, ut concurrere numquam potuerint vel ex prætenſa Capituli Juriſdictione in Cœtum Beneficiatorum, vel ex nonnullarum Supellectilium acquiſitione a Canonicis facta anno 1656. pro uſu Beneficiatorum, vel ex annua Capituli contributione in ſumma ſcutorum quindecim. Quandoquidem nil minus fuit, quam quæ in antecessa inſtantia penitus ejecti ſunt, modo retexere. Si enim ſermo ſit de aſſerta Juriſdictione circa quam ceteroquin nil modo definiri oportuit, quæcumque

6 ea ſit, non licet tamen eam protendere ad facultatem diſponendi de Sacris Veſtibus, quas proprias eſſe ſciunt Beneficiatorum. Si vero res eſt de ornamentorum emptione anno 1656 peracta a Capitulo, inveniuntur ſane hæc proſerebantur poſt lapſum centenarii temporis, quo comparata ornamenta præſumuntur abſumpta.

Potiſſimum quia liquet alia quamplura fuiſſe deinde Beneficiatorum ære refecta, ſuper quibus nullum utique dominium, nullamque proprietatem adſerere ſibi valet

7 Capitulum. Res namque ſua pecunia

empta

empta ad me pertinere debet, ut poſt Text. *in leg. Molinum latrocin. in fin., ibig. DD. Cod. ſi quis alt. vel ſibi* Rota in Recent. deciſ. 513 num. 3., & deciſ. 584. num. 2. part. 14., & in Romana Immiſſionis ſupra Palatio 21 Februarii 1752 § 6. *verum Procuratoris*. Si tandem agitur de annuis florenorum quindecim præſtatione,
8 incertum adhuc eſt, an illam expleverit Capitulum in Cauſam ornamentorum Canonicis, ſeu Beneficiatis inſervientium, utrum in commodum utrius, aut alterius ex tribus ſeparatis Sacriſtiis, quæ in Eccleſia exiſtunt. Præterea ex facto habetur, tum quod præſtationes ejuſmodi ut plurimum expletæ apparent a Capitulo ſub præſervativa Clauſula *citra alicuius conſequentiam*, tum quod facile comperiatur Sacriſtiæ modo in majori, modo in minori ſumma pro facris Ornamentis Sacerdotum externorum in Eccleſia eaſa celebrantium.

Quum autem in ipſa erectione Sacriſtiæ [illegible] ſequuta de anno 1655, Decretis Capitularibus ſancitum fuerit Sacra Ornamenta ſuppeditandi haud eſſe Sacerdotibus Oppidanis, ſed exteris tantum, qui forte per Tongrenſe Oppidum tranſeuntes rem Divinam in dicta Eccleſia agere voluiſſent, perſpicuum hinc eſt nunquam hinc præſtationem factam non cenſeri a Capitulo pro uſu ornamentorum inſervientium Evangeliſtæ, aliiſque Sacerdotibus Oppidanis, licet extra gremium Eccleſiæ exiſtentibus, ſed quidem pro Sacerdotibus extraneis, & alienigenis in Eccleſia Tongrenſi caſu Celebrantibus, accedente potiſſimum facto, & acquieſcentia Canonicorum, qui, ut prænotatum eſt, annis
9 1740., & 1765. liberum Paramentorum dominium penes Beneficiatos agnoverunt, & executionem præcedentium Decretorum ſuſpendere arbitrati ſunt, ut accurate advertit præteritis Deciſio § 6.

Probatiſſimum itaque eſt, priora duo Decreta
? a Capitulo lata ſub diebus 15, & 19. Martii 1765 haud debere viribus ſubſiſtere. Pari autem inſubſiſtentia laborare viſum eſt tertium quoque Decretum diei 19. Aprilis ejuſdem anni, quo Capitulum ob denegatam a Beneficiatis Sacrarum Supellectilium ſubminiſtrationem Evangeliſtæ, exterisque Sacerdotibus, revocavit præſtitam penſionem Florenorum quindecim, quos Beneficiatis quotannis perſolvebat. Etenim ſemel ac Capi-
10 tulares illud evulgari voluerunt poſt beneficiatorum Beneficiatorum Appellationem ad Apoſtolicam Coloníenſem Nunciaturam, e nullitatis utique, ac attentatorum vitio expers non fuit; præſertim quum, ut ſuperius animadverſum eſt, ſatis non conſtet, unico Sacrorum Ornamentorum titulo præſtationem hanc fieri conſueviſſe a Capitulo, ut optime hæc omnia aſſerendo concludit Deciſio anteacto inſtantiæ § Final.

Et ita utraque &c.

RMO P. D. RATTA DECANO.

CONSTANTIEN. REÆDIFICATIONIS ÆDIUM PAROCHIALIUM.

Lunæ 3 Junii 1776.

ARGUMENTUM.

Onus reædificationis Eccleſiæ ferre debent ii, qui Decimas percipiunt. Explicatur nomen Decimæ, quæ in Spiritualem, & Laicalem dividitur. Excluditur qualitas Laicalis Decimarum, earumque qualitas Spiritualis, ſeu Eccleſiaſtica multis Argumentis demonſtratur. Decimæ in origine Spirituales, ſi in Laicos demigrent, Laicalem non aſſumunt naturam, ſed adhuc retinent Eccleſiaſticam. Habens onus Sarcitionis Eccleſiæ ab eo non relevatur ex quo nihil umquam eam in cauſam contulerit, niſi probet Sarcitionis caſum eveniſſe, nilque de ſuo rependiſſe.

SUMMARIUM.

1 Percipiens Decimas tenetur onere reædificationis Eccleſiæ.

2 Sub nomine Decimarum intelliguntur etiam Canones, præſtationes, & Laicalis quoque tributa.

3 Propterea tamen veniunt Decimæ Spirituales

les, quæ dantur Eccleſiæ Matrici.
4 Et propterea ſtet præſumptio pro Decimis Spiritualibus.
5 In Diœceſi Conſtantienſi nomine Decimarum veniunt Spirituales, etſi earum exactio ſit penes Laicos.
6 Laicales vero contributiones nomine Tributi, Cenſus, vel Canonis deſignantur.
7 Teſtimonium Civitatis, Officialium Curiæ, & relatio Epiſcopi plenam conſtituunt probationem.
8 Spirituales dicuntur Decimæ, quas Monaſterium retinuit auctoritate Epiſcopi, ſoluto pretio favore Capituli.
9 Neque aliud Jus eſt Capitulo ut ab eo Laicalia tributa ſoluto pretio redimat Monaſterium.
10 Tituli deſcripti ex Tranſactionibus, vel Privilegiis Apoſtolicis unice conveniunt Decimis Spiritualibus, non tributis Laicalibus & num. 25.
11 Decima Spiritualis ex omnibus Agris in Parochia exiſtentibus præſtari debet.
12 Conſortium Decimarum participatio demonſtrat identitatem Juris, ac tituli. & num. 18.
13 Laicalia Tributa poſt Decimas Spirituales præſtari debent.
14 Imo non in ſpecie, & in menſura, ſed in certa quantitate pendi ſolent.
15 Unius, ejuſdemque Decimæ partes, ejuſdem generis, & naturæ reputantur.
16 Soli Parocho Novalium Decimæ competunt, niſi ex Apoſtolico Privilegio aliis fuerint reſervatæ.
17 Jus Feudale extra Juriſdictionis Feudalis limites extendi non valet.
18 Decimæ dicitur Spiritualis ſi aliqua pars reſervata fuerit pro manutentione Vicarii Curati.
19 Factum proprium impugnare non licet.
20 Deficientibus Decimis, & redditibus pro Fabrica deſtinatis, Eccleſiarum Rectores de proprio occurrere debent ejuſdem Fabricæ neceſſitatibus.
21 Decimæ acquiſitæ titulo permutationis tranſeunt in acquirentem cum ſua onerabilitate & qualitate.
24 Ante Concilium Lateranenſe multæ in Laicos tranſierunt Decimæ Spirituales.
25 Neque Capituli, neque Epiſcopi Auctoritas exigitur pro valida conceſſione Tributorum Laicalium.
26 Decimarum infeudationibus reſiſtere non poterant antiqui Eccleſiarum Paſtores.
27 Enunciativæ defenſorum non præjudicant Parti.
28 Optima eſt obſervantia comprobata Teſtimonio Civitatis, & Epiſcoporum, rebuſque Judicatis.
29 Eccleſia Matrix judicari non debet diſſimili Jure a ſuis Filialibus.
30 Ut quis liberetur ab onere reædificationis Eccleſiæ, non ſufficit nihil unquam contribuiſſe in eam cauſam, cum imo probata debeat eveniſſe caſum reparationis, & nihil impendiſſe.
31 Qui ſubit onus reædificationis Eccleſiarum Filialium, perinde habetur, ac ſi ſubiiſſet onus reædificationis Eccleſiæ Matricis.
32 Ex præſenti tenuitate redituum Fabricæ non licet arguere, quod antiquo etiam tempore impares fuerint Fabricæ oneribus obeundis.
33 Soli ii non integrum ferunt Teſtimonium favore Domini.
34 Quod ſemel judicatum eſt, & univerſa confirmat diœceſis conſuetudo in dubium referri nequit.

DECISIO CII.

NON magni momenti res dictur tam peperit & graviſſimam Litem. Neceſſitas imminebat reædificandi fatiſcentes, ac pene collapſas Parochiales Ædes Loci de *Serfeld* & quoniam hunc ſuendo oneri impares erant Eccleſiæ Parochialis reditus, ex Decreto Curiæ Epiſcopalis Conſtant anſas præſcriptum fuit, ut in earum reædificationem ſatam ſtum conferrent non modo Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, ſed etiam Imperiale Monaſterium de Salem, & Hoſpitale Uberlingarum ejuſdem Loci, & Parochiæ Decimatores. Verum provocantibus inde ad Apoſtolicam Nunciaturam apud Helvetios Monaſterio Salemitano, & Hoſpitali Uberlingarum, ut onus excuterent indictæ Contributionis, non potuit Conſtantienſe Capitulum non tueri Litem, quæ futura erat exemplo aliis bene multis ſimiles poſſidentibus Decimas in Diœceſi Conſtantienſi. Quamvis autem, gratia voto Monaſterii, & Hoſpitalis prodierint tam Sententia Nunciaturæ, quam altera A. C., & prima quoque, ac ſecunda Deciſio Sacri hujus Tribunalis dierum 21. Junii 1773, & 2. Martii 1774 coram bon. mem. Riccio, mox tamen patefacta diligentius indole, & qualitate Decimarum, quæ a Monaſterio, & Hoſpitali in eadem Parochia percipiuntur, mutata eſt rerum facies, & OO. DD. ad ſecundam Suffragium ſuum, prodiit Deciſio diei 31. Martii 1775 coram dicto bon. mem. Riccio præcedentium revocatoria. Nec ſuccumbentibus profuerunt labores ad parandam expenſam defenſionem impenſi. Licet enim coram Me in locum bon. mem. Riccii ſuffecto poſt indultam ſibi in audientia diei 22. Mar-

tii

tu libentia animi ab hoc Sacro Auditorio diſtinctione, magno animo & ingenti ſcriptorum copia aggreſſi fuerint ultimæ reſolutionis fundamenta, iterum tamen viſi ceciderunt, reddito Mihi reſponſo = *IN ULTIMO LOCO DECISIS*.

Convenit ſane inter Partes nova indigentiæ reædificatione Parochiales Ædes Eccleſiæ Seefeldenſis. Convenit etiam hunc ſeternum do oneri impares eſſe redditus Fabricæ ejuſdem Eccleſiæ, ac demum non controverſitur, quod in eadem Parochia Seefeldenſi tam Capitulo Conſtantienſi, quam Monaſterio Salemitano, & Hoſpitali Uberlingano commune ſit omnium Decimarum perceptio, quibus ſtatutis conſequens de jure ſit, ut deficientibus redditibus Fabricæ ad reædificandas Parochiales Ædes
1 contribuere teneantur omnes, qui Spiritualiter exigunt Decimas in Parochia, merito proinde definitum fuit, quod una cum Capitulo Conſtantienſi Spiritualium Decimarum partem percipiente, reædificationis onus ferre debeant etiam Monaſterium Salemitanum, & Hoſpitale Uberlingarum, quæ reliqua earumdem Decimarum parte fruuntur, ut recte ſtatuit Poſtrema Deciſio bon. mem. Ricci § 2.

Nec iterum poſſunt obtendere non Spirituales, ſed Laicales eſſe Decimas, quæ in Diſtrictu, & Parochia Seefeldenſi ab eodem Monaſterio Salemitano percipiuntur, utpote profluentes a Feudali, ſeu Territoriali Jure, quod in Oppido Seefeldenſi ex Conceſſionibus ſibi factis a Laica Familia illorum de Valtz vetuſtiſſimis temporibus acquiſivit. Hoc enim aſſumpto inpugnatum obſtit juris præſumptio. Licet enim in
2 aliquibus Locis ſub nomine Decimarum intelligantur etiam Canones, Præſtationes, & Laicalia quoque Tributa, quæ Feudali, ſeu Territoriali jure præſtantur, ex propria tamen, & originaria vocabuli ſignificatione Decimæ tantum ſi-
3 gnificantur Spirituales, & Eccleſiaſticæ, quæ ex veteri Teſtamento præſtabantur Levitis, & ex novo pendantur Eccleſiæ Miniſtris in ſolutum laborum, quos in curam Animarum impendunt, ut ſecle ponderant Pirrhing, *in Jus Canon. Tit. de Decim. num. 5.* Schmaltz. *eod. Tit. lib. 3. cap. 3. ſect. 1. § 3. num. 31.* & Rot. *in Cracovien. Decimarum ſuper Reſolutis 1. Decembris 1758. § 11. & 17. coram Eminentiſſimo Domino Card. Paracciano.* Et ideo
4 quando de Decimis quæritur, niſi de Laicali illarum qualitate certiſſime conſtet, ſemper in dubio ex juris præſumptione Spirituales cenſentur, ut pervetere docent Schlegrueber *in Jus Can. lib. 3. tit. 39. de Decim. num 3.* Schmaltz. *in Jus Canon. lib. 3. cap. 5. ſect. 1. § 3. num. 31.* Card. de Luc. *de Decim. diſcurſ. 6. num. 16.* Rot. *in Recent. deciſ. 180. num. 17. part. 7.* coram Merret. *deciſ. 203. num. 1.*, & *in Cracovien. Decimarum ſuper Reſolutis 27. Februarii 1771. § 6. coram Eminentiſſimo Domino Card. Paracciano.*

Fortiſſimam vero ſuſpectis rotæ, & conſuetudine Diœceſis Conſtantienſis. Quidquid enim ſit in aliquibus Germaniæ Locis, præſertim Acatholicis, receptiſſimum eſt
5 in Conſtitutionibus Diœceſis ſub nomine Decimarum ſignificari Decimas tantummodo Spirituales, ſeu Eccleſiaſticas non ſolum ſi a Monaſteriis, aliiſque Locis Piis, ſed etiam ſi a Laico, Dynaſta, atque etiam ab Acatholicis ex inveſtita dudum uſurpatione, aut etiam Infeudatione percipiantur, cum reliquæ Laicales Contributio-
6 nes ſub nomine Tributi, Cenſus, vel Canonis deſignentur, juxta locupletiſſimum Teſtimonium tempore non ſuſpecto in alia Cauſa productum Civitatis Uberlingarum, Officialatus Curiæ Conſtantienſis, & juxta relationem de anno 1727 alias tranſmiſſam ad Sacram Congregationem Concilii ab ipſo Epiſcopo Conſtantienſi. Quibus
7 omnibus hæc de re uniformiter deponentibus non poteſt plena fides non adhiberi, ex iis, quæ firmavit Rot. *in Caſſanen. Parochialis 3. Martii 1751. § 5. coram Eminentiſſimo Domino Card. Miganzi*, & *in Cracovien. Decimarum ſuper Reſolutis 27. Februarii 1761. § .. coram Eminentiſſimo Domino Card. Paracciano.*

Rem tamen conficiunt omnes, quæ ſuper controverſis Decimis Capitulum inter, & Monaſterium intercellerunt Tranſactiones. Pertinet prima ad annum 1225, quo tempore Capitulum Conſtantienſe ex ons ti tulo commigraverat Parochialis Eccleſia Seefeldenſis. Orta enim tunc controverſia inter Capitulum, & Monaſterium de Jure Patronatus Eccleſiæ Seefeldenſis, de Decimis in *Mercy*, & in Vinea de *Mimmenhauſen*, quæ duo Loca in ceſſionibus ſibi factis a Valtziana Familia comprehendebantur, ac de novalibus etiam Novalibus, non modo Monaſterium, neque Ceſſiones Valtzianas, neque Laicitatem ſuarum Decimarum commemoravit, ſed Juri Patronatus, & Novalium Decimis abſolute renuncians, non aliter retinuit Decimas in prædicto Loco *Mercy*, & *Mimmenhauſen*, quam ſoluta Capitulo compenſatione *viginti Marcharum*. Si igitur, ut Decimas in prædicto Loco retineret Monaſterium implorare debuit Epiſcopi au-
8 ctoritatem, & eas ſoluto pretio redimere a Conſtantienſi Capitulo, nemo non intelligit Spirituales, & Eccleſiaſticas fuiſſe hujuſmodi Decimas, non autem Laicalia, ſeu Territorialia Tributa, quum nullum
9 jus eſſe poſſet Conſtantienſi Capitulo ut ab eo Laicalia Tributa, ſeu Territoriales Contributiones ſoluto pretio redimeret Monaſterium, ut recte ponderat ultima Deciſio bon. mem. Ricci § 4.

Magis autem Spiritualitatem hujuſmodi Deci-

mæ-

mentum evincit alia Tranſactio anni 1581. inter Capitulum, & Monaſterium ſimiliter celebrata. Sive enim ſuper Decimis Novalium, & quarumdam dumtaxat Locorum, ſive potius ſuper omnibus etiam veteribus Decimis verſarentur novæ inter Capitulum, & Monaſterium tunc ortæ controverſiæ, hoc unum eſt, tam ſuper Decimis Novalium, quam ſuper modo dividendi Decimas etiam veteres tranſactum fuiſſe inter Capitulum, & Monaſterium, & ex omnibus ejuſdem Tranſactionis pactis, & conditionibus Spiritualem hujuſmodi Decimarum qualitatem fieri exploratiſſimam. Porro ſi tituli ſpectentur a Monaſterio allegati ſuper Decimis tam veteribus, quam novalibus, animadverſione dignum eſt, quod neque in præcedentibus congreſſibus ſeu conſiſtentibus, neque in ipſa Tranſactione unquam commemoravit Monaſterium, aut Ceſſiones Vathzianas, vel Jus Territoriale ſibi competens tamquam Domino Loci Seefeld, ſed Decimas prædictas tam veteres quam novales ſibi competere propugnaverit vigore *Privilegiorum Pontificiorum noſtri Ordinis, & aliorum Documentorum*, quæ referri non poſſunt ad ceſſiones Vathzianas numquam antea allegatas, ſed neceſſario referri debent ad Tranſactiones, & Poſſeſſionem, de quibus in antecedentibus Epiſtolis, & conferentiis fuerat habita mentio. Hoc enim ergo ſufficeret, ut cuique facile pateat non ſuper Laicalibus, ac Territorialibus Tributis, ſed ſuper Decimis vere ſpiritualibus & Eccleſiaſticis fuiſſe tranſactum, cum tituli per Monaſterium deſumpti,

10 vel ex Tranſactionibus, vel ex Privilegiis Apoſtolicis, non ſuper tributis Laicalibus, ſed ſuper Decimis tantummodo ſpiritualibus poſſent verificari.

Suadet hoc ipſum, quæ ante Tranſactionem ſervabatur, & poſt Tranſactionem de novo inducta fuit inter Capitulum, & Monaſterium earumdem Decimarum Diviſio. Mos erat ante Tranſactionem, ut ex certis Fundis Decimas perciperet Capitulum, ex aliis vero illas exigeret Monaſterium Salemitanum, aut Hoſpitale Uberlinganum. Hæc autem Agrorum Decimalium diſcretio palam oſtendit, Decimas ex veteribus Terris a Monaſterio perceptas, non eſſe Laicalia Tributa, ſed veras Decimas Spirituales, prout erant illæ quæ ex ſuis Decimalibus Agris percipiebat Capitulum: alias enim in eadem Parochia Seefeldenſi Agrorum pars una a Laicalibus fuiſſet exempta tributis, & pars altera fuiſſet immunis a Decimis Spiritualibus, quæ de

11 extero ex omnibus Agris in Parochia exiſtentibus præſtari debent, ut ad rem notant Argentrè *ad conſuet. Duc. Britt. artic. 266. cap. 2 litt. A., & ſequen.* Card. de Luc. *de Decim. diſc. 6 num. 16.* & Rota in *Cracovien. Decimarum ſuper Reſolutis Tomas Secundus*, 27. *Februarii* 1761. *§. 9. coram Eminentiſſimo D. Cardinal. Tuſculano*.

Nec ſecus evincit, quæ in Tranſactione anni 1581. inventa fuit inter Capitulum, & Monaſterium veterum Decimarum partitio. Ad amputandas quippe difficultates, & Controverſias, quæ in Agrorum diſcretione in exigendis veteribus Decimis oriebantur, conventum in ea Tranſactione fuit, ut nonnullis tantum exceptis Decimis ex paucis quibuſdam Agris, Vineiſque vicinis in eadem Tranſactione non comprehenſis, in unum colligeretur integra Decima totius Parochiæ Seefeldenſis, & ex æquo poſtea divideretur inter Capitulum, & Monaſterium ita, ut dimidiam partem illius obtineret Capitulum, & alteram dimidiam partem inſimul caperent Monaſterium Salemitanum & Hoſpitale Uberlinganum. Hinc autem invictiſſimum oritur argumentum, quod Decimæ ſic in unum collectæ, & poſtea ex æquo dividendæ inter Capitulum, & Monaſterium, ex uno eodemque Parochialitatis fonte radicaliter derivarent, cum

12 conſortialis illarum participatio identitatem Juris ac Tituli patefaciat, ut ex Gloſſ. *in Cap. ſuum erit. de Jur. commun. de dirim.* ponderat Rota *coram Criſpo dec. 146. num. 9.* & *in Ferrar. Decimarum 14 Martii 1747. §. Fulciuntur coram bon. mem. Caccia*.

Minime autem, quod cum diverſitate Juris, ac tituli conciliari valeat æqua prædictarum Decimarum partitio, & portio Capituli referatur ad titulum Parochialitatis, & portio altera Monaſterii ad Jus Feudale, ſeu Territoriale. Hanc enim tituli diverſitatem ſatis excludit identitas ipſa quantitatis Decimarum utrique competentium, cum inveroſimile ſit, quod Laicalia tributa Monaſterio debita jure Feudali, vel Territoriali nec majora, nec minora eſſent Decimis Parochiali jure Capitulo debitis, & nihil etiam ab illis differrent in modo ſinendæ exactionis.

13 Præſertim quia Laicalia tributa non ſolum poſt Decimas Spirituales præſtari debent, ut in *Cap. cum non ſit 3. de Decim.*, ſed ntiam non in ſpecie, & in manipulis, ſed in certa plerumque quanti-

14 tate regulariter pendi ſolent, ut eruditi conſulte animadvertit Rota *in Cracovien. Decimarum ſuper Reſolutis 15. Januarii 1762. §. 8. coram Eminentiſſimo Cardinali Paracciano*.

Quin imo ſi ſubſiſteret aſſerta tituli, Juriſque diverſitas, atut a Capitulo ex jure Parochialitatis, & a Monaſterio ex jure Feudali, ſeu Territoriali fieret earumdem Decimarum perceptio, ſolidum unicuique competeret non autem ſola medietas. Cum igitur juxta Tranſactionem prædictam neque Capitulo pendatur integra Decima Spiritualis, neque Monaſterio tributum integrum ex omnibus Agris totius Parochiæ Seefeldenſis, ſed una eademque De-

cima ex omnibus Agris collecta inter Capitulum, & Monaſterium ex æquo dividatur; verificari prorſus non poterat aſſerta juxium, itidemque diverſitas, ſed neceſſario concludendum eſt, unius,
15 ejuſdemque Decimæ partes, unius, ejuſdemque generis reputandas eſſe, itaut ſicut portio Capituli Spiritualis eſt, & Eccleſiaſtica, ſic portio altera Monaſterio Spiritualis pariter, & Eccleſiaſtica cenſeri debeat, & ab eodem Parochialitatis fonte radicaliter proficiſcens, ut recte ponderat ultima Deciſio bon. mem. Ricci § 16, & alias dixit Rota in *Augustana Decimarum ſuper Reviſſoria 19. Januarii 1761 § 11. coram Em. Dandini Cardinali Paracianio.*

Clarius vero hanc ſimul identitatem, Decimarumque Spiritualitatem oſtendunt reliqua pacta in eadem Tranſactione invicem ſtipulata. Conventum namque fuit quod Novalia jam facta *ſive intra, ſive extra ditionem Salemii*, ut ex æquo dividerentur Decimæ inter Capitulum, & Monaſterium, & ſic etiam *quoad Novalia futura extra Ditionem Salemii facienda*, quæ autem fierent *intra Ditionem ex illis tamen ipſi Monaſterii pertinerent* ex æquo, & reliqua extra Ditionem in Bonis aliorum Dominorum ad Capitulum privative pertinerent. Fieri ergo non poteſt, ut ab uno eodem fonte Parochialitatis non profluant æquales Decimæ tam Capitulo, quam Monaſterio etiam ſuper Novalibus
16 conſtitutæ. Nam uni tantum Parocho Novalium Decimæ competunt, niſi rationabili concurrente cauſa ex Apoſtolico privilegio fuerint alii reſervatæ, ut habetur *in Text. in cap. 29. de Decim.*, & *cap. 2. eodem tit. § 2. in 6. ubi Gloſſ. in verb. Rationabilem*, & Rota *in Calagur. Decimarum 16 Martii 1733 § 6. coram bon. mem. Rezzonico*.

Nec refragantur conventiones anni 166 inter Epiſcopum Conſtantienſem, & Imperiales Circuli Svevici Commiſſarios, tum quæ poſteriori ſunt Tranſactione anni 1581, quæ Novalium Decimas eidem Monaſterio reſervarunt, tum & ſtrictius quia Territorialibus Dominiis ſimpliciter permittunt ut certos *ſeroſilatos Manipulos* exigant ex Novalibus, *ſine tamen præjudicio Decimarum Novalium* Parochis competentium. Quamquam ſi æquales earumdem Decimarum portiones tam ſuper veteribus Agris, quam ſuper Novalibus conventæ ſunt ut in pro fundis Monaſterii extra Ditionem Salemitanam exiſtentibus; hoc unum arguebat, ut ad unum Parochialitatis titulum referri debeat earumdem Decimarum per-
17 ceptio, cum Jus Feudale extra Juriſdictionis Feudalis limites extendi non valeat, ut ad rem obſervat ultima Deciſio bon. mem. Ricci § 6.

Succeſſit denique pactum in eadem Tranſactione anni 1581, ſolemniter conſtitutum, ut a prædictis Decimis inter Capitulum,
& Monaſterium dividendis excepti forent nonnulli peculiares fundi pro ſuſtentatione Vicarii Seefeldenſis ſpecialiter aſſignati. Sicut autem ex hujuſmodi pacto compertum eſt, partem aliquam Decimarum pro ſuſtentatione Vicarii Curati contuliſſe Monaſterium, ea avidantiſſimum redditum, decimas inter Capitulum, & Monaſterium diviſas, non ſimul Laicalia Tri-
28 buta, quæ ſuſtentationi Parochi non ſunt obnoxia, ſed autem ſpirituales Decimas, quæ ad congruam Parochi ſuſtentationem obligatæ remanent, ut firmatur per Rot. *coram Falconerio de Decim. deciſ. 5. num. 9. & 17*, & in *Aſculana Congruæ 28. Aprilis 1755 § 16. coram Eminentiſſimo D. Card. Elephantutio*.

Satis igitur perſpicuum erat ex eadem Tranſactione anni 1581, quæ adhuc viget, & obſervatur, Decimas inter Capitulum, & Monaſterium diviſas Spirituales eſſe, & ab eodem Parochialitatis fonte provenientes. Nihil enim refert, quod in congreſſibus, ſeu Conferentiis ante Tranſactionem habitis, Capitulum dixerit ſe magnis ſumptibus ſuſtinuiſſe Vicarium, & plures vicisſim percipere Decimas Monaſterium, *quia tamen nunc quieſtæ fuere*. Hæc enim, & alia multa contra Monaſterium oppoſuit Capitulum, ut Decimarum perceptionem eidem impugnaret, ſed querelæ ſunt hæ, ſeu conqueſtiones ejuſdem Capituli, non autem Confeſſiones, quæ nihil proinde concludunt ad excludendam Spiritualitatem Decimarum, ſemel ac ex ipſa Tranſactione deinde ſtipulata conſtat, ſuis quidem juribus ceſſiſſe Capitulum, ad æqualem decimalem participationem admiſſo Monaſterio, ſed in ſuſtentationem Parochi aliquid etiam contuliſſe Monaſterium quod una cum Capitulo ſuper certis fundis Vicario aſſignatis competentibus ſibi Decimis renunciavit. Non enim licet contra factum
29 proprium ab oneribus Parochialibus immunes tenere Decimas Monaſterio competentes, quarum certam in ipſa Tranſactione contulit in Parochi ſuſtentationem. *Text. in Leg. Cum de indebito 25. in fin. ff. de Probat.*, *& Leg. Generaliter. 3. Cod. de non numerata pecunia*.

Prætereunda demum non erat noviſſima Tranſactio anni 1724, quæ pariter earumdem decimarum Spiritualitatem non obſcure præmonſtrat. Statuit enim imprimis ut in poſterum certa dies cum Abbate Salemitano indiceretur ad rationes reddendas ſuper adminiſtratione Bonorum Fabricæ Eccleſiæ Seefeldenſis, liberumque foret eidem Abbati unum vel plures mittere, qui aſſiſtentiam pro ipſo præſtarent. Sicut autem hoc jus quo nunquam antea potiti fuerant Abbates Salemitani ad titulum Feudalitatis pertinere non poteſt; ita ad Spiritualem ſaltem Decimarum qua-

ſitatem neceſſario referri debet propter eum, nempe ſolicitudinem, quam gerere debet, qui Decimas poſſidet Parochiales, ut Fabricæ redditus recte adminiſtrentur,
20 ne alias in ipſum recidat onus ſupplendi de proprio contingentibus ejusdem Fabricæ neceſſitatibus, ut recte obſervat Decaſio ultima bon mem. Ratti § 9. Occurrit præterea in eodem Tranſactionis Inſtrumento facta fuiſſet Capitulum, & Monaſterium permutatio plurium Veri am Decimarum, quæ antea a Capitulo poſſidebantur. Si igitur Spirituales erant, & onus reædificationis ſaltem Parochialium obnoxiæ hujusmodi Decimæ penes Capitulum antea exiſtentes; fieri non potuiſſet, ut tales non cenſeantur apud Monaſterium, quod permutationem a titulo eas acquiſivit,
21 cum in illud tranſire debuerint cum omnibus earum oneribus, & qualitatibus, ut notant Wenſler in jus Canonic. lib. 3. tit. 48. num 27. Schmier ind. tit. lib. 3. Tractat. 1. part 2. Cap. 2. § 3. num 72. Pacchius de riparat. Eccleſ. cap. 14. num. 1. & Rot. in Conſtantien. Reædificationis Eccleſiæ 27 Aprilis 1759. § 8. coram me.

Fruſtra vero contendebatur, mutuo Monaſterio fuiſſe eum eſſe ſuum jus Feudale, ſeu Territoriale tributi Oppidi Seefeldenſis, niſi controverſæ decimæ accenſeantur inter Laicalia Tributa, ſeu provincialis Manipulis, qui ex titulo feudali ſibi debentur. Compertum namque fuit ex pluribus Testibus, diverſos a Decimis eſſe Provinciales Manipulos, aliaſque tributarias præſtationes, quæ Feudali ſeu Territoriali jure percipiuntur, & præter controverſas Decimas, quas cum Capitulo dividit Monaſterium, eidem non deeſſe Manipulos provinciales, ſeu forſitales, aliaque multa temporalia tributa, quæ ſeuſim a Decimis ex ipſi Monaſterium a ſuis Subditis Seefeldenſibus. Quare ob eam ſi ex ſuo Feudali, ſeu Territoriali jure tilos habet Monaſterium ſeparatos proventus, ac temporalia tributa, nihil eſt, ut ex eodem feudali, ſeu Territoriali jure inter Laicalia Tributa recenſeantur Decimæ, quas ita cum Capitulo dividit Monaſterium jure promiſcuo, & conſortali, ut
22 non poſſint non eſſe quidem Spiritualis indolis, & qualitatis, ut præ cæteris tradunt Argentré ad Conſuetud. Ducat. Briton. art. 166. ... Leg. A & ſequen Card. de Luc. de Decim. diſcurſ. 6. num 17. & Rot. in Argentina Decimarum ſuper rendiſſ. in 19 Januarii 1761. § 11. coram Eño D. Card. Paracciano.

Nec magis proficit earumdem Decimarum Laicitatem deſumere ex vetuſtis Conceſſionibus, & Donationibus annorum 1213. 1255. 1259., & 1260. ſibi factis a Laicis, & Militari Familia illorum de Vathz, a quibus una cum Feudo Seefeldenſi plures etiam Decimas Monaſterium acquiſivit, Primo ſiquidem nullatenus a Monaſterio probatur, Decimas nunc controverſas eſſe illas, de quibus antedictæ vetuſtiſſimæ Ceſſiones loquuntur. Obſtat imo ne ſint eædem tum qualitas hujusmodi Decimarum, quarum magna pars ex Decimis coaleſcit Novalibus, aut cum ipſo Capitulo pervenerit; tum factum pariter ipſius Monaſterii, quod per quinque continua Sæcula in pluribus Controverſiis, ac tribus ſolemnibus Tranſactionibus cum Capitulo ſtipulatis, ut prædictas uti ſui poſſeſſor Decimas tueretur, ne una quidem vice ad Vathzianas ceſſiones provocavit, ſed omne jus ſuum deſumpſit vel
23 a Privilegiis Apoſtolicis, vel a Tranſactionibus, vel a poſſeſſione; tum denique pacta omnia ſuper controverſis Decimis cum Capitulo inita in ſucceſſivis Tranſactionibus annorum 1207., 1581., & 1724., quæ ſuper ſpiritualibus tantum Decimis poſſunt verificari.

Cæterum quatenus etiam pars aliqua Decimarum earum, quas cum Capitulo dividit Monaſterium ad vetuſtas pertineret ceſſiones Vathzianas, adhuc tamen non Laicales cenſeri poſſent, ſed Spirituales, ſeu Eccleſiaſticæ, & conſequenter reædificationi Parochialium adhuc obnoxiæ. Compertum namque fuit, quod in Diœceſi Conſtantienſi firma ſtat obſervantia, ut Decimæ omnes in origine ab Eccleſiis cenſeantur profectæ, & ideo veluti radicaliter Spirituales tales exiſtimentur, non ſolum ſi ad Eccleſiaſticos redeunt, verum etiam tamenſi permanent apud Laicos, vel etiam Fœminas, & Heterodoxos, juxta locupletiſſimum Teſtimonium Officialatus Uberlingini & Epiſcoporum Conſtantienſium, quia ſæpe contigit vetuſtiſſimis illis Eccleſiæ temporibus, &
24 ante Concilium Lateranenſe, ut vel per uſurpationem vel ex conceſſa Infeudatione ab Eccleſiis in Laicos tranſierint Decimæ Spirituales & Eccleſiaſticæ, ut erudite tradunt Thomaſſin. de vet., et de nov. Eccleſ. Diſciplin. part. 3. lib. 1. cap. 7. & ſeq. Lorenz. de nov. Decim., & præſertim de longo Tertius. diſſ. n. 15. Anneo 16., & ſeq. pag. 242.

Et re quidem vera, earumdem Decimarum Eccleſiaſticam qualitatem non obſcure præſeferunt ipſæmet Vathzianæ Conceſſiones. Excepta enim prima anni 1213., in qua ob feudalis fortè translationem Imperialis auctoritas interceſſit, reliquæ omnes ceſſiones erga Monaſterium factæ ab illis de Familia Vathz, a ſolo Conſtantienſi Epiſcopo, vel etiam a Capitulo probatæ fuerunt. Nunquam præterea in dictis Conceſſionibus occurrit mentio vel Tributi, vel Cenſus, vel reſponſionis, ſed ubique fit ſermo de Decimis, quas in ſpiritum tenere in Parochia Seefeldenſi aſſerebant ipſimet concedentes. Hinc

 autem

autem proſluunt argumenta non æquivoca Eccleſiaſticæ illarum qualitatis, tum
25 quia neque Capituli, neque Epiſcopi Conſtantienſis auctoritate, & confirmatione opus erat pro conceſſione Decimarum, ſeu Tributorum tantummodo Laicalium, tum ſe facilius quia ſimel ac de hujuſmodi Decimis in Monaſterium tranſlatis locuti ſunt Waltherus, aliique de Familia Vatha, ut eas dixerint a ſe teneri *in Feudum, & per Parochiam Seefelderiam*, ſatis hoc ipſo ſignificarunt illarum Parochialitatem, & originarium proventum a juribus Eccleſiæ in ipſos tranſlata opere
26 infeudationis, cui reſiſtere temporibus illis non poterant Parochialium Eccleſiarum Paſtores, ut præ cæteris narrat Thomaſſin *de vet. & novae Eccleſ. Diſciplin.* lib. 1. cap. 10. § 7. pag. 3.

Supervacaneum hic erat morofius inquirere de Confeſſionibus, ſeu agnitionibus, & enunciativis utrinque allegatis. Non enim indiget Conſtantienſe Capitulum Confeſſionibus, ſeu agnitionibus Monaſterii pro adſtruenda prædictarum Decimarum Eccleſiaſtica qualitate, quæ non ſolum ex juris præſumptione, verum etiam ea tribus ſolemnibus Tranſactionibus uberrime comprobatur. Nec viciſſim obeſſe poſſunt eidem Capitulo enunciativæ nonnullæ, vel quod ibi unita reperiretur Parochia In Eccleſia Seefeldenſis = *cum tota la Decima, a Proventi ad eſſa Parrochia ſpettanti* =; vel quod temporales eſſent Decimæ a Vathmana Familia provenientes. Nihil enim aliud important priores enunciativæ, niſi quod in Capitulum ex unione tranſierit quidquid Decimarum penes Parochiam unionis tempore reperiebatur, & alias cum de tempore unionis pars Decimæ Parochialis jam fuiſſet in alios tranſlata, probe verificatur, unionem factam fuiſſe = *con tutta la Decima ad eſſa Parrochia ſpettanti* =: licet etiam de eo tempore ea ſequuta dudum diſmembratione exiſterent alii earumdem Parochialium Decimarum participes. Reliquæ vero enunciativæ cum non prodierint a Capitulo,
27 ſed ab illius Dafenſoribus; neque cognitam aliunde prædictarum Decimarum ſpiritualitatem excludere poſſunt, neque Capitulo ullibus præjudicium irrogare, ut probe ſtatuit ultima Deciſio bonæ memoriæ Ricci § 18, & ſæpe dixit Rota *in rec. 1. deciſ. 413. num. 5. part. 2. deciſ. 410. num. 6. part. 3. & cor. Molin. deciſ. 562. num. 24.*

Præterea ſtanda tamen non erat obſervantia tum univerſalis Diœceſis Conſtantienſis, quam particularis quæ rem cæteroquin non dubiam mirifice comprobant. Quod enim in tota Diœceſi Conſtantienſi ex recepta, & univerſali conſuetudine pro ſpiritualibus habeantur, & oneri reædificationis Ædium Parochialium obnoxiæ ſint omnes Decimæ velut ab Eccleſiis perfectæ, tametſi vel a Laicis, & Familiis, vel etiam ab Acatholicis percipiantur, niſi ſub promiſcuo etiam nomine Canonis, vel Tributi, aliarumque Laicalium præſtationum fuerint perſolutæ, non ſolum probatur ex ampliſſimo Teſtimonio Officialatus Conſtantienſis diverſis temporibus, diverſiſque etiam in Cauſis edito, ſed etiam pluries teſtati ſunt Conſtantienſes Epiſcopi, & præſertim de anno 1727. in relatione ad Sacram Congregationem Concilii tranſmiſſa, & luculentius demum confirmat duorum ferme rerum plurimi judicatarum, quæ ad duo ferme ſæcula excurrunt. Paucis enim exceptis caſibus, in quibus certo conſtabat de Laicali illarum qualitate vel ex titulo eſt, vel quia pendebantur tanquam Laicalia Tributi, & ſub promiſcuo nomine Canonis, Tributi, aliarumque ſimilium Laicalium præſtationum, ſemper judicatum fuit pro ſpiritualitate Decimarum in Conſtantienſi Diœceſi exiſtentium, & ad reparandas Parochiales Eccleſias ex univerſis illius Diœceſis conſuetudine coacti fuerant hujuſmodi Decimatores non ſolum Eccleſiaſtici & Regulares, ſed etiam Laici, Dynaſtæ, & Hæthorodoxi. Plenam ergo deferendam erat huic tam diuturnæ, & univerſali obſervantiæ totius Diœceſis Conſtantienſis, quæ non ſolum ex impar-
28 tiali judicio publici Officialatus, & Epiſcoporum Conſtantienſium, ſed ex rebus etiam pluries judicatis invictiſſime comprobatur ex ſumatis per Rot. *coram Rezzon. deciſ. 244. num. 36, & in Conſtantien. Decimarum ſuper Reſolutis 27 Februarii 1761. § 5. cor. Eminentiſſimo D. Card. Ganganelli*.

Verum non deerat particularis etiam, & magis præciſa obſervantia quoad ipſum Monaſterium Salemitanum. Plures ſane contingit, ut ratione Decimarum, quas alibi poſſidet, ad ejus contributionis condemnatum fuerit pro reparanda Eccleſiis Parochialibus *Birmensgensi*, *Bodmanensi*, & *Billafingensi*, expreſſa hic potiſſimum cauſa conſuetudinis in Conſtantienſi Diœceſi vigentis. Sed hujuſmodi exemplis, quantumvis in judicio approbatis longe prævalet illud Eccleſiarum *Gerbrechtsweiller*, & *Mülhofen*, quæ filiales ſunt Parochialis Eccleſiæ Seefeldenſis. Non modo enim de anno 1724. prædictas Eccleſias ſuæ proprio reparavit Monaſterium Salemitanum, ſed recuſante inſuper Capitulo ſuam etiam contribuere, quia *ad iſtellum emanaſſitant non ſi erat antis tenutum*, prætenſionem ſuam contra Capitulum *amicabiliter pro ea vice* deſeruit Monaſterium. Si igitur ratione Decimarum, quas percipit Monaſterium in Parochia Seefeldenſi reædificationi coactum fuit, & ſubiit quoad filiales Eccleſias ejuſdem

dem Parochiæ Seefeldenſis; non poteſt idem reædificationis onus non ferre quoad
29 ipſam Parochialem Eccleſiam matrem, quæ diſſimili jure a ſuis filiabus hac in re judicari non debet, ut recte animadvertit ultima Deciſio bon. mem. Ricci §. 19.

Nihil vero refert, quod pro reædificatione, vel reparatione ejusdem Parochialis Eccleſiæ Seefeldenſis nihil unquam contulerit Monaſterium. Primo ſiquidem non
30 probatum, imo ex confeſſionibus conſtat ipſius Monaſterii, nunquam evenisse caſum novæ reædificationis Ædium Parochialium ejusdem Eccleſiæ Seefeldenſis, multoque minus earumdem, quod reparationibus indiguerint, quibus abſolvendis ſtiti eſſe nequiverint Fabricæ reditus. Deinde ſemel ac onus pertulit Monaſterium
31 reædificationis Eccleſiarum Filialium Parochiæ Seefeldenſis, perinde eſt pro hujusmodi effectu, ac ſi pertuliſſet hoc onus reædificationis pro ipſa Parochiali Eccleſia Seefeldenſi, in qua idem omnino Decimarum Titulus, & ratio verificatur.

Cæterum non ſatis conſtat, quod pro reædificatione Parochialium Ædium Eccleſiæ Seefeldenſis nihil revera contulerit Monaſterium. Nam de anno 1460., quo fuit vel de novo constructa, vel reædificata Domus Parochialis ejusdem Eccleſiæ, *non ex lateribus, sed ex lignis, ſeu ex antiquis quercubus, & valles Domo quodam ruſticana; Aream, & Hortum* dedit Monaſterium *cum omnibus ſuis pertinentiis* ſub tenuiſſimo tantum Canone *oâo aſſium*. Quamobrem, etſi ligna, Trabesque ad conſtruendum hujus generis Caſulam dediſſet Capitulum, ſemper tamen verificatum, quod in ea reædificatione aliquid de proprio contulit etiam Monaſterium; quinimo nec facile determinari poterat, qui eorum plus vel minus in eamdem reædificationem contulerit, ut recte obſervat dicta Deciſio bon. mem. Ricci § 20.

Vix autem obſici merebatur, quod a Capitulo rogatum fuerit Monaſterium de annis 1545. 1558. ut pro conſtructione Ædificii in *ſigura ejusdem vehiculo* Vicario Seefeldenſi ſubminiſtraret *nonnullas quercus, & Plankas* curſus præſtaret ad tranſferenda ligna in Horrei conſtructionem neceſſaria. Nuſſibi namque conſtat, cujus generis eſſet Ædificium, de quo tunc in allatis Epiſtolis loquebatur Capitulum, & an illud ad Parochialem Eccleſiam pertineret, ſeu potius ad ejus Vicarium, quinimo ignoratur etiam num Capitulum, vel Vicarius Ædificium, & Horreum prædictum ære proprio conſtruxerint, ſeu potius ex redditibus Fabricæ, cum ex præ-
32 ſenti illorum teneritate non liceat arguere, quod antiquo etiam tempore infirmi eſſent Fabricæ redditus hujusmodi oneribus ſubeundis, ut recte obſervat ſæpedicta Deciſio bonæ memoriæ Ricci § 11.

Nec magis relevat, quod anno 1727 Parochialis Horreum fuit ſumptibus reædificaverit Capitulum, abſque eo quod in eum conſtruendum aliquid contulerit Monaſterium. Id enim non aliunde probatur, quam ex nonnullis Teſtibus non ſolum extrajudicialibus, & pendente hac Lite conquiſitis,
33 ſed etiam ſuſpectiſſimis, utpote Subditis ipſius Salemitani Monaſterii. Præterea non conſtat, an ære proprio, ſeu potius ex redditibus Fabricæ Horreum hoc fuerit a Capitulo reædificatum. Quamobrem ex actibus adeo paucis, & dubiis æquivocis nulla deſumi poterat obſervantia, quæ aut ſpiritualitatem excluderet hujusmodi Decimarum tam ex juris præſumptione, quam ex Tranſactionibus reſultantem, aut ipſum Monaſterium eximere poſſet a contributione, & ab onere reædificationis Ædium Parochialium, quod ſpiritualibus Decimis ex recepta totius
34 Diœceſis Conſtantienſis conſuetudine contra ipſummet Monaſterium fuit etiam judicialiter comprobata. Rot. *cor. Bich. deciſ 244. num 36. cor. Creſcent. deciſ 456. num 22. cor Tanar. deciſ. 188. num. 5. & cor. S. M. Clemente XIII. deciſ 40. num. 26.*

Et ita collecti OO. DD. *ſuffragiis* in ſtrenuo Partium conflictu reſolutum fuit utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. AZEDO.

CONSTANTIEN. REÆDIFICATIONIS ÆDIUM PAROCHIALIUM.

Veneris 6. Junii 1777.

ARGUMENTUM.

Habes ex præcedenti Deciſione.

SUMMARIUM.

1 Decimarum nomine eas intelligimus, quæ jure divino præſcriptæ, in veteri Teſtamento Levitis dabantur.

2 Nova autem Gratiæ lege Paſtoribus Eccleſiæ debentur utpote in locum Levitarum ſuffectis.

3 De Jure, Decimæ præſumuntur Spirituales.

4 In Germania Laicalia etiam tributa Decimarum nomine perſolvuntur.

5 In Diœceſi Conſtant enſi Decimarum nomine intelliguntur Spirituales.

6 Teſtimonio Magiſtratus Officialium Curiæ, & Epiſcopi plene deferendum.

7 Antiquitus Decimæ Spirituales in Laicos transferri conſueverunt.

8 Deinceps vero cautum eſt ut neque in Monachos Decimæ transferri poſſent ſine Epiſcopi Auctoritate.

9 Cautum præterea fuit ut Laici, qui a Laicis Decimas reciperent, nec eas redderent Eccleſiæ, Sepultura Eccleſiaſtica privarentur.

10 Translatio Decimarum facta in Laicos intelligitur de Spiritualibus ſi ejuſmodi translationem Epiſcopus authoraverit.

11 Item, ſi de ut his acta fuerit coram Judicibus Eccleſiaſticis.

12 Decimæ Spirituales ſubſunt oneri reædificationis Ædium Parochialium.

13 Ab ejuſmodi onere immunes nonnulli exiſtimarunt Decimas poſtquam pervenerant in Laicos.

14 Contrarium tamen verum.

15 Ideo ita fert conſuetudo Diœceſis Conſtantienſis.

16 Recenſentur argumenta demonſtrantia qualitatem Eccleſiaſticam Decimarum.

17 Ordini Ciſtercienſi Privilegia a Decimis exemptiva conceſſit Alexander III.

18 Innocentius tamen III. exemptionem cohibuit ad Terras propriis manibus, aut ſumptibus cultas.

19 Ejuſmodi autem Decimæ nonniſi Spirituales eſſe poterant.

20 Decimæ Novales & ipſi debentur Parocho, niſi ex Apoſtolico Privilegio alteri fuerint reſervatæ.

21 Extra Territorium Feudale non protenduntur Laicalia tributa exigendi.

22 Diviſio Decimarum facta per Agros, & Regiones, monſtrat qualitatem Eccleſiaſticam Decimarum.

23 Solutio Decimæ præfertur ſolutioni Laici Tributi.

24 Diviſa Decima inter Capitulum, & Monaſterium, ſi Spiritualis eſt Decima Capitulo debita, ita quoque dici debet de parte Monaſterio reſervata.

25 Decima Eccleſiaſtica quantitate creſcit vel decreſcit, juxta majorem, minoremve ubertatem.

26 Decimatori Spirituali ineſt onus, pro modo congruam, Parochum ſuſtentandi.

27 Ex titulo Feudi, Monaſterio non competit interventus in diſpenſatione adminiſtrationis bonorum Fabricæ.

28 Tota Decima Monaſterii dicitur Spiritualis ſi non excedat quantitatem Decimarum Spiritualium, & Laica tributa ſeorſim exigantur.

29 Fortior eſt Partis confeſſio, quæ Juribus, & documentis conformis eſt.

30 Decimarum Spiritualium qualitatem demonſtrant Res Judicatæ, & conſtans obſervantia Diœceſis.

31 Concilium Tridentinum ad Eccleſiæ Fabricam omnes adigit, qui fructus aliquos ab Eccleſia provenientes percipiunt.

32 Qui Filialem reſtaurat Eccleſiam, Matricem quoque domumque Parochialem reædificare tenetur.

33 An Horrea ad uſum Parochi veniant ſub nomine Eccleſiæ, ædiumque Parochialium?

DE-

DECISIO CIII.

PArochialem Domum Loci de Seeſfald, quæ ruinoſa erat, Curia Epiſcopalis Conſtantienſis, aliis non ſuppetentibus Fabricæ redditibus, reædificandam mandavit ex Decima, quæ ibi cedunt partim Capitulo Cathedralis Eccleſiæ, cui Parochia unita eſt, partim vero Imperiali Monaſterio de Salem, & ab eo Cauſam habenti Hoſpitali Umberlingano. Grave autem viſum eſt Monaſterio, & Hoſpitali ad onera imponi Decimis ſuis. Provocatione itaque interpoſita, ita pro re ſua certarunt, ut abſolutionem obtinuerint cum in Tribunali Nunciaturæ Apoſtolicæ apud Helvetios, tum ab A.C., in quam partes Sententiam ſemel iterumque noſtrum quoque Tribunal traxerunt Quinto, & Sexto Suffragantibus, ut perhibent Deciſiones editæ a bon. mem. Riccio diebus 21 Junii 1773., & 11 Martii 1774.

Ita Monaſterio, & Hoſpitali res ceſſit, quia extra Conſtantienſem Diœceſim imponere potuerunt, Decimas ſuas, ſecus ac ear, quia percipit Capitulum, eſſe Laicales. Verum non diu latuit, eas æque ac Capituli Decimas revera non Laicales eſſe, ſed Eccleſiaſticas. Propius itaque agnita, perſpectaque Decimarum indole, eiſdem Auditorum DD. omnibus Suffragantibus, quod antea viſum fuerat, revocarunt duabus aliis Deciſionibus diebus 31 Martii 1775., & 3 Junii 1776., quarum altera edidit ipſe bon. mem. Riccius, alteram vero R̃mus P. D. meus Ratti Decanus in demortui locum ſuffectus, qui Rotalem ſubinde protulit Sententiam Monaſterio, & Hoſpitali decernantem = *Ut ex Decimis ſuis in Parochialis Domus reædificationem contribuerent.*

Acquieſcendum tamen non cenſuerunt ſuccumbentes, ac mihi re dalita, primum omnium ſpeciales Litteras expoſtularunt, ut aſſerta quædam jura extrahere liceret. Petitio quidem ipſa ſatis pateſaciebat, jura extrahenda parvi, aut etiam nihil profutura eſſe, conceſſæ nihilominus ſunt Litteræ ſpeciales, ſed = *Non retardato interim curſu Cauſæ* = Tres inde Menſes abierunt, quin ſumbus ipſis extrahendis opera aliqua collata fuerit. Hodie igitur ſciſcitanti mihi de Rotalis Sententiæ Viribus, licet ſuccumbentes nonniſi inutiles moras interponere ſtuduerent, attamen reſponſum eſt = SENTENTIAM ROTALEM ESSE CONFIRMANDAM.

Rata ſiquidem habeantur oportet, quæ valide, & juſte fuerunt conſtituta, eaque propter confirmationem obtinuit Rotalis, de qua agitur Sententia. Etenim acta, ex juris præſcripto, geſta undeque monſtrant validam eſſe pronunciationem. Juſtitia vero extra omnem diſputationem eſt, ſi Decimæ, quæ a Monaſterio de Salem, & Hoſpitali Umberlingano in Pago Seeſfeld percipiuntur Spirituales juſtificentur. Nunquam enim in controverſiam revocatum eſt, in eo Pago Parochialem Domum inſtaurationis indigere, nunquam negatum Fabricæ reditus haud ſuppetere, quibus ea Domus reſtitui valeat, nunquam denique dubitatum, omnino oportere, ut ex Spiritualibus Decimis Domus ipſa renovatur.

Una igitur difficultas eſt, Spirituales ne ſint, an Laicæ Decimæ illæ, quibus poſtiae Monaſterium, quarumque partem ipſum tranſtulit in Hoſpitale Umberlinganum. At res eo deperductam ſeu affecta eſt, ut vix ac ne quidem in dubium revocari amplius valeat, eas Decimas revera eſſe Spirituales. Id namque primo pro ſuadet vox ipſa Decimarum. Quum enim Decimas nominari audimus, illico ad eas Decimas animus fertur, quæ jure divino 1 præſcriptæ, Levitis cedebant in veteri Teſtamento. Nova autem Gratiæ lege 2 Paſtoribus Eccleſiæ debentur, qui in Levitarum locum ſucceſſerunt. Prima hæc eſt Decimarum notio, ut patet ex Sacris Litteris *Numer. Cap. 5., & 18. Deuteron. Cap. 18. 2. Paralipom. Cap. 31.* Unde fit, ut jure ipſo Decimæ præſumantur Spi- 3 rituales, quemadmodum probant Secunda, & Tertia Deciſio pariter inſtantiæ *utraque* §. 3.

Parvi autem refert, in Germania Decimarum nomine Canones variter, Tributa, aliaque Laicæ præſtationes, Monaſteriumque inſuper Salemitanum jam inde ab annis 1213. 1255., & 1260. Decimas habuiſſe a Militari, & Laica Familia de Valhz. Primo pro anim non ſatis conſtat, Decimas tunc controverſas eſſe eaſdem, ac illas, quas Monaſterium aſſerat ſe ab illis de Valhz accepiſſe, ut præmonuit Deciſio R̃mi P. D. mei Decani §. 17. Deinde licet eaſdem dici velint, non tamen erunt idcirco Laicales, quia in Ger- 4 maniæ Laicalia etiam tributa ſub Decimarum nomine perſolvantur. Nam quæcumque ſit vocis ſignificatio in quibuſdam Germaniæ locis fortaſſe etiam Acatolicis alia plane res eſt in Diœceſi Conſtantienſi. Nam ibi Laicæ præſtationes propriis ſuis nominibus Canonum, Canonum, Tributorum appellantur. Nomine autem Decimarum ſemper intelligun- 5 tur Decimæ, quæ ſuæ origine ſua Spirituales, ſive a Laicis ſint poſſeſſæ, ſive modo etiam a Laicis ipſis, Dynaſtis, ſeu Primatibus, atque etiam Acatolicis poſſeſ-

ſideantur, ut jampridem in aliis Cauſis pleniſſime teſtati ſunt Magiſtratus Umbelingani, Officiales Curiæ Conſtantienſis, & Ipſemet Conſtantienſis Epiſcopus in ſua Relatione ad Sacram Congregationem Concilii data anno 1727., quibus
6 nemo dixerit, plenam fidem non eſſe adjungendam, ut præ cæteris ſtatuit Rota in Cracovien. *Decimarum ſuper Reſolutis 27. Aprilis 1767. § 9. cor. clar. mem. Card. Paracciano.*

Et plane, Non minus tanquam Spirituales habendæ ſunt Decimæ, eo quod eas aliquando retinuerint, imo fortaſſe detinuerint Laici, præſertim potentes. Meminiſſe enim ſat eſt quam infelix fuerit turbidis Eccleſiæ ſeculis Decimarum Eccleſiaſticarum conditio. Paſſim eæ
7 occupabantur a Laicorum Dominis, & præpotentibus Viris. Si autem quibus religio aliqua inſidebat, ipſa etiam Decimas, tuendæ Eccleſiæ colore, in Beneficium, & Feudum ab Eccleſiæ Paſtoribus obtinere conabant, nec denique Eccleſiaſticorum quoque Virorum ambitus & gratia deſuit, quæ ultro Laicis Decimas ipſas propinaverint, ut præ cæteris referunt Gonzal. *in Cap. Prohibemus 19. de Decimis*, & Thomaſſin. *de vet. & nov. Eccleſiæ Diſcipl. part. 3. lib. 1. cap. 7. & 11.* Non defuerunt ſane, qui Decimarum Uſurpationes, & Conceſſiones quoque ipſis Laicis factas improbaverunt. Unde non pauci religione moti eas in Monachos transferre cœperunt. Id autem ip-
8 ſum ſine Epiſcoporum conſenſu, & auctoritate fieri vetuerunt Urbanus II. anno 1095 in Synodo Claramontana, & Alexander III. anno 1178 in Concilio Lateranenſi, ut patet *ex Can. Decimas 39. Cau. 16. quæſt. 7. cap. 3. de Præſcript. cap. Cum Apoſtolus 7. de his, quæ fiunt a Prælatis ſine Conſ. Capit., & cap. Quamvis de Decimis*: imo idem Alexander Laicorum quoque audaciam, qui Decimas Eccleſiaſticas in alios Laicos transferre præſumebant, compeſcuit jubens, ut qui
9 Laici Decimas a Laicis reciperent, nec eas redderent Eccleſiæ, Sepultura privarentur Chriſtiana, ſicuti patet ex *Cap. Prohibemus 19. de Decimis.*

Ita autem cum res ſeſe habuerint Undecimo, & ſequentibus Eccleſiæ ſeculis, quis non credet, Decimas, quas Monaſterium de Salem a Laicis, & Militari Familia de Vithz habuit decimo tertio ſeculo, in ſui origine fuiſſe Spirituales & Eccleſiaſticas? Verum id magis etiam certum, & evidens fit ex ipſiſmet ceſſionibus, aliiſque monumentis. Equidem ceſſæ fuerunt Decimæ ſpectantes *in ſua Parochia* & *in ſua Parochiam* = Decimæ igitur Parochiales, ac proinde Eccleſiaſticæ in ceſſionem venerunt. Præterea ſi primi excipitur ceſſio anni 1213., quæ Feudum ipſum de Seefeld complectens, idcirco auctoritate fuit a Federico II. Rom. Rege; reliquæ ſane omnes, quæ Decimarum jus unice transtulerunt, confirmatæ fuerunt
10 tim ab Epiſcopo, & Capitulo Conſtantienſi. Quis autem non videt, factum id fuiſſe, ut præſcriptis ſatisfieret ab Urbano II., & Alexandro III. atque ita de Decimis actum fuiſſe Spiritualibus? Denique Succeſſores ipſius Familiæ de Vaditz, qui factas Monachis Decimarum ceſſiones jure ſuo revocare ſtuduerant, non
11 alibi Litem ſtruxerunt, quam coram Epiſcopo Conſtantienſi, & Eccleſiaſticis Judicibus. Hoc ſane non leve argumentum eſt, quod Vadhum non aliis ceſſiſſent Monaſterio Decimas, quam Spirituales, & Eccleſiaſticas, ut advertunt Peuting. *in jus Canon. lib. 3. tit. 30. § ll. 8. de Decimis num. 13.* Lotter. *de re Benefic. lib. 1. quæſt. 11.*, & Card. de Luca *de Decimis diſc. 6. num. 17.*

Si ergo non generalis tantum Decimarum notitia, ſed ipſa etiam ſpecialis earum, de quibus agitur, indoles pateſecit de Decimis rem eſſe Spiritualibus, & Eccleſiaſticis, hinc optimo jure putandum eſt, ip-
12 ſis onera ædes Parochiales reædificandi eſſe ſubjectas. Nec decet opponere, Decimas, utcumque origine ſua Spirituales, ab oneribus Eccleſiaſticis immunes evaſiſſe, ſimulac pervenerant in Laicos, neque idcirco iiſdem oneribus denuo ſubjectas fuiſſe, quod a Laicis tranſierint in Monachos, perſonas a pluribus ſeculis Eccleſiaſticas. Non utique deſuerunt aliqui,
13 ſed diminutæ notæ Scriptores, qui eam rem tentaverint, quoties cæteroquin Decimæ Feudo adnexæ fuerant, & cum ſundo translatæ. At pro certo habendum eſt, Decimas Eccleſiaſticas utcumque a Laicis poſſeſſas, & ab ipſis Eccleſiæ Viris ceſſas ſi ipſis reſtituantur, ad antiquam ſuam redire, iterumque oneribus Eccleſiaſticis fieri ſubjectas, ut probant relati in tertia Cauſæ Deciſione coram bon. mem. Riccio § 14. Verum imo eſt, ut immu-
14 nes quidem ab iiſdem oneribus fuiſſe Decimæ Spirituales, tum etiam quum a Laicis detinerentur. Non enim præterquam cum ſuo onere in Laicos tranſire potuerant, atque hæc firma eſt Conſtantienſis potiſſimum Diœceſis obſervantia. Sic enim aliis in Cauſis non ſemel teſtati fuerunt ejus Curiæ Officiales, regulariterque, omnes hujuſce indolis Decimas poſſidentes, ubi opus fuit, ſine ullo diſcrimine vocatos, & condemnatos fuiſſe ad Eccleſias, vel Parochiales ædes reſtaurandas, quod ipſe etiam Epiſcopus Conſtantienſis teſtimonio ſuo confirmavit in prædicta relatione, quam dedit anno 1727. ad Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Cardinalium Sacræ Congregationis Tridentini Interpretum.

Verum enim vero non ex ſua tantum origine Mona-

Monaſterii Decimas Eccleſiaſticas eſſe probantur, ſed hoc etiam gravius accedit, cum a Monachis ipſis, aliiſque Perſonis Eccleſiaſticis ſemper uti Spirituales habitas fuiſſe. Principes enim ubi aliquid incidit
16 quæſtio de Decimis, non ſemel Monachi ipſi, neglectis Vathianis ceſſionibus, profeſſi ſunt deſiſtas ſe Decimas poſſidere ex Privilegiis Apoſtolicis. Quid autem hoc fuit niſi ingenue fateri Decimas eſſe Eccleſiaſticas? At fortiora ex Tranſactionibus cum Capitulo Conſtantienſi initis erumpunt Eccleſiaſticæ qualitatis argumenta. Inita primo Tranſactio fuit anno 1225, quo tempore Capitulum Conſtantienſe Parochias Seefeldenſis numerum obtinuit. Actum in ea eſt de jure Patronatus Eccleſiæ, & huic jactato juri Monaſterium renunciavit. Actum inſuper de Decimis Novalium, eorum nempe Arvorum, quæ cæſis Sylvis ad culturam redacta eſſent, & ad præſtandas Decimas Monaſterium ſeſe obligavit. Actum denique de Decimis exigendis *in Curte Marca, & Villa de Minthauſia*, quæ duo loca in Decimarum ceſſionibus Monaſterio factis continebantur. Pro his autem Decimis, quæ Monachis relictæ fuerunt, Monaſterium viciſſim Capitulo ſolvit Marcas undecim. Agnita igitur Decima hæc fuit tamquam jure Parochiæ debita; agnita ceſſio tamquam a Controverſia haud immunis. Nam ſecus, Monaſterium non utique ceſſas Decimas numerata pecunia redemiſſet.

Altera ſucceſſit Tranſactio ſub annum 1581. Hæc inita eſt, Capitulo ſuam Parochiæ jus decimandi proferente, Monachis vero tum vel maxime obtendentibus Privilegia Pontificia ſuo Ciſtercienſi Ordini conceſſa. Privilegia autem hæc antiquo
17 Decimas omnes Monachis induſſerant *Laborum ſuorum*, ut retulit *Alexander III. in Cap. Ex parte 10. de Decimis*. Poſtea vero ſub Innocentio III. anno 1216. = *Ne occaſione Privilegiorum* (Monachis conceſſorum) *Eccleſiæ alterius prægravarentur* = ita moderata fuerunt, ut Monachi = *De alienis Terris, & amodo acquirendis, & ſi eas propriis Manibus aut ſum-*
18 *ptibus excoluerint, Decimas perſolvant Eccleſiis, quibus ratione prædiorum antea ſolvebantur*, ut hiſce verbis ſtatutum legitur *in Cap. Nuper 34. de Decimis*. Una autem hæc ex prolatis Titulis elicita animadverſio ſatis jam pateſecit, Decimas, de quibus eo anno 1581. tranſactum eſt, utique fuiſſe Spirituales certo certius erant Decimas, quas Capitulum ſibi adſtruebat ex jure Parochiali, nec aliæ quam Spiri-
19 tuales eſſe poterant Decimæ *Laborum ſuorum*, a quibus Monachi Ciſtercienſes per Pontificia Privilegia exempti fuerant, ita tamen ut poſt annum 1216. Decimas omnino præſtarent ex bonis acquirendis,

ne occaſione Privilegiorum ſuorum Eccleſiæ alterius prægravarentur.

Urget ratio hæc, etiamſi Monaſterium in ea Tranſactione præter ordinaria privilegia, alia quoque jura in genere cumulaverit verbis illis = *Et aliorum Documentorum* = Jura etenim hæc ita generaliter memorata, non alias plane Decimas afficere potuerunt, quam Spirituales. Nam ſi Spirituales Decimæ erant, quæ a Capitulo petebantur, inutile prorſus, & a propoſito alienum fuiſſet exceptiones opponere, quæ ad alias, quam ad Spirituales Decimas pertinerent. Et ſi expreſſis a Monaſterio Titulis Privilegiorum ſui Ordinis Decimas reſpiciebat Spirituales, profecto ad diverſas Decimas referri non poſſunt alia jura generaliter indicata. Cæterum non latet, quæ fuerint alia jura a Monaſterio jactata. Eorum ex Epiſtolis, & Deliberationibus, quæ Tranſactionem præceſſerunt innoteſcit, Monaſterium non cum privilegiis Tranſactiones quoque, & poſſeſſionem ſuam ad Capitulum jus repellendum cumulaſſe. De Tranſactione autem inita anno 1225, ad quam referri debuit allegatus Tranſactionum Titulus, jam viſum eſt, eam reſpexiſſe Decimas Spirituales, ſub altero autem Titulo poſſeſſionis, etiamſi alias vincere non potuiſſent Decimæ, niſi quæ ceſſæ fuerant a Familia de Vatha; tamen neceſſario dicendum foret has Decimas fuiſſe Spirituales, nam ſatis abunde conſtitit, dictam Familiam nonniſi Decimas Eccleſiaſticas Monaſterio cedere potuiſſe.

Sed evidentior res fit ex ipſiutmet Tranſactionis pactis, & Conventionibus. Placuit ibi, ut Decimæ novalium nullo diſcrimine poſito inter Fundos Monaſterii proprios, vel aliorum Dominorum, inter Capitulum, & Monaſterium æqualiter dividerentur, ſive Novalia eſſent intra, ſive extra ditionem Salemii; ſi autem impoſterum Novalia fierent extra Salemium, tum Decimæ futurorum Novalium ipſius Monaſterii æquas itidem in partes dividerentur, ſed ex Novalibus ab aliis Dominis faciendis ſolum Capitulum Decimas perciperet. Locus porro hic non eſt quærendi, cur ita quoad Novalia tranſigere placuerit. Unum ſat eſt animadvertere, dimidiam partem Decimarum ex Novalibus de novo factis, & faciendis intra Salemii ditionem adſcriptam fuiſſe Monaſterio. Hinc enim certiſſime ſequitur, Monaſterium partem habuiſſe & habere Decimarum Spiritualium. Nam ubi etiam Decimarum perceptio ad alium, præterquam ad Parochum ab antiquo pertinet, Decimæ nihilominus Novalium, quæ
20 de novo fiunt, nonniſi Parocho debentur, niſi conſtet, illas ex Apoſtolicis Privilegiis eodem jure cenſendas eſſe ac veteres Decimas, ſicuti admonemur ex *Textu in*

Cap. Cum contingat 29., *& Cap. Cum in tua* 30. *de Decimis*, *& in Cap.* 1. *tod. tit.* 226. Quod ſi additur extra ipſam quoque ditionem Salemii Monaſterio datam fuiſſe partem dimidiam Decimarum ex Novalibus de cetero faciendis in ipſius Monaſterii bonis, quiſque hinc etiam intelligat conceſſam fuiſſe partem Decimæ Spi-
21 ritualis. Nam extra Salemii Territorium prætendi haud poterat jus Feudale Monaſterii, ac proinde jus Laicale tributum exigendi, ut probe animadvertunt præcedentes inſtitutæ Deciſiones, Tertia §. 6., & Quinta §. 41.

Gradum facit Tranſactio ad Decimas veteres, ex antiquis ſcilicet Agris percipiendas. Hic autem principio refertur, ad eam uſque diem per Agros, & Regiones Capitulum, & Monaſterium ſuam unumquodque percepiſſe Decimæ partem. Agrique etiam, & Regiones recenſentur, ex quibus utrique Decimator ſeorſim Decimas percipiebat. Quæ vero diviſio hæc non ſatis æqua videbatur, hinc Tranſactione cautum eſt, ut in unum congeſtæ Decimæ Agrorum omnium, ipſarumque Specierum ſive Frumenti, ſive Vini inter Capitulum, & Monaſterium ex æquo dividerentur. Utrique autem hic dividendi modus manifeſtum reddit, unam eamdemque Decimam eſſe, quæ Capitulo competit, & Monaſterio, eamque Spiritualem. Hoc ſane emergit ex primo, ſcilicet an-
22 tiquo dividendi modo per agros, & Regiones. Nam illius ſique neceſſario debuiſſet, unam agrorum partem immunem eſſe a Laicalium Tributo, alteram vero a Decimæ Spirituali, quod tantum abeſt, ut uno Laicalia tributa ex Fundo hoc oneri obnoxio exigi nequirent, ubi De-
23 cimarum Solutio præceſſerit, quemadmodum diſponit *Textus in Cap. Cum non ſit in homine de Decimis*. Nec minus unam, eamdemque Spiritualem Decimam eſſe monſtrat novus dividendi modus. Nam hæc ratio in æquas partiendi partem ipſarumet frugum ſpecies, indicium eſt unius ejuſdemque juris. Unde ſi Spirituale jus eſt quod Capitulo competit, Spiritualis qui-
24 dem ſit oportet Decima, de qua Monaſterium ex æquo participat, ut probant Deciſiones, quæ confirmantur, Tertia §. 7., & Quarta §. 8. Nec omittendum ex ipſa Tranſactione conſtare, nonniſi pro modo, & quantitate Collectarum frugum, Decimas & ſolutas fuiſſe, & ſolvi debere. Hinc enim alterum Argumentum oritur Decimæ Spiritualis. Propriam quippe eſt Decimis Eccleſiæ præſtandis, ut ex majori, vel minori ubertate quotan-
25 nis creſcat, vel decreſcat Decimæ quantitas, ut ad rem ponderat Rota in *Cracovien. Decimarum ſuper Reſolutis* 17. *Feb.* 1761. *§.* 7. *coram bo: mem. Card. Tarracciano*.

Tranſit denique Tranſactio ad Feudos, Parocho, ſeu Vicario aſſignatos intuitu Parochiæ. Hos autem facit a Decimarum præſtatione immunes; eo tamen addito, ut ſi Vicario alii impoſterum accederent Fundi, iſti ſubjecti eſſent oneri Decimarum, earumque diviſioni in duas partes. Hic autem vix dubitare licet, quoniam tam Monaſterii, quam Capituli Decimæ ſint Spirituales. Si enim utrumque conſulit Parochi ſuſtentationi, eum liberando a præſtatione Decimarum, ſane ſequitur, utraſque Decimas agnitas fuiſſe pro congrua Parochi obligatas, atque ita Parochiales, & Eccleſiaſticas. Si autem hoc amplius additum eſt, ut pro fundis in poſterum acquirendis Parochus Decimas præſtaret, neque non ſecus ac aliæ inter Monaſterium, & Capitulum dividerentur, magis etiam, atque magis confirmat Conventio hæc, eam eſſe denuo eademque Decimæ Spiritualis inter Monaſterium, & Capitulum diviſæ, quæ
26 mutuo pro modo congruæ oneri ſubjecta eſt Parochum ſuſtentandi, ut ſtatuunt tolatis a Rota *cor. Falsacap de Decimis dec.* 5. *num.* 9., *&* 17., *& in Aſculana Contributionum Congruæ* 28. *Aprilis* 1755. *§.* 26. *coram Emo Card. Eliphantino*.

Rem porro hanc ipſam altera quoque comprobat recentior inita Tranſactio, anno videlicet 1724. Confirmarunt hic Tranſigentes, quæ antea placuerant, fuerantque præſertim anno 1581. conſtituta. Hujuſce autem Tranſactionis ſumma fuit, ut Monaſterium nonnullas Varietas Decimas cum Capitulo permutarent; Capitulum vero ad novas Lites evitandas, Monaſterio, ejuſque Abbati poteſtatem facerent, quem ex ſuis vellent delegandi, qui condicendis intereſſet diſpunctioni rationum de adminiſtratione Bonorum Eccleſiæ Seefeldenſis. Hæc autem ſingula totidem ſunt argumenta unius, ejuſdemque Decimæ Spiritualis. Conſirmatio enim antea conventionum nova fuit agnitio tam Monaſterii, quam Capituli, Decimas ut pridem habitæ fuerant, eſſe revera Spirituales. Permutatio autem facto comprobavit, unam ab altera Decimam non eſſe diverſi generis; nam Spirituales procul dubio erant eæ Veteres Decimæ, quas Capitulum antea poſſidebat, quaſque Monaſterio ceſſit titulo permutationis. Studium vero illud evitandi novas Lites de recta, aut minus recta adminiſtratione Bonorum Fabricæ Seefeldenſis Eccleſiæ, cognitaque Monachis facta interveniendi cum ea rationes diſpungerentur, quid aliud ſecumfert niſi Monaſterii intereſſe, quod Bona Fabricæ Eccleſiæ recte adminiſtrentur, ut ita quod minus fieri poſſit ex ſuis Spiritualibus Decimis te-
27 neatur ad Eccleſiæ Fabricam ſartam tectam conſervandam? Non equidem ex Feudi, aut alio Titulo jus Monaſterio eſſe

eſſe poterit in ſeſe mutuimbus immiſcen-di, ut recte perpendunt Tertiæ Cenſuræ Deciſis § 9, & Quæta § 13.

Adverſus hæc inutiliter obiiciebatur, cum Decimis Spiritualibus commixta eſſe Laicalia Tributa ratione Feudi Monaſterio debita, eamque proinde ut habendam eſſe, ac ſi quæ Decimæ a Capitulo percipiuntur ex jure veniunt Parochiæ, quæ vero cedunt Monaſterio, Feudale præſtationis rationem haberent. Quæ enim hactenus perpenſa ſunt omnia patefaciunt effugium hoc inaniſſimum eſſe. Alia tamen non deſunt, quæ ſpectrum hanc commixtionem omnino excludunt. In primis enim Decimæ, quæ partim a Capitulo, partim a Monaſterio percipiuntur fructuum, qui in una ſingulis exiguntur, partem Decimarum a quo nomen ſortitur eſt Spiritualium Decimarum præſtatio. Fieri ergo nequit, ut cum Spiritualibus Decimis commixta ſint Laicalia tributa, quæ præſertim efficere potuerunt, ut quas percipiuntur Decimæ cum Monaſterio æqualiter dividerentur. Nam hæc in raſu non una, ſed binæ Decimalium ſtagnum per tres perciperentur, non quidem ex jure Spirituali, altera ex Feudo profiſcentes.

Seorſim deinde habet Monaſterium præſtationes ſuas, quæ a ſubditis exigit Seefeldenſibus. Multæ autem hæ ſunt, & diverſi generis, ut pleniſſime teſtati ſunt complures Teſtes de facto eorum proprio deponentes, optimamque reddentem Scientiæ Cauſam, ac inter eos non pauci, qui ſubditi ſunt ipſius Monaſterii, uſque accedunt Magiſtratus Umberlingenſis teſtimonium, ac ipſi etiam conſiſſi Umberlingenſis Hoſpitalis, remque magis magiſque confirmarunt Dynaſtæ circa Salemum Feuda poſſidentes, quæ ampliſſime retulerunt, adeo Salemi Monaſterium ſuas habere laicas præſtationes ab Eccleſiaſticis Decimis prorſus diverſas, ut hunc rei contradicendo, lucem abnegare præſumeret, & nſum potius mereretur, quam fidem aliquam.

Monſtrat demque factum ipſum Salemi, Laicas præſtationes ab Eccleſiaſticis Decimis ſeparatas eſſe. Quum enim ipſummet Salemi Monaſterium aliquot poſſideat Agros, qui ex directi Dominii jure ad Conſtantienſe Capitulum pertinent, hinc & Decimas pendit, & ſeorſim annuum tributum Cenſus Tituli exhibet. Et quidem Decimas primum dividit cum Capitulo, poſtea vero tributum præſtat, nonnullas ſcilicet Vini Amphoras ex diverſo jure temporali. Si autem Decimæ, quæ inter Capitulum, & Monaſterium dividuntur, contributione non excedant Decimarum

28 Spiritualium, ſi Laica tributa a Decimis ſeparata ſunt, & ſeorſim exiguntur neceſſe eſt, ut Monaſterium fateatur, nullam earum Decimarum, quæ cum Capitulo dividit partem ad Laica tributa pertinere

Tom. Secundus.

ſed totam Decimam eſſe Spiritualem, ut in debilioribus terminis ſtatuit Argentrë *ad conſuetud. Britan. Art. 266. art. 60. Cap. 1. circa med.*, & Card. de Luca *de Decimis diſcurſ 6. num 7.* aliique relati in poſtrema Cenſuræ Deciſione coram Rmo P. D. meo Ratto § 16.

Decurrendum poſt hæc non erat ad Capituli enunciationes, quaſi obſtaret, dictum quandoque fuiſſe ad Capitulum ipſum ſpectare Parochiam Seefeldenſem cum omnibus ejus Decimis, & proventibus. Etenim de Decimis accipiendæ hæc ſunt a Parochia poſſeſſis, non vero de Decimis in origine Parochiæ debitis, idque adeo verum eſt, ut in ſupplici Libello, in quo cum multis ab hinc annis expreſſum fuit ad Capitulum ſpectare Parochiam cum omnibus Decimis, additum ſtatim fuerit a Monaſterio poſſideri partem dimidiam earumdem Decimarum, ex Tranſactionibus annorum 1225 1581. At longe ſunt graviores, magisque magis enunciationes, quæ a Monachis prodierunt in hoc ipſo Iudicio. Sub his enim nomine in Curia Conſtantienſi Pater Cellerarius diſertiſſime faſſus eſt Spirituales Decimas eſſe, quas Monaſterium percipiebat; ſignitaque neceſſitate reædificandi Domum Parochialem tabulas exhibuit, quæ totum rem Decimarum a Monaſterio poſſeſſarum referentes, addiditque Monaſterium ipſum haud abſtare, quominus commun bus Decimatorum ſumptibus Parocho de habitatione proſpiceretur, nec demde coram Nuntio Apoſtolico Monaſterium quoquo modo negavit, diſertis immo verbis affirmavit, ipſas Monaſterii Decimas in origine fuiſſe Parochiales, & Eccleſiaſticas.

29 Tantæ autem magis conſeſſiones hujuſmodi contra Monaſterium urgent, quia jurebus, docuerimuſque omnibus, quæ Cenſuram hanc reſtituunt opinione contra tiuntur.

Viſum eſt ergo ex his Sacro noſtro Auditorio competentiſſimum, Decimas Monaſterii eſſe Spirituales, eoque jure ipſum teneri ad contribuendum in neceſſariam Parochialis Domus reſtaurationem. Cætera tamen ſi deeſſent, id ipſum ſtatuendum fo-

30 ret ex Diœceſis Conſtantienſis obſervantia, quæ non ſolum, ut ſuperius viſum eſt ex locupletiſſimis teſtimoniis conſtat, verum etiam ex ipſis rebus judicatis duorum fermè Sæculorum ſpatio editis, quæ ad ſexageſimum abeant numerum. Prodierunt autem aliquæ contra Laicos etiam Fæminas, Locorum Dynaſtas, aliæ adverſus Eccleſiaſticos Regulares, Monaſteria, & Hoſpitalia, aliæ denique contra ipſos Heterodoxos, omnes vero damnarunt Decimarum Poſſeſſores ad reparandas, vel de novo etiam conſtruendas Eccleſias, Ædeſque Parochiales, omnes rejecerunt objectam Laicarum Decimarum indolem ob eam conſtantem, perpetuam-

 que

quæ rationem, quod Decimæ, utcumque a Laicis possessæ, origine tamen sua habentur, & sunt Spirituales, omnes denique referunt idem esse vigentem Constantiensis Diœcesis observantiam, contradictis etiam judiciis sæpissime firmatam. Quod enim Curia Episcopalis judicavit, confirmarunt etiam noster Urbis Tribunalis, ac præ cæteris Sacra Congregatio Concilii anno 1729., Judex e Sanctissimi Auditore delegatus anno 1731., & A. C. anno 1755. & 1770., speciali que animadversione dignum est, hoc ipso ineunte Sæculo Regulares uno infimæ Ordinis a Curia Constantiensi condemnatos, non solum judicato cequievisse, sed palam reverenter fassos fuisse, *quæ laborant confirmantes Decimas a Laicis professas, exemptas esse a Contributio ad Ecclesiarum Fabricam*, quam, prout dixerunt, quotidiana peritis sit in contrarium, ut omnes Decimæ sint radicaliter Spirituales.

Atque ita generalis hæc fuit adversus quoscumque Decimarum Possessores observantia, ut si quieto admodum absoluti fuerint non aliter id contigit, quam quia reverra constabat eos non Decimas, sed Laicalia exigere tributa. Non officit hunc exceptio ex pluribus iis rebus judicatis, quæ contra Decimarum Possessores prodierunt, non sibi constare de quibus Decimis actum fuerit, Parochialibus ne, an Laicis; in aliis vero quæstionem fuisse de Decimis revera Parochialibus quorum ex Res judicatæ sit retulerint ad Con-

31 cilium Tridentinum, quo *Sessione xx. de refor. Cap. 7.* omnes ad Ecclesiæ Fabricam adigantur, qui fructus aliquos ab Ecclesia provenientes percipiunt. Etenim utraque hæc exceptio observantiam immo reddit firmiorem. Nam si ex multis non constat, agatur ne de Decimis Parochialibus, an Laicis, hoc evidens est signum, omnes Decimas in Diœcesi Constantiensi habitas semper fuisse pro Parochialibus. Si vero aliæ sese ad Concilium retulerunt Tridentinum, eo ad Ecclesiæ Fabricam adstringens, qui fructus aliquos ab Ecclesia percipiunt, quid aliud hoc rei est, quam evidens demonstratio, eos, contra quos ita illæ judicatæ prodierunt, extimatos revera fuisse uti Possessores Decimarum Parochialium jure debitarum, etiamsi a Parochis ipsis non perciperentur?

Quid? Non solum generalis sed etiam particularis fuit hæc Constantiensis Diœcesis observantia contra Monasterium ipsum Salemitanum. Quatuor sunt vicibus fuit idem condemnatum ad contribuendum bis quidem in Fabricam Domus, & Ecclesiæ Parochialis, *in Berman Hagen*. Tertio pro Ædibus Parochialibus *in Bodman*; & Quarto pro Ecclesia *Allnsingen* Filiis Parochiæ *Ghugit*. Primo autem rei judicatæ Monasterium expresse consensit, in quarta autem agnovit talem esse Diœcesis observantiam. Adeo fecmen ex rebus Iusse judicatis percepit, ex Decimis, ubi opus esset, consulendum esse Fabricæ Ecclesiæ, & Domus Parochialis, ut quinta, & sexta vice non expectandam censuram Judicis condemnationem, sed sponte sua reparaverit anno 1724. Ecclesias *Gerbiasschwiler* & *Aulhofen* Filiales Parochiæ Seefeldensis, & ita fecit, ut ære proprio omnia compleverit, ne tantum post opus completum Capitulum vocaverit ad concurrendum. Quia vero illud contribuere noluit cum vocatum non fuisset ad Fabricæ necessitatem inspiciendam, Transactione hinc facta, Monasterium pro ea vice a petitione recessit. Quid porro desiderari potest amplius? Si Monasterium Salemitanum quia possessor Decimarum per Parochiam Seefeldensem reparare invitus debuit, ac deinceps sponte sua, æreque proprio reparavit Ec-

32 clesias, quæ filiæ sunt Parochiæ Seefeldensis, quorum igitur prætextu evitare unquam poterit collationem suæ partis in reædificationem Domus Parochialis Ecclesiæ Seefeldensis, quæ est Ecclesia Mater?

At quoad hanc Ecclesiam ipsam Monasterium in sui præsidium jactabat observantiam eam negat eam, tum Affirmativam manere, nihil se unquam contulisse in Fabricam hujus Ecclesiæ Matris, ac ipsam a solo Capitulo anno 1460. ædificatam fuisse. Verum negativæ observantiæ obstat non modo deficientia necessariæ probationis, quia constat, Monasterium ad contribuendum in Fabricam Ecclesiæ vocatum penitus restitisse, & Capitulum, vel una saltem vice cquievisse, sed etiam sponte facta ab ipso Monasterio restauratio earum Ecclesiarum, quæ Filiæ sunt Parochiæ Seefeldensis, observantiam negativam penitus excludit. Affirmativæ autem non fuvet, sed maxime obstat unicus ille actus ædificatæ a Capitulo Domus Ecclesiæ Seefeldensis. Siquidem Monasterium tunc aream dedit, & Hortum cum omnibus pertinentiis suis tradidisse eo currente Canon. Olo Assium; Domum vero ipsam ædificavit Capitulum *ex Lignis, & antiquis Ruderibus*, ita ut *foret velut domus quæpiam rusticana*. Plus ergo fortasse in eam Domus ædificationem Monasterium contulit, quam Capitulum. Nam non parve profecto utilitas fuit Aream, & Hortum habere pro vili Catione, tametsi concessio hæc Monasterio forsan onerosa nec fuerit.

Haud vero magis affirmativa observantia inferri potest ex eo, quod Capitulum a Monasterio in signum vicinitatis Amicitiæ impetraverit, ut Vicario Seefeldensi subministraret anno 1545. nonnullas Quercus,

tem, & anno iterum 1568 ut pluries commodaret ad transvehanda ligna in Horrei constructionem, ac denique sua ipsa ſeculo anno nimirum 1727. Capitulum ipſum Parocho, ſeu Vicario Curato Seefeldenſi Horreum reædificaverit, ne Monaſterio quidem vocato ad contributionem. Proceſſus etenim latet, pro quo ædificatio Quercus rogatæ fuerint anno 1545. nec magis ſcitur quibus ex pecuniis ædificata Horrea fuerint, cum anno 1568., tum anno 1727. Etenim fortaſſe ad eas ſatis eſſe poterant Fabricæ redditus. Ce-
33 terum dubium etiam eſt, utrum Horrea in uſum Parochi, membris præfatorum Germanorum veniant ſub nomine Eccleſiæ, ad inſtar Parochialium. Negat enim ad Pechiot *in praxi Canon. part. 1. Sect. 1. tit. 1. §. 24.* Mento hinc agitatum eſt prævi ad rem conferre a Monaſterio impetratas Compulſorias Litteras, nam eæ non alio tendunt, quam ad probandum anno ſcilicet 1717 a Capitulo conſtructum fuiſſe Horreum Vicarii Seefeldenſis *nihil Monaſterio in ſump. ea tranſerente*, quod ſane etſi maxime probatum eſſet, nec minimum quidem detraheret ſubmiſſionis Capitulo, jurabat. Nam ut alteras habet ex ſuperius parpenſis rebus Judicatis Curiæ Conſtantienſis = *Quod Capitulum Conſtantienſi Actis Parochialis ſolo ſumptibus aliquoties reparavit, haud inſero tamen obligationem ſoli Capitulo, niſi docere poſſit, quod Condecimatores, vocati, hoc præſtare recuſabant, & Capitulum contradictioni ſolita acquieverit.*

Et ita tota Aula ſuffragante. Unica &c.

R. P. D. HERZAN.

NEPESINA FABRICÆ.

Veneris 11. Martii 1774.

ARGUMENTUM.

Quæ Superius, Deciſ. 83., & 85., firmata fuerunt, Epiſcopum nempe non eſſe obſtrictum ad impendendam quartam partem redditum ſuæ Menſæ in reparationem Eccleſiæ Cathedralis, niſi urgeat vera, & præciſa neceſſitas, hic denuo comprobantur.

S U M M A R I U M.

1 Sententiæ falſo innixæ ſuppoſito non ſunt confirmandæ.
2 Epiſcopi obligatio, ubi agatur de Ædificio Eccleſiæ Cathedralis, intra limites neceſſitatis conſiſtatur.
3 Ad effectum inducendi obligationem de proprio, quoties deeſt expreſſa, perſpicua & univoca argumenta exiguntur.
4 Inter Paſtorales Epiſcopi curas recenſetur illa quæ reſpicit ornamentum, & decorem Eccleſiarum, & præcipue Cathedralis.
5 Simplex ſuaſio & conſilium, obligationem non parit de Jure.
6 Vigilantiæ Epiſcopi commiſſus eſt modus, & forma reparationis, ſeu reædificationis Eccleſiarum.
7 Ac erogatio oblationum Fidelium in eum cauſam.
8 Hinc ad eum ſpectat Architectum aſſumere, Graphidem probare, Deputatos Fabricæ aſſumere, & cætera ejuſmodi.
9 Sola inſcriptio, appoſita in vertice novi Ædificii Eccleſiæ, non probat obligationem Epiſcopi de illo perficiendo ære proprio.
10 Etiamſi una cum Inſcriptione fuerit appoſitum Stemma ipſius Epiſcopi.
11 Plura deducuntur ad excludendam mox dictam obligationem. & num. ſeqq.

DE-

DECISIO CIV.

Duplex Opus confecit in Cathedrali Eccleſia Nepeſina Antonius Carabella Faber Cæmentarius, alterum elevationis a fundamentis quintæ Navis, reducendo uſque alteras cohærentis in eumdem Architecturæ ordinem; alterum conſtructionis Chori, nec non reductionis pariter Secundæ, & Tertiæ Navis ad eumdem ſimul ordinem, ac ſymmetriam. Primum Opus ſuſceperat Hyacinthus Silveſtri tunc temporis ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, pluribus etiam de proprio in hanc Cauſam collatis pecuniis, Secundum vero aſſumpſerat in ſe Capitulum. Utroque abſoluto Opere, cum Carabella reſidualis eſſet Creditor ſcut. 478. 25. in jus vocavit Fabricæ Deputatos, cum quibus de Opere convenerat, & mandatum executivum ab A. C. obtinuit. Petentibus deinde Carabellam ſibi juſtitiam, & nonnum pro ſolutione inſtruunt contra Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, & Heredes Epiſcopi Silveſtri, qui ad Cauſam vocarunt Archiconfraternitates Sanctiſſimi Sacramenti, & Suffragii in eadem Eccleſia Cathedrali erectas, ac demum Fabricam, & Sacriſtiam ipſius Cathedralis.

R. P. D. Cheius, cui primo Cauſa commiſſa fuit cum facultatibus A. C., Peritum Architectum elegit, qui impenſas primi Operis a ſecundo ſecernere, & cum poſt illius relationem opinatus fuerit, Carabellam non ſecundi, ſed primi Operis reſidualem Creditorem eſſe, debito Epiſcopo adſcribens primum Opus, mandatum executivum contra ejus Hæredes relaxavit pro dicta ſumma ſcutorum 478. 25. abſolvit Capitulum, aliaque Loca Pia ab impetitis, ac demum eidem Capitulo, & Confraternitatibus reſervavit jus repetendi ab Hæredibus Epiſcopi ſc. 503. 95. quæ licet pro ſecundo Opere deſtinata, in primi Operis ſatisfactionem erogata fuiſſe Capitulum concedebat. In alterioribus ſucceſſivis inſtantiis idem fuit judicatum R. P. D. Martino, & Riganti, ſed cum ulterius Commiſſio a Signatura Juſtitiæ directa fuerit R. P. D. Millo cum clauſula = Altero, qui ad ulteriorem legitimam ac quoad Fabrum Cæmentarium; & quoad Capitulum, & alia Loca Pia cum alia Clauſula = Conſtito de nullitate =, ut aliquando finis huic diuturnæ Liti imponeretur, Eminentiſſimus Pro-Auditor = Facto verbo cum Sanctiſſimo, mandavit procedi ad ulteriora coram R. P. D. Millo Judice Commiſſario, de Voto tamen S. Rotæ in Turno Ordinario cum Voto Ponentis, primum duabus Deciſionibus, & Appellatione remota = In hujus igitur Commiſſionis executionem, duo propoſita Dubia, alterum reſpiciens Mandatum executivum, de quo agit contemporanea mea Deciſio; alterum vero Epiſcopi Hæredes, & Capitulum, aliaque Loca Pia. Et interrogati in hanc Cauſam DD. = An conſtet de Tribus = NEGATIVE = reſponderunt.

Præcedentes enim tres Sententiæ ideo damnarunt Hæredes Epiſcopi ad ſolvendum Fabro Cæmentario reſiduale Creditum ſcut. 478. 95, quia ſuppoſitum fuit, Epiſcopum Silveſtri eorum Auctorem primæ aſſumptæ ædificationis in Eccleſia Cathedrali debitorem eſſe, & primi, & non ſecundi Operis Fabrum Cæmentarium reſidualem eſſe Creditorem. Sed cum

1 utrumque falſo innitatur ſuppoſito, perhibes non potuerunt prædictæ Sententiæ tanquam falſo ſuppoſito innixæ ſervari de Sent. , & Re judic. Gloſſ. 14 quæſt. 30. num. 45 Rot. in recent. deciſ. 134 num. 21. part. 4. part. 2 coram Falconer de Jurepatron. deciſ. 4. num. 8. coram Ratt deciſ. 66. num. 12., & in Aquavivas Juriſpatronatus 22 Martii 1754. § 10. coram bon. mem. Cavallino.

Male quidem ſuppoſitum fuit, Epiſcopum Silveſtri debitorem eſſe primi Operis. De jure enim nulla obligatione devinciebatur Epiſcopus. Extructio enim quintæ Navis tendebat quidem ad elegantiorem, & perfectiorem ejuſdem Eccleſiæ ſpeciem, ſed nulli urgebat neceſſitas Opus illud extruendi, cum etiam ſine illo Eccleſia Cathedralis ſtare poſſet, prout ſteterat uſque ad illa tempora, & ad publicum uſum pro Eccleſiaſticis Functionibus peragendis inſerviebat. Dum igitur nova Conſtructio ornamentum, & non Eccleſiæ neceſſitatem reſpiciebat, non tenebatur Epiſcopus illam ſuis ſumptibus

2 elevare, cum de jure Epiſcopi obligatio intra limites neceſſitatis circumſcribatur. Nitt conſ. 115. num 7 Barboſ. de Offic. & Poteſtat. Epiſcop. allegat. 64. num. 5 Speroll. deciſ. 67 num. 2 Gittian de ſcript. Forenſ. cap. 84. num 19., & ſeqq. Franc. de Eccleſ. Cathedral. cap. 13. num 97., & ſeqq. Rot. in recent. deciſ. 501. part. 3. num. 9. in Albanen. Præcedentiæ 1. Decembris 1737. §. Stephano cor. illa. mem. Calcagnino, & 24. Aprilis 1750. § 13 cor. bon. mem. Contado, & in alia confirmatoria 5. Martii 1750. § 7. cor. bon. mem. de Vale.

Nec eam obligationem, quam de jure Epiſcopus non habebat, ipſum aſſumpſiſſe dici poteſt. Certe expreſſa Epiſcopi obligatio prorſus deerat, nec tacita deduci poterat, ſive quia ipſe primum opus ſuſceperit, ſive quia Architectum, Fabricæ Depu-

pnta-

patres, in Depoſitarium eligent, ſive demum qui in ambitu novi ædificii propria Inſignia cum inſcriptione ad perpetuam memoriam collocaverint. Hæc enim ſatis æquivoca comperta fuerunt, & ad datam effectum inducendi obligationem
3 de proprio, quoties expreſſa deeſt, per ſpecim undique, & omnino argumentante quibuntur *Ad Text. in Leg. Conſilio §. Diſtin. §. de Contr. ſariaſ Leg. Si ita ſtipula tus §. Chryſogonus §. de Verbor. Obligat. Rot. in Calatina, Congrua 5. Martii 1753 §. 3. & ſeqq. coram Eminentiſſimo Megantio, & in Ilerden. Alii ſuper ſalariorum Meriedii 18. Martii 1754 § 7 coram clar. mem. Molino.* Univocum ſane aſſumptæ obligationis argumentum non præſtabat ſuaſio Epiſcopi ad hoc opus excitandum. Inter Paſtorales enim Epiſcopi curas, ſo-
4 licitudines recenſetur illa, quæ reſpicit Eccleſiæ præcipuæ Cathedralis decorem. *Barboſ. de Offic. & poteſtat. Parochi par. 1. Cap. 13. num. 11.* Strick. *tom. 6. tit. de aquiſ. intellig. digeſt. ſect. 1. §. 1. num. 35* Tondut. *quaſt. beneſic. tom. 1. Cap. 1. num. 5.* Rot. coram *Molin. decis. 118. n. 6, in Terracinen. Depoſitionis, & Anniverſariis Varum 15. Januarii 1760. §. 10 coram Illuſtriſſimo D. Mereno.* Si igitur Epiſcopus Silveſtri perſpecta ſuæ Cathedralis Eccleſiæ Nepeſinæ deformitate ob defectum quintæ Navis, hujus conſtructionem ſuaſit, ac Chriſti Fideles ſuo exemplo inſigni collata ſumma ad hoc perficiendum Opus excitavit, *ſuaſion, & conſilium* fuit id, quod ſui muneris erat, ſed inde inferri non valet, hæc ſuadendo, opus in ſe aſſumpſiſſe, cum ſimplex ſuaſio, ac
5 Conſilium obligationem de jure non pariat *Rot. in Romana Meriti die 20 Junii 755. §. 11. coram* Eminentiſſimo *Paracian.*

Ejuſdem pariter levitatis erat alterum argumentum deductum ab electione Architecti, cæmentorumque Miniſtrorum, qui operi præfecſint. Res enim erat de conſtruenda quinta Navi in Cathedrali Eccleſia, & quidem ex pecuniis oblatis a pluribus Locis Piis, & Chriſti Fidelibus. Quemadmodum vero de jure curæ, atque, & vi-
6 gilantiæ Epiſcopi commiſſus eſt tum modus, & forma reparationis, ſeu reædificationis Eccleſiarum *in Concor. omnis Baſilica de Conſecrat. diſtinct. 1.* Gonzalez. *in Cap. 2. num. 6. de Eccleſ. ædific. Piton. de controv. Patron. allegat. 12. num. 14.* Rot. *in Conſtantien. Coadminiſtrationis 30. Januarii 1751. §. 2. coram bon. mem. Cavalchini, & in Meganen. Reparationum Eccleſiæ 13 Februarii 1758. §. final. coram Eminentiſſimo Paracian*, tum erogatio oblationum Fi-
7 delium in eam cauſam, ob quam fuerunt elargitæ. *Capit. 1. §. cum autem de Teſtam.*, & Concil. Trident. *Seſſ. 22. de Reformat. Cap. 9.* Barboſ. *ad idem Concil. eod. Cap. num. 8.* Rot. *in recent. deciſ. 214. num. 5 p. 11. 17*, ad partes enim Epiſcopi,
8 Architectum aſſumere, Giupſudem probare, Deputatos Fabricæ eligere, ac Depoſitarium conſtituere. Et ex his, quæ ſuo ſatisfaciendo muneri explevit, nunquam deduci valet tacita voluntas, ſeu obligatio proprii ſumptibus prænotum Ædificium extruendi.

Meliori nec erat probationis lapidea Inſcri-
9 ptio una cum propriis Epiſcopi Inſignibus in vertice novi Ædificii collocata. Inſcriptio enim non exprimit, Epiſcopum ære proprio quintam Navim excitaſſe, ſed tantum curam, & diligentiam in fundando, & conſtruendo novo Opere adhibuiſſe, uti præſeferunt verba illa: *Fundamentis erigi mandavit.* Sicuti igitur cura, & diligentia adhibita ad obligationem aſſumptam trahi non valet, ita nec Inſcriptio, quæ ſolam curam adhibitam exprimit.
Nec mutat, una cum Inſcriptione etiam
10 fuiſſe Gentilitium appoſitum ſuiſſe. Appoſitio enim proprii Stemmatis aliquod afferret momenti, ſi ſola eſſet; verum cum declaretur a ſubſequenti Inſcriptione, quæ exprimit curam, ac diligentiam ab Epiſcopo in conſtructione adhibitam, Stemma appoſitum in alium pravius ſenſum traduci non poteſt, ab eo, quem Inſcriptione ipſa Epiſcopus declaravit. *Rot. dec. 337. num. 9. part. 14. Rec., & in Tarraſcona Juriſpatronatus ſuper primo Dubio 18. Junii 1771. §. 11. coram Reverendiſſimo Rota Decano.*

Sed præter defectum probationum, plura etiam urgebant, quæ ſuadebant contrariam Epiſ-
11 copi voluntatem. Si enim Epiſcopus opus propriis ſumptibus aſſumpſiſſet, cur Deputatos, cur Depoſitarium Fabricæ eligere? Præterea ipſe Epiſcopus, cum actum fuit a Capitulo de ſecundo perficiendo Opere, retulit Sacræ Congregationi Concilii, ſe primum Opus abſolviſſe cum Fidelium largitionibus, mediis Annatis, & Mulctis, & denique ex eo, quod a *ſuo ſubſtitutemento detrahere potuit ab integra redditibus Menſa Epiſcopalis.* Clare igitur prodidit, Suſtorem quidem meritum fuiſſe hujus Operis, ac contribuiſſe, non vero illud in ſe aſſumpſiſſe. Quod ulterius evincit poſterius factum tum Fabri Cæmentarii, tum Capituli. Ille enim nunquam Epiſcopum pro ſolutione urſit, ſed Capitulum, vel Deputatos Capitulum nunc tantum abeſt, ut pro ſatisfactione Fabri Cæmentarii de Epiſcopi obligatione exceperit, ut rem tamdiu componere tentaverit. Poſt hæc, difficile eſt aſſerere obligationem primi Ædificii aſſumpſiſſe Epiſcopum, quem nec Faber Cæmentarius, nec Capitulum ſibi obligatum agnovit.

Non ſubſiſtente Epiſcopi obligatione in primo
12 perficiendo Opere. Hoc ſatis erat, ut ejus Hæredes ab impetitis abſolverentur

Cæte-

Cæterum nec ſubſiſtebat in facto alteram, quod fuerat ſuppoſitum, Fabrum Cæmentarium primi, & non ſecundi Operis reſidualem Creditorem eſſe. Ex perizia enim judiciali conſtit, impenſam primi Operis aſcendiſſe ad ſcuta 2189 Conſtit è converſo, in hanc cauſam erogatam fuiſſe quantitatem longe majorem ſc. 9272., prout ex Calculo a Reis convenit exhibito Nullam igitur ſupereſt reſiduale debitum, quod pro primo Opere tribui poſſit ſive Epiſcopo, ſive ejus Hæredibus Perperam vero tamquam erroneus redarguebatur calculus exhibitus, quia in eo relatum fuerit Epiſcopum contuliſſe ſcuta 876, quando nonniſi ſcuta 400. contulerat hoc enim aliunde non repetebatur, niſi ex depoſitione Canonici Melata, ab eodem, pendente lite, exarata Cæterum ipſemet Canonicus tempore non ſuſpecto, dum exhibuit notulam ſubminiſtrationum, in illa retulit Epiſcopum de proprio contribuiſſe in Ædificii Cauſam non ſcuta 400., ſed conſpicuam ſummam ſcut 876. Priori igitur notulæ, & non poſteriori depoſitioni ſtandum erat, præſertim quia illa tempore non ſuſpecto, poſterior vero exarata fuit pendente lite inter Hæredes Epiſcopi, & Capitulum, cujus ipſe pars eſt.

Inutiliter demum Capitulum proponebat Fabrum Cæmentarium primi, & non ſecundi Operis reſidualem Creditorem eſſe, quia majorem quantitatem contulerit, quam ſecundum ferret Opus. Licet enim collecta

13 ta pecunia a Capitulo pro ſecundo opere, fuit, ſæpeque eſſet id illud perficiendum, non conſtat tamen, illam integram in ſecundum Opus verſam fuiſſe. Fuerant in hanc eandem duo impoſiti Cenſus in totum ſcut 1000, & pecunia Cenſualis ex Lege a Sacra Congregatione Concilii indicta deponenda erat in Æde Sacra, ut inde non amovenda, niſi cum Ordinibus vel Epiſcopi, vel ejus Vicarii Neglectum depoſitum, & neglectus fere in omnibus ſolvendi modus Non probata igitur pecuniæ verſione in Cauſam ſecundi Operis, cum illa a Capitulo in alias Cauſas ſuperflua, ac voluptuoſas erogari potuerit, ruit minus inde deduci poteſt, Fabrum Cæmentarium primi, & non ſecundi Operis reſidualem Creditorem eſſe.

Et ita Me quoque ſuffragante reſolutum fuit utraque &c.

F I N I S.

INDEX
RERUM NOTABILIUM
QUÆ
CONTINENTUR IN DECISIONIBUS AD TRACTATUM
DE SACRIS UTENSILIBUS.

A

ABBAS.

Abbas prætendens exercere uſum Pontificalium, ſuſtittam ſummendæ Juriſdictionis debet probare. Decis. 37. num. 2. Pag. 69.

Ut Abbas poſſit uti Inſignibus Pontificalibus per Civitates, Caſtra, & Villas, debet expreſſum habere Privilegium, adeout generale non ſufficiat. Ibi num. 6. pag. 70.

Abbas nequit præſente Epiſcopo, uti Pontificalibus. Ibi num. 9. pag. 71.

In Eccleſiis, in quibus Abbas habet parem Juriſdictionem cum Epiſcopo, poteſt ipſo abſente exercere Pontificalia, ſi habeat Privilegium illis utendi in Eccleſiis ſibi ſubjectis. Ibid. num. 7.

Ad dictum effectum ſufficit Juriſdictio cumulativa, nec exigitur plenaria, & independens, quæ requiritur, vel quoties agitur ex ſola aſſiſtentia Juris ad exercitium Pontificalium, vel quando contenditur extendi Privilegium ultra expreſſi. Ibi num. 8.

Abbas Monaſterii, cui facti ſunt unitæ ex ſpolibus, quos ipſius unionis vigore percipit, ſupputare tenetur inter conſueta Eccleſiæ unitæ. Decis. 71. num. 12. pag. 199.

Sed illius favore ſitum ſemper remanet onere ſuctionum adminiſtratio. Ibi num. 13.

Abbates exempti quales Mitras deſerant in Synodo Provinciali? Decis. 54. num. 10. pag. 125.

Abbates ratione dignitatis debent cuicumque, qui Epiſcopo ſit inferior, præcedere. Decis. 62. num. 9. pag. 147.

Abbates nequeunt abſque ſpeciali Epiſcopi Indulto uti Pontificalibus ornamentis extra ſepta Monaſterii. Ibi num. 10.

Abbates Pontificalibus ſuſuti, licet Archidiaconis præcedant in aliquibus Functionibus, nequeunt jus præcedendi in aliis quoque actibus ſibi aſſerere, niſi illud concludentes probent: nec manutentionem obtinere valent. Decis. 60. num. 13. pag. 148.

Unicus enim ille actus non minus ſacris Or-

namentis, quam Dignitati referibilis eſt, ac proinde æquivocus. *ibid.*

Abbates ſi ſedeant immediate poſt Decanum ſedentem a dextera Epiſcopi, & Archidiaconi a latere ſiniſtro ſtatim poſt Epiſcopum, digniorem locum Archidiaconi obtinuerunt, utpote Epiſcopo proximiores. Ibid. num. 17.

Mox me ſi paos fiere interrogati, & Suffraganei deberent apte Abbates. Ibid. n. 18.

ABSURDA.

Abſurda ubi poſſunt facile removeri, nulla de eis habenda eſt ratio. Decis. 70. num. 20. pag. 195.

ACCESSORIUM.

Acceſſorium induere debet naturam Principalis, a quo dependet. Decis. 34. num. 8. & 9. pag. 62.

ACQUIESCENTIA.

Acquieſcentia ex quibus non ad metum reverentialem, ſed ad cognatum propria juris defectum referri debent? Decis. 53. numer. 18. pag. 122.

ACTA.

Documenta numquam in Actis producti, tamquam extra modum, nullam probationem conſtituunt. Decis. 60. num. 26. pag. 148.

ACTIO.

Actione in rem verſo non tenetur, niſi quis effectus fuiſſet locupletior, & in hujuſmodi caſu cedendo Actiones liberatur. Decis. 33. num. 14. pag. 38.

ACTUS.

Actus facultativi non inducunt obligationem

agentis. Deciſ. 8. num. 3. pag. 9.
Actus ut Iuduat poſſeſſionem debent eſſe noti Poſſidenti. Deciſ. 14. num. 9. pag. 19.
Et ſcientia præſumpta non ſufficit. Ibid. num. 10.
Proviſiones captæ lite pendente non præjudicant. Ibid. num. 11.
Multo minus actus omnes poſſeſſorii geſti in ſequelam earundem proviſionum. Ibid. num. 12.
Actus, qui dederunt Cauſam liti, non attenduntur. Deciſ. 35. num. 7. pag. 74.
Actus unicus cum expreſſa præſervatva ☞ *Dummodo non trahatur in exemplum* ☞ tamquam facultativus, & voluntarius, nec conſuetudinem nec obligationem inducit. Deciſ. 45. num. 22. pag. 103.
Actus facultativi per quodcumque temporis ſpatium ab aliquo exerciti non inducunt præſcriptionem, niſi probetur, quod aliter nolnerit eodem modo agere, quodque fuerit prohibitus, & prohibitioni acquieverit. Deciſ. 59. num. 4. pag. 145.
Ex actu ad alia reſeendoſi, tamquam æquivoco, nullam pro concedenda manutentione argumentum inſurgit. Deciſ. 60. numer 14. pag. 148.
Actus quando habendi ſint pro mere facultativis, & precariis. Deciſ. 70. num. 9. pagin. 193.
Actus licet ab initio voluntarii, ſi per diuturnitem temporis fuerint ſervati, evadunt neceſſarii. Deciſ. 70. num. 10., & 11. pagin. 193.
Actus Reædificationis Eccleſiæ facti ex mera devotione, & liberalitate non jus, nec poſſeſſionem tribuunt. Deciſ. 26. num. 14. pag. 44.
Et quando tales non fuiſſe dicantur. Ibid.
Actus facultativi, & voluntarii non inducunt conſuetudinem, vel obſervantiam contrariam. Ibid. num. 22.
Non probata coactione, ſimplex non uſus actus mere facultativi non præjudicat. Deciſ. 72. num. 11. pag. 202.
Actus vergens in abdicationem Jurium Eccleſiæ ſuſtineri nequit abſque Auctoritate Apoſtolica. Deciſ. 83. num. 9. pag. 234.
Actus unicus poſitivus, & conformis legali facultati, prævalet actibus negativis. Deciſ. 86. num. 11. pag. 143.

ADMINISTRATIO.

Jus adminiſtrandi ex quibus deducatur. Deciſ. 15. num. 1. pag. 20.
Adminiſtratio bonorum Eccleſiæ Cathedralis ſpectat ad Capitulum. Ibid. num. 4.
Falle quando Fundator aliter diſpoſuit. Ibid. num. 5.
Adminiſtratio omnium, quæ generant lucrum Eccleſiam ſpectat ad Capitulum. Ibi numer 5. pag. 21.
Adminiſtratio miniſteralis rerum Eccleſiæ Laicis non eſt permiſſa, cum ſolis competat Perſonis Eccleſiaſticis. Deciſ. 68. num. 3. pag. 184.
Contra ſi Laicis antiquis faveat conſuetudo, itemque ſententia Delegati Apoſtolici. Ibid. num. 4.
Adminiſtratio Eccleſiæ, competens Laicis, eſt dumtaxat providentialis; ac non tribuit facultatem diſponendi, ſolis aſſervatam Perſonis Eccleſiaſticis. Deciſ. 69. num. 8. pag. 188.
Contra ſtante antiqua Sententia Perſonis laicis favente. Ibid. num. 9.

ÆDES, ÆDIFICIA, ÆDIFICATOR.

Ædes Parochiales ſunt acceſſoriæ Eccleſiæ, & in illis militat eadem ratio. Deciſ. 31. numer 1. pag. 52.
Ædificia ſuam habent ætatem, ſeu vetuſtatem. Deciſ. 46. num. 1. pag. 102.
Quiſque in propria ſolo ædificare poteſt ad ſui libitum etiam immutando faciem rei. Deciſ. 64. num. 1. pag. 171. & Deciſ. 68. num. 1. pag. 184.

ALIENATIO.

Alienatio Jurium Eccleſiæ ſine licentia Papæ non poteſt fieri. Deciſ. 15. num. 12. pagin. 21.
Interdicta cenſetur Alienandi facultas ſtante onere reſtituendi bonorum. Deciſ. 90. num. 21. pag. 261.

ANIMA.

Anima Defuncti meritis, & interceſſione adjuvatur illius Sancti, in cujus Eccleſia Corpus ſuum recondi voluit. Deciſ. 61. num 35. pag. 155.
Animæ Defunctorum contriſtentur, cum videant ſe fraudari præceptato in via ſuffragio. Ibid. num. 36.
Pro Animabus Purgatorii nullum magis datur, atque uberius ſuffragium, quam Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium. Ibid. n. 37.

ALIMENTA.

Inhumanum eſt, ea denegare Alimenta quorum labore Eccleſia inſervitur, & quorum verbo, & miniſterio Fideles aluntur. Deciſ. 67. num. 3. pag. 181.
Qui namque Altari ſervit, de Altari vivere debet. Ibid.

ANIMALIA.

Animalia, Fundi inſtructioni inſervientia, eintegranda ſint, etiamſi Gregem non conſtituant. Deciſ. 74. num. 15. pag. 208.
Et ſi ſint Animalia fructifera, reſtituendi ſunt quoque fructus, qui ex iis percipi potuiſſent. Ibid. num. 16.

AN-

ANNULUS.

Annuli ſecum aſportati ab Epiſcopo transferri debentur penes Eccleſiæ, etiamſi Cadaver Epiſcopi Defuncti cum illo fuerit in funebri pompa indutum, & expoſitum. Deciſ. 94. num. 4. pag. 272

APOSTILLA.

Apoſtilla in margine Inſtrumenti appoſita, an, & quando probet? Deciſ. 98. num. 8. pagin. 281.

APPELLATIO.

Appellationem indulgere ſolet Signatura ab ea parte Sententiarum, in qua non ſunt conformes. Deciſ. 43. num. 1. pag. 92.
Appellatione ad Curiam devoluta attentatum eſt quidquid in partibus interim fieri contingat. Deciſ. 91. num. 8. pag. 264.

ARBITRIUM.

Agnita, ſeu confeſſita ſubſtitutio, ad Superiorem devolvitur Arbitrium decernendi qualitatem, aut quantitatem. Deciſ. 42. numer. 14. pag. 86.
Habens arbitrium commodandi, concedare, & denegare poteſt commodatitionem. Deciſ. 72. num. 1. pag. 201
Arbitrium intelligendum eſt reſtrictive ad arbitrium boni viri. Ibid. num. 2. pag. 202.
Verba ſuadentia arbitrium liberum, & abſolutum. Ibid. num. 3.
Formula verborum = *Lo poſſano liberamente fare* = conceſſum arbitrium non poteſt reſtringi ad arbitrium boni viri. Ibid. numer. 6.
Amplia, ſi reſpectu illorum, qui conditionem prætendunt, addita fuerint verba = *Non obſtante Jus di ſorte alcuna* = Ibid. num. 7.
Longa obſervantia declarat, arbitrium intelligendum eſſe de arbitrio boni viri. Ibid. num. 8

ARCHIDIACONUS, ARCHIDIACONATUS.

Quamplurima quoad Divinum Servitium in Cathedrali Eccleſia pertinent non ad Epiſcopum ſed ad Archidiaconum. Dec. 1. num. 6. & ſeq. pag. 2.
Archidiaconi Juriſdictio in pluribus Regionibus, & Eccleſiis in deſuetudinem abiit. Deciſ. 60. num. 22. pag. 148.
In aliquibus tamen adhuc viget, & ſignantur in Diœceſi Leodienſi. Ibid. num. 23.
Quanta ſit Archidiaconorum Leodienſium Juriſdictio. Ibid. num. 24. pag. 149.
Archidiaconatus dignitas ex ſua originaria inſtitutione dicitur Oculus Epiſcopi & habet adnexum Vicariatum cum exercitio Juriſdictionis Epiſcopalis, & prima Dignitas in Cathedrali Eccleſia poſt Epiſcopalem dicitur. Deciſ. 60. num. 21. p. 148.
Vide etiam Tractatum ſub cap. 12. pag. 151. num. 76. & 77. per tot.

ARGENTUM.

Argenta, & Ornamenta, quæ erant principaliter deſtinata in uſus profanos, quamvis ex accidenti fuerint converſa in uſus pios, non veniunt appellatione Pontificalium, quæ poſt mortem Epiſcopi debentur illius Eccleſiæ. Deciſ. 22. num. 1. & 4. pag. 36.
Argenta, & vaſa deſtinata ad uſum Divinum oppignorari non poſſunt, & ipſa non tacite conſentitis, dum fuerunt oppignorata. Ibid. num. 3.

ARGUMENTUM.

Argumentum a fortiori, ſeu a ſimili validum reputatur. Deciſ. 42. num. 13. pag. 86.
Argumentum a ſingularitate implementi locum non habet in iis caſibus, in quibus certa, & determinata Diſponentis voluntas præfinita eſt. Deciſ. 61. num. 44. pag. 156.

ARMA GENTILITIA.

Vide STEMMATA.

ARTICULI.

Articuli continentes terminationem Fabricæ dicuntur relevantes, ad hoc ut per probationem ſuper illis faciendam ceſſare debeat contributio impoſita pro eadem Fabrica. Deciſ. 25. num. 1. pag. 41.

ASSOCIATIO.

Aſſociatio per viam in funeribus eſt actus indifferens, & in ea Parochus nullam exercere dicitur Juriſdictionem ſupra Cadaver. Deciſ. 42. num. 3. pag. 112.
Aſſociatio eſt inſeparabiliter connexa cum pompa, & ultimis actibus Funus perficientibus. Ibid. num. 4.

ATTESTATIO.

Atteſtatio extrajudicialis non probat. Deciſ. 11. num. 3. & 5. pag. 13.
Atteſtationes Exactorum probant affirmativam contra conſitentiam, ſed non probant, quod plus non fuerit averi exactum. Deciſ. 42. num. 15. pag. 87.
Vide FIDES.

B

BACULUS.

Baculum Paſtoralis, Crux Pectoralis, aut Patriarchalis, atque Annuli, ſeorum aſportati ab Epiſcopo tranſlato, debebunt ipſius Eccleſiæ, etiamſi cadaver Epiſcopi defuncti fuerit cum illis in funebri pompa indutum, & expoſitum. Deciſ. 94. num. 9. pag. 272.

BENEFICIATI.

Præjudicium ſi non eſt ſolius Beneficiati, ſed etiam Ordinis, & Eccleſiarum, non ineunt regula, quod quæ illud acceptaverint quæverit tenue. Deciſ. 22. num. 14. pag. 48.
Non eſt permittenda æmulatio, quod Beneficiati æquales appareant Dignitatibus, & Canonicis. Deciſ. 56. num. 11. pag. 135.
Optima eſt Lex Capituli, quæ ſimplices etiam Beneficiatos ad reſidentiam compellit. Deciſ. 63. num. 12. pag. 163.
Simplices Beneficiati ad reſidentiam non tenentur, dummodo contrarium, vel ſpeciali Jure, vel conſuetudine inductum non ſit. Ibid. num. 17.
Beneficiati, & Capellani poſſidentes Beneficia, & Capellanias cum onere Miſſarum in Eccleſiis Collegiatis, conveniens eſt, ut Miſſas per ſe celebrent, aliaque onera ſubeant, non item per ſubſtitutos, niſi adſit legitimum impedimentum. Ibid. num. 22. pag. 164.
Amplius ſi ita ferat Eccleſiæ Lex, recepta Conſuetudini conformis. Ibid. num. 23.
Beneficiati in Eccleſiis collegiatis, ceſſante impedimento, ad ſolemnes Capitulares Proceſſiones accedere tenentur. Ibid. num. 24.
Validum eſt Decretum præſcribens, Beneficiatos diebus Feſtis alibi non poſſe celebrare ſine licentia Capituli, quam in Altari, cujus habent Beneficium. Ibid. num. 25.
Ita namque de Jure præſcribitur. Ibid. num. 26.
Optimum eſt Decretum, adigens Beneficiatos, ut Supellectilem ad Sacra facienda neceſſariam ſua impenſa ſibi parent. Ibid. num. 27.
Id namque præſcribunt Jura. Ibid. num. 28.
Receptum ubique eſt, ut partem fructuum Beneficiati, & Capellani Eccleſiæ tradant pro Sacra Supellectilibus conſervanda. Ibid. num. 29.
Juſtum eſt Decretum, quod Beneficiatos abſentes adigit ad Mulctam correſpondentem taxæ eleemoſynæ unius Miſſæ. Ibid. num. 30. pag. 165.
Beneficiatis non adimplentibus in vita onus manutenendi Eccleſias, & aliarum bona, illud tranſfunditur ad eorum heredes. Deciſ. 76. num. 2. pag. 213.
Multoque magis ſi ad id accedat Beneficiati prædefuncti diſpoſitio Teſtamentaria. Ibidem num. 3.
Agi non poteſt contra Beneficiatum Anteceſſorem pro expenſis neceſſariis ad reparationem bonorum Eccleſiæ, non probata illorum deterioratione de tempore Prædeceſſoris. Ibi num. 7. pag. 214.
Onus agendi contra Beneficiatum Anteceſſorem pro deterioratione bonorum, ſpectat ad immediatum Succeſſorem. Ibi num. 8.
Beneficiato non ubnoxio obligationi ſi ſidejuſſionis, ac abunde commode pervenit, incumbit onus reparandi bona Eccleſiæ, etiamſi impenſa eroganda excedit tertiam, vel quartam partem annuorum fructuum. Ibid. num. 9. pag. 215.
Beneficiati Eccleſiæ in ſubſidium tantummodo Contribuere tenentur pro fabrica Eccleſiæ. Deciſ. 79. num. 22. pag. 222.
Beneficiatus, utpote addictus ſervitio Eccleſiæ, denegari nequit uſui Sacriſtiæ. Deciſ. 100. num. 5. pag. 290.
Ipſis tamen non licet tribuere ad Sacrarium conſtructionem expenſis, & ad uſum Catamicorum. Ibid. num. 6.

BENEFICIUM.

Beneficia omnia ſine aliqua diminutione debentur. Deciſ. 24. num. 5. pag. 49.
Beneficium tenue ſi quis acceptavit, an poſſit petere congruam? Deciſ. 28. num. 13. & 14. pag. 45.
Beneficii ſimplicis obtinentes, ad Reſidentiam non tenentur. Deciſ. 63. num. 8. pag. 163.
Hinc contrarium præcipere ad unum pertinet Summum Pontificem. Ibid. num. 9.
Beneficium ſimplex etiam parvi reddituum, Reſidentiam perſonalem de Jure communi exigit. Ibid. num. 10.
Immo non Reſident, Beneficio privari debet. Ibid. num. 11.
Optima eſt Lex Capituli, quæ ſimplices etiam Beneficiatos ad Reſidentiam compellit. Ibid. num. 12.
Cavendum a modernis Collectoribus, qui ſuſtinent, Presbyteris, & Clericis non habentibus Beneficium in titulum, Perſonalem Reſidentiam requirere, permiſſum abeſſe. Ibid. num. 13.
Refertur Declaratio Sac. Congregationis Concilii. Ibid. num. 14.
Beneficia non veniunt ſub unione Eccleſiæ, cum ab hac ſint omnino ſeparata, & diſtincta. Deciſ. 71. num. 19. pag. 189.
In Beneficii Poſſeſſoris libertate non eſt reſtringendi obligationem reparandi Eccleſias, & alia bona ad ea ſpectantia. Deciſ. 76. num. 6. pag. 214.

BO.

BONA.

Bona Patrimonialia Fabricæ Eccleſiarum Parochialium maxime ſtante conſuetudine poſſunt per Communitatem, ſeu Laicos adminiſtrari. Decif. 29. num. 2. pag. 49.

Bona Patrimonialia Eccleſiæ non poſſunt dici unita cum aliis bonis ejuſdem Eccleſiæ, ſi illa a Laicis, hæc autem ab ipſa Eccleſia adminiſtrata ſunt. Ibid. num. 11. pag. 50.

Bona Eccleſiæ, quod ab Eccleſia adminiſtrari debeant intelliguntur de bonis propriis ejuſdem Eccleſiæ, non autem de aliis. Ibid. num. 14.

Bona Eccleſiæ quod poſſint adminiſtrari per Laicos, Conſuetudo immemorabilis plurimum operatur, immo totum facit. Decif. 29. num. 17. pag. 50.

In dubio an Bona acquiſita fuerint ſive Eccleſiæ, dicuntur eidem Eccleſiæ acquiſita, & quare? Decif. 40. num. 7. & 10. pag. 80.

Bona acquiſita ex fructibus primi Epiſcopatus, ad primam Eccleſiam pertinent, non obſtante tranſlatione Epiſcopi ad aliam Eccleſiam. Decif. 48. num. 3. pag. 109.

Et pro hujuſmodi effectu tranſlatio habetur ac ſi ſequta non fuerit. Ibid. num. 4.

Bonorum relictorum cum onere perpetuæ celebrationis Miſſarum adminiſtratio ſpectat ad Romanum Pontificem, tanquam Caput viſibile Dei Eccleſiæ. Decif. 61. num. 10. & 11. pag. 152.

BREVE.

Breve Apoſtolicum in forma Commiſſionis præſumitur juſtificatum ex Sententia Judicis exequtione demandata, & per ſpatium triginta annorum obſervata. Decif. 20. num. 10. pag. 33.

Breve Pontificium aliquid vetans ſub verbis generalibus & amplis, comprehendit etiam Epiſcopos, licet nominatim non expreſſos. Decif. 51. num. 1. pag. 115.

Ad effectum redarguendi Breve Apoſtolicum de Surreptione, vel defectu intentionis, conſtare debet de Jure certo, & ſtabili. Ibid. num. 4.

BULLA.

Bulla Boni Regiminis annullat obligationes Communitatum Status Eccleſiaſtici, quamvis ex Causâ neceſſaria, & urgentiſſima contractas. Decif. 23. num. 4. pag. 37.

Bulla Boni Regiminis non ſolum annullat, ſed etiam tota gradus reddit obligationes Communitatum Status Eccleſiaſtici ſine licentia ejuſdem Sac. Congregationis. Ibid. num. 4.

C

CALUMNIA.

Calumniæ ſuſpicio ceſſat ſi Pars eſt in poſſeſſione, & Remiſſoriam petens ſit Actor. Decif. 24. num. 3. pag. 40.

Calumniæ ſuſpicio quatenus reſultet, ſi in partibus citatis noviter articulati, nec nominati quidem fuerint. Decif. 25. num. 8. & ſeq. pag. 41.

Calumniæ ſuſpicio ceſſat, quotieſcumque per probationes faciendas non impeditur poſſeſſio alterius Partis. Decif. 25. num. 10. p. 42.

CAMPANÆ.

Campanas ſaltem duas debet habere Eccleſia Parochialis. Decif. 46. num. 27. pag. 105.

Campanæ non ſerviunt ad Populum evocandum ad Divina Officia. Ibid. num. 28.

Debet tamen eſſe ſonora, ut a longinquis audiatur. Ibid. num. 29.

CAMPANILE.

Campanile alarum, & Navis Eccleſiæ ſpectant ad eundem Ornatum. Decif. 46. numer. 26. pag. 105.

CANONICI

Canonici nonniſi in ſubſidium tenentur ad refectionem Chori, ſcilicet deficientibus redditibus Fabricæ, & Sacriſtiæ. Decif. 42. num. 34. pag. 90.

Canonici etiam intervenire debent ad Collationem Caſuum Conſcientiæ. Ibi. num. 41. Sed contra num. 42. pag. 91.

Quatenus Canonici hujuſmodi Conferentiis intereſſe teneantur? Ibid. num. 43.

Canonicus, ſeu alter ſuperveniens in Choro incohatis divinis Officiis, genuflectere debet. At aſſeritur eſt, eum non poſſe iſ ſurgere, niſi recepto ſigno permiſſivo a Chori Præfecto. Decif. 43. num. 5. pag. 93.

Canonici Cathedralis, non obſtante Brevi prohibitivo, uti poſſunt Sacris Utenſilibus propriæ Eccleſiæ, ſi tenentur explere Functiones in aliis Eccleſiis ex obligatione inhærente Capitulo. Decif. 51. num. 5. pag. 115.

Quid dici nequit de Epiſcopo voluntarie divertente ad peragendi Pontificalia in aliis Eccleſiis. Ibid. num. 6.

Canonici quoties collegialiter conveniunt, repræſentant Eccleſiam Cathedralem, ſeu Metropolitanam. Decif. 54. num. 3. pag. 124. & Decif. 55. num. 3. pag. 130.

Canonici, alienam Eccleſiam Matrem, & Dominam recognoſcendo, ab ea ſe dependere fatentur. Decif. 66. num. 9. p. 177.

Canonici, patientes porrigi Aſperſorium a Mo-

nitabo proprio Superiori ad eorum Eccleſiam accedente, ſatentur, Eccleſiam ad eum pertinere. Ibi. num. 17. pag. 178.
Item, deſcendendo in inferiora ſubſellia, dum accedit Abbas cum ſuis Monachis ad Eccleſiam, indicat eam ad illum ſpectare. Ibid. num. 18.
Item petendo propria Arma appoſita dejici. Ibi. num. 19. pag. 179.
Canonici etſi ſolitis potiantur prærogativis, non ideo cogendi ſunt ad præſtanda onera pro ſervitio Eccleſiæ neceſſaria, niſi correſpectivum redditum percipiant emolumentum. Deciſ. 79. num. 10. pag. 222.
Canonici excluſi a participatione emolumentorum, provenientium ab exercitio Curæ Animarum eximuntur a contributione pro Sacris Utenſilibus, neceſſariis pro dicto exercitio. Ibi. num. 16. pag. 223.

CAPELLA.

Capella aſt de Jurepatronatus illius, cujus eſt Eccleſia. Deciſ. 27. num. 2. pag. 45.
Capella de Jurepatronatus non poteſt vendi, nec alienari ſine conſenſu Patroni, & Beneplacito Apoſtolico. Ibi. num. 3. pag. 46.
Capella probata quod fuerit Auctoritate Ordinaria erecta, benedicta, ac dotata, poteſt in ea Miſſæ Sacrificium celebrari. Deciſ. 41. num. 1. pag. 82.
Capellæ privatæ, ſeu Oratoria ſatis aſt, quod Divino cultui ſint dicata, & Epiſcopi Auctoritate benedicta, ad differentiam Eccleſiæ formalem Conſecrationem requirentis. Ibid. num. 3.
Capellæ ea dos ſufficit, quæ pro ejuſdem manutentione neceſſaria eſt. Ibid. num. 10.
Capella ſi non habeat dotem requiſitam quis ſupplere teneatur? Ibid. num. 11.
Cum Capella Palatii Epiſcopalis quoad uſum Utenſilium habeatur pro membro Eccleſiæ Cathedralis, poſſeſſio, & bonum jus quoad dictum uſum in Eccleſia ſufficit ad obtinendam manutentionem quoad Capellam. Deciſ. 50. num. 9. pag. 114.
Capella Palatii Epiſcopalis cenſenda eſt quaſi pars Eccleſiæ Cathedralis. Deciſ. 51. num. 12. pag. 116.
Ex quibus reſultet, Capellam fuiſſe Deo perpetuo dicatam? Deciſ. 65. num. 11. pag. 172.
Capella, vel ipſius locus, quando dicatur Sacer, aut Deo permanenter dicatus, ut gaudeat Immunitate Eccleſiaſtica. Ibi. num. 13. pag. 173.
Capellæ converſio de uſu Sacro in profanum ſine Apoſtolicæ Sedis Licentia eſt nulla. Deciſ. 68. num. 7. pag. 185.
Explica reſpectu Capellæ, ſeu Oratorii publici. Ibid. num. 8.
Secus in Capellis privatis, quæ privata Auctoritate in profanum uſum converti poſſunt. Ibid. num. 9.
Capella publica dici non poteſt, quæ non ſit fundata Auctoritate Ordinarii, quæ careat Janua in publica via, itemque Campanili, & Campana, Dote, Rectore, & Sacra Supellectili. Ibid. num. 10.
Præſumi non debet, quod Epiſcopus conceſſerit licentiam Capellam ad uſum profanum Ædificii convertendi, ſi revera ea fuiſſet publica. Ibid. num. 11.
Specialis licentia conceſſa ab Epiſcopo celebrandi Miſſas in aliqua Capella ſuſtinenda reputatur, ſtante qualitate illius publica. Ibid. num. 12. & 13. pag. 186.
Capellæ non dicitur publica, ex quo illuc Rei, & Contumaces confugere conſueverint, cum Loca etiam profana ratione connexionis cum aliquo Loco Sacro nonnunquam Immunitate gaudeant. Ibid. num. 16.
Privatæ Eccleſiarum Capellæ, & Sepulchra, quæ a cauſa ſpirituali non proficiunt, & nihil habent ſpiritualitatis, diſtrahi recte poſſunt. Deciſ. 73. num. 4. pag. 204.
Illis quidquid in Capellis, & Sepulchro ſpirituale non eſt, ſtatim in concurſum venit, undique poteſt. Ibid. num. 5.
Amplius, ſi urgeat præſumptio ex pecuniis creditorum fuiſſe comparata. Ibid. num. 6.
Conceſſio Capellæ, & Sepulchri facta pro Hæredibus, & Succeſſoribus quibuſcumque extraneos quoque Succeſſores complectitur. Ibid. num. 7.

CAPELLANI.

Capellani, & ſimplices Clerici reſpectu inferiorum, velut Servitores, & Famuli in Eccleſia reputantur. Deciſ. 42. num. 23. pag. 88.
Capellani non ſunt de Capitulo, ſed reputantur Servi, & Capituli Miniſtri. Deciſ. 100. num. 9. pag. 290.
Aliorqua parere tenentur Decretis, & Reſolutionibus Capituli. Ibid. num. 9. pag. 291.
Maxime ubi tendant ad avertendam Confuſionem ob anguſtiam Sacriſtiæ. Ibid. num. 11.

CAPELLANIA.

In fundatione Capellaniæ perpetuæ poſſunt Officiales Eccleſiæ paciſci de aliquo Emolumento pro conſumptione Sac. Supellectilium. Et quando hoc procedat? Deciſ. 36. num. 5. pag. 67.
Poſt ipſum centum, & ultra annorum præſumendum non eſt Beneplacitum Apoſtolicum etiam quoad tranſlationem Capellaniarum. Deciſ. 100. num. 17. pag. 291.

CAPITULUM.

Capitulum tenentur exhibere Cappas Canonicis ſtante conſuetudine, etiam abſque ſolutione. Deciſ. 38. num. 20. pag. 75.

Capitulum Eccleſiæ collegiatæ præcedere debet Parochum uti minus dignum, in aſſociatione Funerum, etiam ejus Parochianorum. Deciſ. 49. num. 1. pag. 111.

Et deferenda eſt ſola Crux ejuſdem Collegiatæ. Ibi num. 2. pag. 112.

Capitulum, & Canonici idem corpus cum Epiſcopo conſtituunt. Deciſ. 54. num. 2. pag. 124.

Capitulum jus habet condendi Leges in iis, quæ regimen ſuæ Eccleſiæ reſpiciunt. Deciſ. 63. num. 1. pag. 162.

Idem dic in Capitulis utriuſque Sexus, cujus Abbatiſſa jus habet coercitiuam in Clericos, & Virgines ſibi ſubditas. Ibi num. 2. & 15.

Capitulum, non adverſante conſuetudine, jus habet puniendi Beneficiatum ſibi ſubjectum. Ibid. num. 3.

Capitulo in Subditum ea competit coercitio, quæ Patri in filium, Domino in Servos, Marito in Uxorem. Ibid. num. 4.

Capitulum, quod per accidens in aliena Eccleſia convocatur, non ideo præſumitur ibi illud ſemper fuiſſe. Deciſ. 66. num. 7. pag. 177.

Jus præſidendi Capitulo per antiquam Sententiam cenſetur ablatum. Deciſ. 69. num. 4. pag. 188.

Facultas convocandi Capitula deſumenda eſt a lege Statuti. Ibid. num. 5.

Neque per ejuſmodi affectu præſtat aliquem Dignitate præcellare. Ibid. num. 6.

Explicantur contraria. Ibi num. 7.

Requiritur ad intereſſendum Capitulo ſi receſſat, ſa reddit Extraneum. Ibid. num. 10.

Cauſa frivola non præſtat juſtum impedimentum non intereſſendi. Ibid. num. 11.

Item habetur pro præſente. Ibid. num. 14. pag. 189.

Capitulum, aliique Presbyteri Sæculares intervenientes aſſociationi Cadaverum ingerere ſe non debent in Functiona funebri, facienda in Eccleſia Regularium tumulante. Deciſ. 78. num. 1. pag. 219.

Poſſunt tamen ingredi Eccleſias tumulantes, & Funebri intereſſe Functioni. Ibi num. 2.

Explicata cum Cruce inclinata, & demiſſa, non elevata. Ibi num. 3.

Capitulum retinens curam Eccleſiæ habitualem, ejuſque Decimas percipiens vicare non valet onus reparationis Eccleſiæ. Deciſ. 80. num. 2. pag. 225.

Eoque magis ubi gaudet fructu Juriſpatronatus ejuſdem Eccleſiæ. Ibi num. 3.

Et in ipſo Capitulo cumulantur plures tituli. Ibi num. 4.

Capitulum, dum virtute ſibi factæ unionis, nominat Eccleſiæ Vicarium qui adminiſtret omnia Sacramenta, reputari debet Eccleſiæ Patronus, ipſaque Eccleſia Parochialis. Ibi num. 5.

Capitula, Collegia, & Univerſitates condere poſſunt Ordinationes, & Leges regimini propriæ Eccleſiæ accommodatas. Deciſ. 84. num. 1. pag. 236.

Uni Capitulo jure proprio incumbit rerum, ac bonorum Eccleſiæ cura, & adminiſtratio. Deciſ. 100. num. 8. pag. 290.

Capituli Juriſdictio quoad Beneficiatos extendi nequit ad facultatem diſponendi de rebus illorum non competentis. Deciſ. 101. num. 6. pag. 293.

CARDINALES.

Quando Cardinalibus conceſſus fuerit uſus Galeri purpurei: & quando Veſtes coloris violacei, quibus utebantur, commutatæ fuerint in purpureas? Deciſ. 55. num. 10. & 11. pag. 131. 132.

Innocentius XII. abrogavit, & ad ordinariam formam reduxit quæcumque Indulta conceſſa Cardinalibus, excedentia limites ordinariæ facultatis teſtandi. Deciſ. 76. num. 4. pag. 214.

CASUS.

Caſus in aliqua particulari diſpoſitione non comprehenſus remanet ſub diſpoſitione juris communis. Dec. 15. num. 7. pag. 21.

CATHEDRALIS.

Neque Cathedralis, neque Eccleſia Matrix prohibere poteſt Parocho, ne tempore Quadrageſimæ Concionatorem habeat. Deciſ. 44. num. 11. pag. 96.
Vide ECCLESIA.

CATHEDRATICUM.

Cathedraticum ab Honorio III. initium duxit. Deciſ. 66. num. 26. pag. 178.

CAUSA.

Cauſa facti, & non factum inſpicitur. Deciſ. 21. num. 7. pag. 35.

Cauſa reputatur profana, quoties non agitur de titulo Beneficii. Deciſ. 24. num. 1. pag. 39.

Cauſa ceſſante quod ceſſet affectus hujuſmodi regula habet locum in quibuſcumque Legibus, aliiſque etiam Conſtitutionibus. Ibi num. 4. pag. 40.

Cauſa Legis, vel Conſtitutionis ceſſante, eo magis ceſſare debet ipſa Lex, vel Conſtitutio, ſi ea non ceſſaret, Tertius damnum inde pateretur. Ibi num. 7., & Deciſ. 25. num. 2. pag. 41.

Cauſa honoris Dei infimul cum alia cauſa conjuncta, nunquam ceſſat, quamvis etiam alia cauſa ceſſaverit. Deciſ. 25. num. 4. & 6. pag. 42.

Cauſæ duæ ſi fuerint conjunctim, & inſeparabiliter ſub una, eademque ratione expreſſæ, quoties earum unica deficit, utrique etiam diſpoſitio ceſſare debet. Ibid. num. 5.

Cauſa limitata, ſi mixtum producit affectum. Deciſ. 51. num. 15. pag. 116.
Cauſæ Piæ favor convalidat extrinſecum defectum ſolemnitatum, non voluntatis. Deciſ. 53. num. 16. pag. 122.
In piâ cauſa potior eſt favor Teſtatoris, & quæſitum jus Legatariis, quam Hæredis, contra ipſius Teſtatoris votum petentis. Deciſ. 61. num. 52. pag. 157.

CENSUS.

Cenſus redimibilis quando nulla adeſt ſpes redemptionis ex parte debitoris, quoad ipſum reputatur perpetuus. Deciſ. 18. num. 27. pag. 30.

CHORUS.

In Choro præcedentia ſecundum Jus commune ſpectat ad Antiquiorem. Deciſ. 1. num. 8. pag. 2.
Indecorum eſt, Collegiatam compoſitam duodecim Canonicis, ultra Dignitates, Chorum non habere. Deciſ. 42. num. 36. pag. 90.

CITATIO.

Citatio vaga, & incerta, non tenet. Deciſ. 16. num. 10. pag. 23.
Citatio non requiritur, ſi citandus ſe habuit pro certiorato. Deciſ. 33. num. 8. pag. 58.
In reaſſumptione Litis neceſſaria eſt nova Citatio perſonalis. Deciſ. 91. num. 5. pag. 266.
Amplia, ſi ex concordi Judicati executione Lis dici potuerit extincta. Ibid. num. 6.
Nulla eſt Citatio præſentata perſonæ non legitimæ. Ibid. num. 7.

CIVES. CIVITAS.

Cives non tenentur contribuere pro Fabrica neceſſaria Eccleſiæ, niſi in defectum Epiſcopi, & Cleri. Deciſ. 7. num. 4. pag. 8.
Civitas tenetur ad ſolutionem frumenti a ſuis Officialibus empti, ſi illud in utilitatem ejuſdem Civitatis verſum eſt. Deciſ. 23. num. 10. & ſeq., ubi declaratur. pag. 38.
Ad ornatum Civitatum pertinet Eccleſias cuſtodire. Deciſ. 46. num. 17. pag. 103.

CLAVES.

Clavium retentio eſt de appendicibus domuum, & Jurisdictionis. Deciſ. 15. num. 8. pag. 20.
Clavium retentio ſpectat cuſtodum. Ibid. num. 9.
Clavium retentio ſpectat ad ſingulos Socios rei communis. Ibid. num. 12.
Interrumpendi Claves, ut præſcriptione acquiratur, requiritur eadem forma, quæ in præſcriptione actus facultativi requiritur. Ibid. num. 15.

Clavium retentio enumeratur inter Jura Patronalia. Deciſ. 35. num. 5. pag. 61.

CLAUSULÆ DIVERSÆ.

Clauſula *Dummodo* reſpicit ipſum reſervationem Penſionis, quam ſcilicet Papa nullatenus reſervare intendit, niſi Centum pro Rectore remaneant. Deciſ. 18. num. 11. pag. 28.
Clauſula *Dummodo* reſpicit non tempus præſens ſed etiam futurum; adeout ſi tempore reſervationis remaneant Centum, & poſtea fructus ſint adeo diminuti, ut Rector non poſſit ſe ſuſtentare, ſit locus reductioni Penſionis. Ibid. num. 12.
Clauſula *Dummodo* verificari debet de tempore reſervationis Penſionis. Ibid. num. 38. p. 30.
Clauſula *Conſtito* non indiget juſtificatione, niſi ad inſtantiam illius, ad cujus favorem appoſita fuit. Deciſ. 20. num. 11. pag. 33.
Et ipſo non reclamante, gratia ſuit in ſupplicato ſtatu validatur. Ibid.
Clauſula *Sublata, & Decretum irritans* contrariam obſervantiam infringit. Deciſ. 21. num. 3. pag. 34.

CLERICUS.

Clericus continua aſſiduitate in Parochiali tam de die, quam de nocte, non præcipitur a Rituali Romano, nec etiam obſervatur. Deciſ. 11. num. 8. pag. 13.
Clericus non debet neceſſario eſſe intitulatus in Parochiali, cujus redditus ſunt Penſionarii obligati. Ibi num. 10. pag. 14.
Clericus in infirmitate conſtitutus, etiamſi ex ea decedat, poteſt donare inter vivos acquiſita ex redditibus Eccleſiæ in pias tamen Cauſas. Deciſ. 12. num. 1. p. 15.
Dummodo tamen talis Donatio moderate fiat, & ſequatur traditio ad tollendas fraudes, & ſuſpiciones. Ibid. num. 2.
Clericus de bonis acquiſitis ex ejus induſtria libere poteſt diſponere. Ibid. num. 4.
Clericus, niſi doceatur, non præſumitur acquiſiviſſe bona ex propria induſtria, ſed ex redditibus Eccleſiaſticis. Ibid. num. 5.
Clericorum Univerſitas non habet particulare intereſſe in Commutatione voluntatis Defuncti, & quando? Deciſ. 30. num. 14. pag. 51.
Inter Clericos ordinis ſuperioris, & inferioris præcipuum diſtinctionis ſignum conſiſtit in habitu. Hujus rei ratio. Dec. 54. num. 4. pag. 124.

CLERUS.

Clerus non niſi in ſubſidium contribuere tenetur pro reparatione Eccleſiæ. Deciſ. 24. num. 9. pag. 40.
Clerus, abſolutis Proceſſionibus, tedit in conſeſſo, & non ſervat illum ſigillatim ordinem, ſub quo incedit in eiſdem. Deciſ. 54. num. 11. pag. 126.

Clerus

Clerus Sæcularis non vocatus, Funeribus interveniere non poteſt. Deciſ. 62. num. 2. pag. 159.

COLLEGIATA.

Inſignis Collegiatæ S. Germani Montis Caſſini initium, & incrementum late recenſetur. Deciſ. 66. num. 2. pag. 175.
Collegiatæ S. Germani dependentia a Monachis Caſſinenſibus unde deſumatur. Ibi num. 5. & ſeq. pag. 176.

COLONUS.

Colonus tenatur ad expurgationem foveatum ſimplicem annuam cultuæam agrorum reſpicientem; ad alteram vero expurgationem, perpetuam utilitatem fundi ſecum ferentium, ut quia E. G. inſerviant ad receptionem aquarum, ad illam ſolum tenetur Dominus fundi. Deciſ. 74. num. 13. pag. 207.

COMMODATIO.

Commodatio diuturno tempore facta, etſi ab initio facultativa, deinde fit neceſſaria, & coactiva. Deciſ. 72. num. 9. pag. 202.

COMPENSATIO.

Non admittitur Compenſatio ex defectu extremorum habilium. Deciſ. 76. num. 10. pag. 215.

COMMODUM, INCOMMODUM.

Quem ſequitur Commodum, & Incommodum ſequi debet. Deciſ. 42. num. 20. pag. 88.
Quem propria ſequuntur compendia, eundem & proprium onus ſequi debet. Deciſ. 95. num. 4. pag. 273.

COMMUNITAS.

Communitates Statùs Eccleſiaſtici non obligantur ſine licentia Congregationis Boni Regiminis, etiam probata verſione. Deciſ. 23. num. 11. pag. 38.

COMMUTATIO.

Commutatio ultimarum voluntatum fit a Papa cum conſenſu intereſſe habentium, & qui tales eſſe dicuntur. Deciſ. 30. num. 1. & 12. cum ſeq. pag. 51.
Commutatio voluntatis Defuncti fieri poteſt, ſi ex Teſtibus, & peritis conſtat illam adimpleri non poſſe. Ibid. num. 2.
Commutatio voluntatis Defuncti fieri poteſt, ſi conſtat de impoſſibilitate illius adimplementi. Ibid. num. 4.
Ad Commutandam voluntatem Defuncti ſufficit non ſolum impoſſibilitas Phyſica, ſed etiam Moralis. Ibid. num. 5.
Commutatio voluntatis Defuncti fieri debet in rem magis commodam, utilem, & rationabilem. Ibi num. 6. & ſeq.
Commutatio voluntatis Defuncti fit etiam in aliena Civitate, ſtante periculo ruinæ bel locum Civitatis Legatariæ. Ibid. num. 7.
Commutatio voluntatis Defuncti remittitur arbitrio Epiſcopi. Ibid. num. 8.
Commutatio voluntatis Defuncti narrata Pontifici ſuſtinetur. Ibid. num. 10.
Papa habet omnem poteſtatem commutandi voluntates Defunctorum. Ibid. num. 11.
In Commutatione voluntatis Defuncti ſufficit conſenſus executorum. Ibid. num. 12.

CONCESSIO.

Nulli eſt licitum aliena cuique concedere præter Domini voluntatem. Dec. 103 n. 22 p. 293.
Plus nequit dici conceſſum quam fuerit petitum. Deciſ. 73. num. 8. pag. 204.

CONCILIUM.

Concilium Trid. ſeſſ. 22. de obſerv. & evitan. in Celebrat. Miſſ. intellectus. Deciſ. 41. num. 24. pag. 83.
Concilii Trid. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 13. explicatur. Deciſ. 44. num. 10. pag. 96.

CONCORDIA.

Stante Concordia Apoſtolico Beneplacito munita, jus explendi functiones Funebres in Capellis Confraternitatis erectis, in Eccleſiis Parochialibus, competit Sacerdotibus Confraternitatis. Deciſ. 97. num. 2. pag. 278.
Item, ita diſponente Statuto Confraternitatis, Archiepiſcopi Auctoritate munito. Ibid. num. 3.
Amplius, ſtante diuturna Obſervantia favore Confraternitatis militante. Ibi num. 4. pag. 279.
Stantibus Concordia, & Statutis Confraternitatis tribuentibus jus Functiones funebres peragendi, idem Jus non competit Parocho. Ibi num. 6.

CONDITIO.

Conditionem a Fundatoribus in genere appoſitæ intelligi debent juxta ſubjectam materiam de obligationibus, & oneribus de jure ſubeundis. Deciſ. 79. num. 9. p. 222.

CONFESSIO.

Confeſſio Adverſarii poſſeſſionis facta tituliſe, ſufficit ad probandam poſſeſſionem ad effectum manutentionis. Deciſ. 14. num. 1. pag. 18.
Confeſſio Partis non eſt extendenda de Caſu ad

Caſum. Decif. 77. num. 6. pag. 217.
A confeſſione Partis recedere datum non eſt. Decif. 98. num. 13. pag. 282.
Fortior eſt Partis Confeſſio, quæ ſimbus, & documentis confirmata eſt. Decif. 103. num. 29. pag. 307.

CONFRATERNITAS.

Confraternitati Laicorum datur manutentio, & remedium aliud poſſeſſorium pro adminiſtratione Sacriſtiæ, & rerum Confraternitatis. Decif. 14. num. 3. & 4. pag. 18.
Et maxime quando Confraternitas fuit erecta cum licentia Ordinarii. Ibid. num. 5.
Confraternitates Laicorum erectæ autoritate Ordinarii ſubſunt eidem Ordinario. Decif. 40. num. 1. pag. 79.
Confraternitatis diſſolutæ bona dicuntur vacantia, & pertinent ad diſpoſitionem Ordinarii, donec Papa aliter diſponat, ſi Confraternitas ſtat de per ſe. Ibid. numer. 3. & 4.
Bona, quæ ſemper remanſerunt ſub potentia cujus Confratrum, etſi ad certum pium uſum deſtinata, nunquam tranſierunt in dominium Eccleſiæ, neque dici poſſunt propria Eccleſiæ. Ibi num. 8 pagin. 80.
Quænam ſunt Bona, quæ Confraternitatum propria dicuntur? Ibid. num 7. & 9.
Confraternitatum bona, quæ non fuerunt acquiſita intuitu Eccleſiæ, deputantur apud Rectorem Eccleſiæ nomine Epiſcopi. Ibid. num. 11.

S. CONGREGATIONES.

Reſolutiones Sacrarum Congregationum emanatæ per viam Legis univerſalis, ubique ſunt ſervandæ, & tamquam Leges in quocumque Tribunali aſſiſi debent. Decif. 58. num. 3. pag. 142.

CONGRUA.

Congrua debetur Rectori, ſeu Vicario exercenti curam animarum. Dec. 13. n. 1. p. 16.
Congrua, quæ debetur Rectori exercenti Curam animarum, non debet eſſe major centum, nec minus quadraginta ſcutorum annuorum. Ibi num. 2. pag. 17.
Computatis etiam incertis emolumentis, ſi habeant quandam certitudinem. Ibi num. 3.
In Congrua Rectoris exercentis Curam animarum non imputantur emolumenta omnino incerta, ut ſunt Eleemoſynæ Altaris, Funeralium &c. Ibid. num. 4.
Congrua, a principio quando ſemel eſt aſſignata, debet Vicarius illa eſſe contentus. Ibi num. 5.
Et ideo ipſa ſibi imputet, ſi accidat, quod Congrua ſit nimis tenuis. Ibid. num. 7. Fallit, ut num. 8.
Congrua æque debetur Parochis, ſicut & Ceteris aliis Curam animarum exercentibus. Decif. 28. num. 1. pag. 47.
Congrua debita Parocho debetur ab iis, qui omnes Decimas, & Primitias Parochiales exigunt. Ibid. num. 2.
Congruæ taxatio remittitur arbitrio Judicis. Ibid. num. 5.
Congrua Parochi fuit taxata in ſcutis 100. annis, & quandoque etiam in plus. Ibi numer. 8. pag. 48.
Congrua alimentaria naturali etiam jure debetur ei, qui ſervitium Eccleſiæ impendit. Decif. 67. num. 1. pag. 181.
Solum Conſiſtoriale Decretum importat aſſignationem Congruæ Conciliari. Ibid. num. 6.
Idem dic de promiſſione Titulata concepta Clauſulis ampliſſimis, quæ non ultra operari valent, quam principalis diſpoſitio. Ibid. num. 7.
Amplia, ſi agatur de Epiſcopo aliis Bonis deſtituto, qui ceteroquin mendicare cogeretur, & propterea per improvidas promiſſiones tantæ Ordinis decori præjudicare non poteſt. Ibi num. 8. pag. 182.
Ex Pontificio reſcripto reſervante Congruam alimentariam favore Antecesſoris Archiepiſcopi, firmatum dicitur jus etiam favore Succeſſoris pro eadem Congrua alimentaria. Ibid. num. 10.
Congruæ alimentariæ taxatio pertinet ad prudens Judicis arbitrium. Ibi num. 12. pagin. 182.
In ea definienda attenditur primario mos Regionis. Ibid. num. 13.
In Regno Neapolitano Congrua alimentaria Epiſcoporum minor non præfinitur ducatis mille. Ibid. num. 14.
In ea determinanda attenditur dignitas Sedis, qualitas Perſonæ, neceſſitas familiæ, & onera Eccleſiæ. Ibid. num. 15.
Congrua alimentaria Archiepiſcopi Nazareni taxata in Ducatis mille, intra mediocritatis limites reſtricta videtur. Ibid. num. 19. pag. 183.
Non requiritur ſiemata Status pro aſſequenda Congrua alimentaria, cum ad hunc effectum leviores probationes ſufficiant. Ibid. num. 22.
Sub Congrua aſſignata Vicario Curato continetur etiam debet portio redditum reſervata pro Fabrica, & reparatione Eccleſiæ. Decif. 71. num. 4. pag. 198.
Maxime ſi Vicario aſſignata fuerit Congrua non pro ſola ſui ſuſtentatione, ſed pro ſupplendis etiam aliis oneribus. Ibi. n. 5. ſed vide num. 15. pag. 192.
Congrua aſſignata Vicario in ſolidis unicuique pro ſupportandis oneribus ſibi incumbentibus, hæc ſunt intelligenda de Perſonalibus, non de realibus. Ibid. num. 15.
Congrua ex fructibus Beneficii non competit illius Poſſeſſori, ſi non tenetur ad Reſiden-

centum, & aliunde ſit commode provi-
ſus. Deciſ. 75 num. 7 pag. 211.
Congrua Parochialis ſcuta centum non excedit. Deciſ. 87. num. 15 pag. 246 & Deciſ. 88 num. 12 pag. 250.
Congrua Conciſtens in Ducatis centum non debet intelligi de Ducatis de Camera, ſed juxta morem Regionis. Deciſ. 88. n. 16. pag. 250.
Secus in reſervationibus in litteris Apoſtolicis reſignationum. Ibi. num. 17.

CONSENSUS.

Conſenſus datus ob certam cauſam, ea ceſſante, & ipſum quoque evaneſcere debet. Deciſ. 14. num. 6 pag. 40.
Conſenſus præſtitus a duabus Dignitatibus, aliquam ſea efficere non poteſt. Dec. 38. num. 18 pag. 74.
Conſenſus omnium requiritur, ubi verſatur in actu voluntario. Deciſ. 38 num. 19. pag. 75.
Conſenſus tacitus operatur idem ac expreſſus. Dec. 41. num. 4. pag. 82.
Conſenſus obtentus cenſetur, prout erat de jure neceſſarius ad validitatem actus. Ibid. num. 5.
Conſenſus Epiſcopi non eſt neceſſarius, quod Conſtructionem Eccleſiæ præcedat, ſed ſatis eſt, ut ſubſequatur. Ibid. num. 7.
Conſenſus ſemel valide præſtitus, re infecta, non ſit amplius revocabilis. Ibid. num. 8.
Conſenſus injuſte denegatus, poteſt per Judicem ſuppleri. Ibi. num. 13. pag. 85. & Deciſ. 63 num. 5. pag. 185.
Conſenſus Rectoris Eccleſiæ, abſque cauſa denegatus, suppleri poteſt ab Epiſcopo. Deciſ. 65 num. 8. pag. 172.
Is, cui libera competit adminiſtratio, conſenſum alterius non tenetur exquirere. Deciſ. 68. num. 2. pag. 184.
Conſenſus nonnullorum Capitularium non ſufficit, niſi doceatur eorum ſolemnis delegatio a Capitulo. Deciſ. 83. n. 8 p. 233.

CONSTITUTIO.

Conſtitutione Piana non obſtante, ſatisfaciendum eſt Creditoribus Epiſcopi defuncti in ſubſidium ex bonis ad Divinum cultum deſtinatis. Deciſ. 2. num. 2. pag. 2.
Conſtitutionum Apoſtolicarum allegare contrarium, vel non uſum, non admittitur. Deciſ. 21. num. 2. pag. 34.
Conſtitutio S. Pii V. ſuper taxatione Congruæ declaratur. Deciſ. 28 num. 15 pag. 48.
Conſtitutio, & Statuta Eccleſiæ maxime obſervata, ſunt attendenda. Deciſ. 38 n. 2. pag. 73.

CONSUETUDO.

Conſuetudo præter Jus debet eſſe ſaltem decennalis ad hoc ut releveret. Deciſ. 1 n. 11. pag. 2.
Conſuetudo non dicitur plene probata, niſi etiam probetur frequentia actuum. Deciſ. 6 num. 4 pag. 7.
Conſuetudo, quæ non ſit contra jus ſolis decem annis probatur, & ita canbetantes eſt tempus annorum quadraginta. Deciſ. 26. num. 7. pag. 44.
Conſuetudo Eccleſiæ utilis, & laudabilis, eſt omnino ſervanda. Ibid. num. 11.
Conſuetudo non dicitur probata, ſi conſtet ſemel contrarium fuiſſe ſervatum, quamvis darentur mille actus pro conſuetudine. Deciſ. 16 num. 14 pag. 24.
Ad Conſuetudinem inducendam neceſſarium eſt ultra legitimi temporis lapſum, conformitas actuum, quia unicus actus contrarius, & deſtruit eam deſtruit. Ibid. n. 15.
Conſuetudo, & obſervantia æquiparatur legi, ſtatuto, & conventioni. Deciſ. 26. num. 8 pag. 44.
Conſuetudo adminiſtrandi bona Patrimonialia Eccleſiarum a quibus Decimibus reſervatur. Deciſ. 29. num. 3. pag. 49.
Conſuetudo non extenditur de re ad rem, neque de loco ad locum. Deciſ. 31 n. 6. pag. 53. & Deciſ. 80 num. 6. pag. 225.
Conſuetudo de una Eccleſia ad aliam non venit attendenda, neque de loco ad locum, ſed in ſpecie probari debet. Deciſ. 38. num. 4. pag. 73.
Conſuetudine ſuppoſita, ſuperfluum eſt Statutum. Ibi. num. 10. pag. 74.
Ad inducendam Conſuetudinem requiritur pluralitas actuum, & quod geſti fuerint animo illam inducendi. Dec. 45 n. 23 p. 100.
Conſuetudo debet eſſe precisa, nec de loco ad locum, nec de Caſu ad Caſum extendenda. Ibid. num. 24.
Conſuetudo per actuum frequentiam, & temporis diuturnitatem inducitur. Deciſ. 48. num. 20. pag. 114.
Et ſi cautionata fuerit lo contradictorio judicum remanet incontrovertibilis. Ibid. num. 21.
Conſuetudo in materia Reparationis Eccleſiarum, tum pacta, & ſtatuta attendi debent, licet id onus de jure alis recumbat. Ibid. num. 22.
Conſuetudo longæva, & immemorabilis in materia Præeminentiarum vim legis obtinet. Deciſ. 54. num. 7 pag. 125.
Ad effectum probandi immemorabilem requiritur, ut ſaltem duo Teſtes ſint conteſtes in omnibus requiſitis, præſcriptis a Gloſſ. in cap. 1. de memoria de Reſcrip. in. 6 in modum, ut neque eadem requiſita conjungi poſſint. Deciſ. 54. num. 21 pag. 127.
Conſuetudo circa Induменta Canonicorum in una Eccleſia, poteſt eſſe diverſa in altera Eccleſia ex diverſa ratione. Ibid. num. 25 pag. 128.
Conſuetudo in materia Præcedentiæ jus tribuit, & totum facit. Dec. 60. n. 8 p. 147.

Conſuetudo probatur ex deſcriptione geſta in libris antiquis Communitatis. Deciſ. 70. num. 2. pag. 291
Nec non ex Decretis Viſitationum. Ibi num. 3. pag. 292.
Itemque ex Sententia enarrata in contra dictorio Iudicio. Ibid. num. 4.
Conſuetudinis immemorabilis requiſita. Ibid. num. 5.
Conſuetudo memoriam Hominum excedens jus tribuit allegandi quemcumque meliorem, & excogitabilem titulum. Ibid. num. 6.
Conſuetudo antiquis pluribus probata, eſt inſignite ſervanda, & retinenda. Ibid. num. 21. pag. 195.
Maxime ubi per eam plenius proſpicietur Parochianorum commoditati. Ibid. num. 22.
Conſuetudo aſtricta ad Parochiales in certis quibusdam locis erectas, nequit produci ad alias alibi poſitas. Deciſ. 81. num. 21. pag. 228.
Conſuetudo, qua pretenditur alter obligatus ad reparationem Eccleſiæ Parochialis, eſt concludentiſſima demonſtranda. Deciſ. 87. num. 7. pag. 245.
Ea probata dici nequit ex unico tantum actu expleto ex mera liberalitate. Ibi num. 8.
Conſuetudo conſtiva remanet exclusa ex proteſtationibus ex adverso factis. Ibi num. 10. & 11. pag. 245. & 246.
Ut efficax probanda eſt ex actibus uniformibus, & continuatis, atque interrumpitur ex unico actu contrario. Ibi num. 12. pag. 246.
Conſuetudo, qua quis teneri creditur ad reparationem Eccleſiæ probanda eſt a Parocho ex actibus continuatis, & uniformibus, ac animo conſuetudinis inducendæ expleti. Deciſ. 88. num. 7. pag. 249.
Hujusmodi Conſuetudo excluditur ex actibus perfectis a Parocho in vim ſuæ obligationis. Ibi num. 8.
Conſuetudo, quæ ſtricti juris eſt, probari debet in caſu ſpecifico. Ibi num. 9.
Ideoque actus geſti pro Eccleſiæ ædificatione extendi nequeunt ad alios manutentionem. Ibi num. 10.
Ex actu ſpontaneo nulla contra valet coactiva Conſuetudo. Ibi num. 11.
Ea conſuetudo eſt attendenda, quæ reſpicit favorem Divini cultus. Deciſ. 98. num. 18. pag. 282.

CONTRACTUS.

Contractus emphyteuticus alterius ſpeciei præſumendus eſt quam Emphyteuticum. Deciſ. 66. num. 12. pag. 177.
In Contractu Emphiteutiſi de Jure requiritur, ut conceſſio fiat ad meliorandum. Ibi num. 13. pag. 178.
In Contractum, ſeu commercium venire nequeunt, quæ Deo dicata ſunt. Ibid. n. 14.

CONVENTIO.

Conventio facta ab Hærede, quæ eſt contraria menti Teſtatoris nihil operatur. Deciſ. 35. num. 8. pag. 65.

CRUX.

Crux in Funeribus non extollitur in Signum demonſtrativum Juriſdictionis, ſed tamquam Chriſtianorum Vexillum, ſub quo Defunctus in vita militavit. Deciſ. 58. num. 9. pag. 143.
Crux ſola Eccleſiæ tumulantis eſt elevanda in Aſſociatione Cadaverum. Deciſ. 77. num. 3. pag. 217.
Crux Pectoralis, aut Patriarchalis ſecum aſportata ab Epiſcopo tranſiente, debetur primæ Eccleſiæ, ad quam Cadaver Epiſcopi defuncti cum illa fuerit in funebri pompa allatum, & ſepultum. Deciſ. 94. num. 4. pag. 272.

D

DATIO IN SOLUTUM.

Datio in ſolutum eſt perpetua, & facit venditionem. Deciſ. 20. num. 12. pag. 33.
Datio in ſolutum transfert in Recipientem totale dominium irrevocabiliter, ideoque Recipiens facit fructus ſuos, nec tenetur illos excomputare in ſortem. Ibid. num. 13. & 14. pag. 33.

DATIO SPONTANEA.

A ſponte dantibus ſemper recipi poteſt, maxime dum agitur de rebus ad Divinum cultum deſtinatis, & quare? Deciſ. 40. num. 10. pag. 80.

DEBITOR.

Debitor ſciendi, tenetur vel ad factum ipſum, vel ad ejus æſtimationem præſtandam. Deciſ. 74. num. 17. pag. 208.
Auditores tamen Cameræ, & Rota aliquando eo temperamento utuntur, ut æſtimationem præſtet, aliqua ſumma dempta pro compenſatione minoris damni, quod debitor pateretur. Deciſ. 74. num. 18. pag. 208.

DECIMÆ, DECIMATOR.

Decimæ quod ſpectent ad Eccleſiam Sacramentalem a Jure non eſt diſpoſitum. Deciſ. 16. num. 1. pag. 21.
Decimæ perſonales illi Eccleſiæ Parochiali deben-

bentur, intra cujus limites prædia exiſtant, licet Prædia a Parochianis alterius Parochiæ poſſideantur, ſeu colantur. Ibid. num. 2.
Limita, non procedere, quando contraria viget conſuetudo. Ibid. num. 3.
Decimæ ſolutio dividitur inter Dominum, & Colonum partiarium. Ibi num. 16 pag. 24.
Quidquid ſit de Colono, qui conducit agrum pro certa annua pecunia. Ibid num. 17.
Decimarum conceſſio pro reparatione, & Ornamento Eccleſiarum Parochialium, de quibus Decimis intelligenda eſt? Ibid. num. 18. & ſeq.
Decimæ Sacramentales debentur ratione Perſonæ ob adminiſtrationem Sacramentorum. Ibid. num. 19.
Decimæ pro reparatione Eccleſiarum aſſignatæ, cenſentur indiſtincte Eccleſiæ aſſignatæ Decimæ ſui Territorii prout de Jure. Ibid num. 23.
In Decimarum materia confuetum attenditur obſervantia locorum vicinorum. Ibid. num. 24.
Decimæ duæ de jure non debentur. Ibid. num 25 pag 25.
Decimam duplicem ab eodem re exigere eſt contra mentem Juris divini, & humani. Ibid. num 26.
Decimandi Jus debet eſſe diſtinctum, quemadmodum ſunt diſtincti limites Parochiales, & unaquæque Parochia colligit Decimas ex ejus Prædiis, nec tranſit ad Prædia alterius. Ibid. num. 27.
Decimarum Poſſeſſor licet a ſacris cogatur reædificare Eccleſiam, intelligitur tamen, quod prius conveniatur Fabrica, & in ſubſidium Decimator. Deciſ. 26. num. 9. pag. 42. & vid. num 20.
Decimarum tranſlatio quocumque titulo facta ſit, cenſetur facta cum onere præſtandi congruam exercentibus curam Animarum. Deciſ. 28 num. 3 pag. 47.
Decimæ tranſeunt ad quoſcumque cum ſuo onere. Deciſ. 41 num. 4 pag. 52.
Decimæ Novalium non comprehenduntur ſub generali venditione, vel conceſſione. Ibid. num. 5.
Decimæ ſubſunt oneri reparationis Eccleſiæ. Deciſ. 46 num. 9 pag. 103.
Conforme id eſt etiam Legibus Longobardorum. Ibid. num. 10.
Decimæ ad victum Miniſtrorum inſtitutæ, itamque ad Fabricæ Eccleſiæ tuitionem. Ibid. num. 11.
Capitulum percipiens Eccleſiæ Decimas tenetur ad onus illius reparationis. Deciſ. 80. num. 2 pag. 225.
Exiſtentibus Decimis a Jure ſpirituali provenientibus, debent Rector Eccleſiæ, Decimatores, aſſequentes pro portione Decimas, vel jure Feudi, vel titulo laicali, cogi tenentur ad contributionem pro reparanda Eccleſia Parochiali. Ibi num. 7.
Decimæ cenſendæ ſunt poſſideri titulo ſpirituali, ubi conſtet ab initio acquiſitionis, ac ceſſionis in alterum tales fuiſſe. Deciſ. 81. num. 7 pag. 227.
Decimarum ſubminiſtratio æque inſtituta eſt tam pro manutentione Miniſtrorum Eccleſiæ, quam pro illius Fabrica, & reparatione. Deciſ. 87 num 3. pag 244.
Qui Decimas exigit, ſpeciali etiam jure tenetur ad neceſſariam reparationem Eccleſiæ. Ibi num. 4. & Deciſ. 92. num. 12. pag. 267.
Qui omnes Decimas Parochiales exigit ad integram Eccleſiæ reædificationem tenetur. Ibi num. 13. & 18. pag. 267., & Deciſ. 102. num. 1 pag. 296.
Decimæ laicales non ſubſunt oneri reparandæ, ſeu reædificandæ Eccleſiæ, Decimis ſpiritualibus præviſæ. Deciſ. 92. num. 15. pag. 267.
Decimæ ſpirituales in Contractum veniunt, ut in laicas tranſire non poſſint. Ibi numer. 16 pag. 268.
Ex quibus probetur ſchum in Laicis fuiſſe de Decimis laicalibus, non ſpiritualibus. Ibi num. 17.
Nullam percipiens Decimarum partem ad nullam tenetur contributionem in Eccleſiæ reædificatione. Ibi num. 19. & 20.
Sub nomine Decimarum intelliguntur etiam Canones, Præſtationes, & Laicalia quoque Tributa. Deciſ. 102. num. 2. pag. 296.
Proprie tamen veniunt Decimæ ſpirituales, quæ dantur Eccleſiæ Miniſtris. Ibid. n. 3.
Et propterea ſtat præſumptio pro Decimis ſpiritualibus. Ibid. num. 4.
In Diœceſi Conſtantienſi nomine Decimarum veniunt ſpirituales etſi eaunm axeſin ſit penes Laicos. Ibid. num. 5, & Deciſ. 103. num. 5 pag. 303.
Laicales vero contributiones nomen Tributi, Cenſus, vel Canonis deſignantur. Ibid num. 6.
Decimæ dicuntur ſpirituales, quas Monaſterium retinuit authoritate Epiſcopi, ſolutoque pretio favore Capituli. Ibid. num. 8.
Tituli deſumpti ex Tranſactionibus, vel Privilegiis Apoſtolicis unice conveniunt Decimis Spiritualibus non Tributis Laicalibus. Ibi num. 10., & 23 pag. 297.
Decima ſpiritualis ex omnibus Agris in Parochia exiſtentibus præſtari debet. Ibid. num. 11.
Conſortialis Decimarum participatio demonſtrat identitatem Juris, & tituli. Deciſ. 102. num. 12. & 22 pag. 297.
Tributa laicalia poſt Decimas præſtari debent. Ibid. num. 13.
Iura non in ſpecie, & in manipulis, ſed in certa quantitate pendi ſolent. Ibi. num. 14.
Unius, ejuſdem Decimæ partes, ejuſdem generis, & naturæ reputantur. Ibi num. 5. pag. 296.
Decimæ Novalium ſoli Parocho competunt, niſi ex Apoſtolico privilegio aliis fuerint

reſervatæ. Ibid. num. 16
Decima dicitur Spiritualis, ſi quæ pars reſervata fuiſſet pro manutentione Vicarii Curati. Ibi. num. 18
Decimæ deficientibus, & redditibus pro Fabrica deſtinatis, Eccleſiarum Rectores de proprio occurrere debent quadam Fabricæ neceſſitatibus. Ibi. num. 20. pag. 299
Decimæ acquiſitæ titulo permutationis, transeunt in acquirentem cum ſuis oneribus, & conditionibus. Ibid. num. 21
Ante Concilium Lateranenſe multæ Decimæ ſpirituales in Laicos tranſierunt. Ibid. num. 24.
Decimarum infeudationibus reſiſtere non poterant antiqui Eccleſiarum Paſtores. Ibi num. 26. pag. 300.
Decimarum nomine eas intelligimus, quæ Jure Divino præſcriptæ in Veteri Teſtamento Levitis dabantur. Deciſ. 103. num. 1. pag. 303.
Novo autem Gratiæ Lege Paſtoribus Eccleſiæ debentur, utpote in locum Levitarum ſuffectis. Ibid. num. 2.
Decimæ de Jure præſumuntur ſpirituales. Ibid. num. 3.
In Germania Laicalia etiam Tributa Decimarum nomine perſeverantur. Ibid. num. 4.
Antiquitus Decimæ ſpirituales in Laicos transferri conſueverunt. Ibi. num. 7. pag. 304.
Deinceps vero cautum eſt, ut neque in Monachos Decimæ transferri poſſent ſine Epiſcopi Auctoritate. Ibid. num. 8.
Cautum præterea fuit, ut Laici, qui a Laicis Decimas reciperent, ni eas redderent Eccleſiæ, ſepultura Eccleſiaſtica privarentur. Ibid. num. 9.
Decimarum translatio facta in Laicos intelligitur de ſpiritualibus, ſi ejuſmodi translationem Epiſcopus auctorizaverit. Ibid. num. 10.
Item ſi de iis acta fuerint Laicorum Judicibus Eccleſiaſticis. Ibid. num. 11.
Decimæ ſpirituales ſubſunt oneri reædificationis ædium Parochialium. Ibid. num. 12.
Ab hujuſmodi onere immunes non ſunt authorizatione Decimæ poſtquam pervenerunt in Laicos. Ibid. num. 13.
Contrarium tamen verius. Ibid. num. 15. pag. 305.
Imo ita fert conſuetudo Diœceſis Conſtantienſis. Ibi. num. 15.
Recenſentur argumenta demonſtrantia qualitatem Eccleſiaſticam Decimarum. Ibi num. 16. pag. 305.
Privilegia exemptiva a Decimis conceſſit Alexander III. Ordini Ciſtercienſi. Ibid. num. 17.
Innocentius tamen III. exemptionem coërcuit ad terras propriis manibus, & ſumptibus excultas. Ibid. num. 18.
Ejuſmodi autem Decimæ non ſunt ſpirituales eſſe poterant. Ibid. num. 19.
Decimæ Novales debentur Parocho, niſi ex Apoſtolico Privilegio alteri fuerint reſervatæ. Ibid. num. 20.
Decimarum diviſio facta per agros, & regiones mutabit qualitatem Eccleſiaſticam Decimarum. Ibi num. 22. pag. 306.
Decimæ ſolutio præſcribitur ſolutioni loco Tributi. Ibid. num. 23.
Diviſa Decima inter Capitulum, & Monaſterium: ſi ſpiritualis eſt Decima Capitulo debita; ita quoque dici debet de parte Monaſterio reſervata. Ibid. num. 24.
Decimæ Eccleſiaſticæ quotannis creſcit, vel decreſcit juxta majorem, minoremve ubertatem. Ibid. num. 25.
Tota Decima Monaſterii dicitur ſpiritualis, ſi non excedat quantitatem Decimarum ſpiritualium, & ſeu tributa ſenſim exigantur. Ibi. num. 28. pag. 307.
Decimarum ſpiritualium qualitatem demonſtrant res judicatæ, & conſtans obſervantia Diœceſis. Ibid. num. 30.
Decimator ad Eccleſiæ reparationem de Jure tenetur. Deciſ. 46. num. 12. pag. 103.
Decimator ſpiritualium eſt onus pro modo congrue Parochum ſuſtentandi. Deciſ. 103. num. 25. pag. 306.

DECRETUM.

Decretum Epiſcopi ſuper Collatione Caſuum Conſcientiæ ſemel in Hebdomada eſt laudabile. Deciſ. 42. num. 40. pag. 91.
Decretum Concilii Trid. ſuper facultate conceſſa Epiſcopis diſtinguendi Parochias quomodo intelligendum. Deciſ. 90. num. 13. pag. 194.
Decreta, edita ad evitandas altercationes, & confuſiones in Eccleſia, ſunt religioſe ſervanda. Deciſ. 84. num. 4. pag. 237
Maxime ubi fuerint jurata. Ibid. num. 5.
et etiam diu ſervata. Ibid. num. 6.

DEPOSITUM.

Depoſiti reintegratio inutiliter poſtulatur quod erogatum eſt in manſione Summi Pontificis approbatam. Deciſ. 82. num. 1. pag. 230.

DICTIO.

Dictio *Extra altra* non eſt taxativa, & omnia excludit præter expreſſa. Deciſ. 35. n. 7. pag. 65., & Deciſ. 36. num. 6. pag. 67.

DIGNITAS.

Dignitates, quæ vocem non habent in Capitulo non ſunt connumerandæ inter Perſonas de Capitulo. Deciſ. 38. num. 21. pag. 75.
Dignitates dicuntur eſſe de Capitulo, imo Caput ipſius Capituli. Ibi. num. 8. pag. 74.

DI-

DISCUSSIO.

Diſcuſſio ſemel facta a Creditore ſuper bonis Debitoris ſufficit. Deciſ. 4. n. 5. pag. 5.

DISPOSITIO.

Diſpoſitionis cauſa ceſſante, vel caducata, ceſſat, & caducatur etiam diſpoſitio. Deciſ. 24. num. 6. pag. 40.
Diſpoſitio pia ſemper pinguius interpretari debet. Deciſ. 35. num. 5. pag. 65.

DISTRIBUTIONES QUOTIDIANÆ.

Diſtributiones quotidianæ debent dari præſentibus, nec aliter poſſunt applicari. Deciſ. 42. num. 23. pag. 89.
Explica, quoties agitur de vera diſtributionibus. Ibid. num. 26.

DIVERSA.

Ex diverſis non fit illatio. Deciſ. 38. n. 16. pag. 48. & Deciſ. 47. num. 11. pag. 108.

DOMINIUM, DOMINUS.

Dominium nullum cadit in bonis ad Divinum cultum deſtinatis. Deciſ. 2. num. 1. p. 3.
Non obſtante Conſtitutione Pirna ſatisfaciendum eſt Creditoribus Epiſcopi defuncti in ſubſidium ex dictis bonis. Ibid. num. 2.
Dominia rerum, & poſſeſſiones nudo animo retineri poſſunt. Deciſ. 66. n. 6. pag. 177.
Dominium directum Domino, Emphyteutæ vero utile competit. Ibid. num. 8.
Ex dominio profluit rei privativus uſus, ac illius pars potiſſima cenſetur. Deciſ. 100. num. 1. pag. 285.
Domino utili licet apponere propria Arma in re emphyteutica. Ibid. num. 11.
Si loca, & fines non conveniunt fruſtra proponitur Fundi Dominium. Deciſ. 68. n. 6. pag. 185.

DOMUS.

Domus Parochialis reædificatio ſpectat ad percipientes Decimas. Deciſ. 103. num. 12. pag. 303.
Qui filiales reſtaurat Eccleſias, Matricem quoque, domumque Parochialem reædificare tenetur. Ibi. num. 32. pag. 308.
An Hæres ad uſum Parochi veniant ſub nomine Eccleſiæ, Domuſque Parochialis. Ibi. num. 33. pag. 309.
Domus Parochialis eſt acceſſoria Eccleſiæ, & in illa militat eadem ratio. Deciſ. 31. n. 1. pag. 52.

DONATIO.

Donatio dicitur immoderata ſi fit omnium bonorum, adeoque non ſuſtinetur. Dec. 12. num. 3. pag. 15.
Donatio facta a Clerico in conſtitutione conſtituto, quando eſt immoderata non ſuſtinetur, etiamſi facta ſit ad pios uſus. Deciſ. 12. num. 1. & 2. pag. 15.

E

ECCLESIA.

Eccleſiæ Cathedralis reparatio, ficut ſpectat ad Epiſcopum ita etiam ad eumdem ſpectat reparatio alterius Eccleſiæ dependentis, & annexæ Cathedrali. Deciſ. 6. num. 1. pag. 7.
Eccleſiæ reparatio ſpectat ad illum, qui ejuſdem Eccleſiæ fructus percipit. Ibid. n. 2.
Eccleſiæ reparationi unus ad quem ſpectet maxime attendenda eſt conſuetudo loci. Ibid. num. 3.
Eccleſiæ reparatio ſpectat ad Rectores, quibus Decimæ ſolvuntur, nedum uſque ad quartam reddituum, ſed etiam ultra, ſi quarta non ſufficit. Deciſ. 8. num. 1. pag. 9.
Eccleſiam reparare non tenentur Parochiani, niſi in ſubſidium, & quatenus redditus Eccleſiæ non ſufficiant. Ibid. n. 2.
Reparationis Eccleſiæ onus ſequitur Decimas, ubicumque ſint, tamquam onus reale. Ibid. num. 4.
Eccleſia Cathedralis quando indiget reparatione, attenditur Conſuetudo cujus expenſis reparari debeat. Deciſ. 9. num. 1. pag. 10.
Quæ Conſuetudo, ſeu Statutum, aut Privilegium debent eſſe ab antiquo tempore obſervata. Ibid. num. 2.
His omnino concurrentibus erogandi ſunt fructus pro fabrica deſtinati, quibus pariter deficientibus, onus reparandi ſpectat ad Epiſcopum de quarta ſuorum redditCuum tam futurorum, quam præteritorum. Ibi. num. 3. pag. 11.
Antequam cogantur Beneficiati aliique inferioris ordinis Clerici ad contributionem pro fabrica, neceſſe eſt oſtendere quartam redditANDum Epiſcopalium perceptorum, & percipiendorum, & ſubinde etiam contributiones Canonicorum non ſufficere. Ibid. num. 4. Vid. *Fabrica*, *Epiſcopus*.
Eccleſiæ Parochiali de novo erectæ intra fines antiquæ cum aſſignatione certi Territorii, ac Decimarum, debentur Decimæ Sacramentales etiam in prædiis ejus antiquæ Parochialis. Dec. 16. num. 20. pag. 24.
Non tamen debentur Decimæ Prædialia alterius Territorii, niſi expreſſe fuerint aſſignatæ. Ibid. num. 21.
Eccleſia quælibet reparanda eſt ex propriis reddi-

redditum. Ibid. num. 22.
Eccleſia de Jurepatronatus alicujus, etiamſi cl*** ab alio prætenditur conſtructa, non inde excluditur illius pertinentia, ſi ipſe potest habere cauſam a conſtruentibus. Deciſ. 27. num. 5. pag. 46.
Eccleſia præſumitur reſtaurata ex redditibus deſtinatis pro fabrica. Ibid. num. 8.
Eccleſia, vel Capella de Jurepatronatus non poteſt immutari, vel alterari ſine conſenſu Patroni. Ibid. num. 12.
Eccleſia non poteſt aliquid retinere ex eleemoſyna aliqua pro celebratione Miſſarum, niſi conſtet de illius paupertate. Deciſ. 36. num. 4. pag. 67.
Eccleſiæ ſicalatibus auctis poteſt Epiſcopus tam novos Inſervientes, tum novos Canonicatus adjungere. Deciſ. 42. num. 7. pag. 84.
Amplius, ſi novi Inſervientes nihil detrahunt emolumento Capitularium. Ibid. num. 8. 9. & 10.
Eccleſiarum reſtaurationes, aut renovationes fieri debent ſine alicujus præjudicio, & illiſdem remanentibus prærogativis. Deciſ. 64. num. 15. pag. 162.
In Eccleſia Patronata nihil innovandum eſt, irrequiſito Patrono. Ibid. num. 16.
Eccleſiæ Fundatori non acquirit Juſpatronatus, niſi illud expreſſe reſervaverit. Ibid. n. 17.
Amplius, ſi licentia ſibi reſervaverit, nulla facta de Jurepatronatus mentione. Ibid. num. 18. pag. 69.
Amplius etiam ſtante defectu ſolemnitatis, & Beneplaciti Apoſtolici. Ibid. num 19. & 21.
Eccleſiæ, & ejus Fabricæ manutentio vaaat inter onera, quæ Parocho incumbunt. Deciſ. 71. num. 6. pag. 158.
Eccleſia Parochialis unita Monaſterio viſitari poteſt ab Epiſcopo Jure ſaltem Delegato, ſi in ea non viget Regularis obſervantia. Ibi. num. 30. pag. 200.
Id tamen non procedit quoad Fructus Fabricæ totaliter unitos Monaſterio. Ibid. num. 31.
Eccleſiam ſub haſta vendere vetuit Signatura Gratiæ, at Sac. Congregatio Concilii. Deciſ. 73. num. 3. pag. 204.
Tam Eccleſiæ, quam reliqua ædificia ad eas pertinentia veniant ſub nomine omnium bonorum Abbatiæ. Deciſ. 75. num. 9. pag. 212.
Ex quibus arguatur Eccleſiam eſſe Parochialem? Deciſ. 81. num. 4. pag. 227.
Eccleſiis Sæcularibus vetitum eſt acceptare onera Miſſarum ſine licentia Ordinarii, Eccleſiis vero Regularium abſque propria Superiorum approbatione, ut præſcribent Conſtitutione Urbani VIII. Deciſ. 88. num. 27. pag. 256.
Eadem Conſtitutio potius tantum imponit contrahi acceptantes, non vero nullam declarat acceptationem. Ibi num. 28.
Eccleſiæ Regulares, ſive Sæculares, quæ ſine dd. ſolemnitatibus ad onera Miſſarum ſeſe obligarunt proprio contractu, obligationem ſervare debent. Ibi num. 29.
Si Eccleſia per contractum aſſumpſerit onus perpetuum celebrationis Miſſarum procedi debet cum Taxa Miſſæ manualis, ſive redditum correſpondentium. Ibi num. 31.
Secus vero in terminis Legati, certæ Eccleſiæ relicti pro conſtitutione fundi correſpondentis perpetuo oneri Miſſæ quotidianæ. Ibid. num. 32.
Hoc namque caſu eleemoſyna debet aſſo obulorum 20. pro ſingulis Miſſis. Ibid. num. 33.
Jura tam activa, quam paſſiva Eccleſiæ translatæ tranſeunt in Eccleſiam, ad quam tranſlatio facta eſt. Deciſ. 91. num. 3. pag. 263.
Et propterea onus reſtaurandi Eccleſiam continuat in Capitulo favore Eccleſiæ ſubrogatæ. Ibid. num. 4.
In materia reparationis Eccleſiæ attendenda eſt Conſuetudo. Ibid. num. 7.
Non repugnat in una, eademque Eccleſia duo ideſt Collegia ſive tituli, ut Beneficia ſeparatim retinentia. Ibid. num. 5.
Per Eccleſiæ tranſlationem ſtatus antiquæ Eccleſiæ reſpectu loci deſtruitur, & immutatur. Ibid. num. 6.
Onus reparationis Eccleſiæ repartiri debet juxta menſuram bonorum, & pro modo facultatum. Ibid. num. 9. pag. 264.
Ordinarius præſumitur inſtructus de ſtatu, & facultatibus ſuarum Eccleſiarum. Ibid. num. 10.
Eccleſiarum reparatio, ſeu reædificatio, itemque modus, & norma Epiſcopis a Sacris Canonibus commendatur. Ibid. num. 11.
Lex præſumit dotem Eccleſiæ ab initio conſtitutam, eamque parem tum Rectoris ſuſtentationi, tum cæteris oneribus. Deciſ. 98. num. 2. pag. 281.
Eccleſiæ dominium recte probatur, concurrentia titulo donationis, itemque reſtauratione rei donatæ, nec non ex poſſeſſione. Ibid. num. 4.
Onera Eccleſiæ illi incumbunt, qui commodum exinde habet. Deciſ. 99. num. 4. pag. 285.
Hinc ſtatuitur commodo, & utilitate, Univerſitas non teneatur contribuere ad onera Eccleſiæ alterius Univerſitatis. Ibi num. 5. 17. & 20. pag. 285. & 1.
